

PARALIPOMENA

GRAMMATICAE GRAECAE

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK.

PARS PRIOR

QUA CONTINENTUR


DISSERTATIONES

DE PRAECEPTIS EUPHONICIS, DE NOMINIBUS MONOSYLLABIS, DE ADJECTIVIS IMMOBILIBUS, DE SUBSTANTIVORUM I. DECLINATIONIS PARAGOGE IONICA.

LIPSIAE

APUD WEIDMANNOS.

MDCCCXXXVII.



Lipsiae, typis Breitkopfio - Haertelianis.

PARALIPOMENA

GRAMMATICAE GRAECAE

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK.

PARS PRIOR

QUA CONTINENTUR

DISSERTATIONES

DE PRAECEPTIS EUPHONICIS, DE NOMINIBUS MONOSYLLABIS, DE ADJECTIVIS IMMOBILIBUS, DE SUBSTANTIVORUM I. DECLINATIONIS PARAGOGE IONICA.

LIPSIAE

APUD WEIDMANNOS.

MDCCCXXXVII.

Lipsiae, typis Breitkopfio-Haertelianis.

VIRO CLARISSIMO

AUGUSTO MEINEKIO

S.

PARALIPOMENA

GRAMMATICAE GRAECAE

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK.


PARS PRIOR

QUA CONTINENTUR

DISSERTATIONES

DE PRAECEPTIS EUPHONICIS, DE NOMINIBUS MONOSYLLABIS, DE ADJECTIVIS IMMOBILIBUS, DE SUBSTANTIVORUM I. DECLINATIONIS PARAGOGE IONICA.

LIPSIAE
APUD WEIDMANNOS.
MDCCCXXXVII.



nuet sed augebit, quandoquidem adhuc constat, quo plures cuipiam veterum scriptorum contigerint enarratores, hoc pauciores relictos esse locos, de quibus omnes idem sentiant. Id qua ratione eveniat, haud inficete, ut mihi videtur, exposuit declamatorum veterum nescio quis, cujus epimythion hocce Appuleji Floridis subscriptum reperi:

„Graecam en accipe, lector, fabulam. Immortalitatis donum mortalibus destinatum quomodo bajuli socordia interceptum et ad quos translatum sit, vulgivaga celebrat fama famaeque fidem praestat annua serpentum vernatio perennitatis sequestra. Verum operae pretium erit cognoscere quae sequuta sunt. Indoluit facto doni auctor Juppiter, sed infectum reddere nequibat neque adeo desiderabat improvida mens terrigenum. Etenim illa tempestate vita humana longissimis extendebatur terminis limpidioris aeris haustu sustentata recentibusque adhuc et illibatis naturae viribus. Neque erat tum ulla spei metusque causa, quae suspensos teneret animos, sed pacata omnia terra marique intemerato usque adhuc elementorum foedere, sic ut otiosam aetatem et quietem sine aerumna ulla et sine contentione traducerent. Itaque quum decem

et amplius secula vivendo superassent, milliesque et veris reditum eosdem flores referentem et ceterarum rerum statas vices aequabilesque circumactus quum vidissent, tum vero lassi saturique e vita sic tanquam a convivio discedebant. Posteaquam vero ille primordialis motus, quo mundus ab hujus universi conditore incitatus est, paullatim remisit diique rerum humanarum ordinatores in coeli se receperunt penetralia, protinus omnia languescere, decrescere, parique gressu vitae humanae spatia contrahi coeperunt. Quod si vulgus hominum luxisset, quorum vita et mors juxta aestimatur, hercules cura nulla erat, sed moerebat optimus quisque et ante ceteros ii, qui aversi a lucri cupidine, immunes ambitionis, intacti voluptatibus se totos in veri quaerendi studium abdidissent, has artes et doctrinas, quas nunc colimus, quasi gradum quendam esse rati ad rerum sublimiorum intelligentiam, quarum magnitudinem neminem percipere posse nisi qui, quoad viveret, animum assidua meditatione rite praeparasset. Hi igitur quum viderent post suum obitum eorumque quibuscum vixissent, laborum suorum fructum memoriamque fore nullam, secumque interitura quae secum nata essent,



PARALIPOMENA

GRAMMATICAE GRAECAE

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK.

PARS PRIOR

QUA CONTINENTUR


DISSERTATIONES

DE PRAECEPTIS EUPHONICIS, DE NOMINIBUS MONOSYLLABIS, DE ADJECTIVIS IMMOBILIBUS, DE SUBSTANTIVORUM I. DECLINATIONIS PARAGOGE IONICA.

LIPSIAE

APUD WEIDMANNOS.

MDCCCXXXVII.



DISSERTATIO PRIMA.

DE PRAECEPTIS QUIBUSDAM GRAMMATICORUM EUPHONICIS.

Etsi Critici in dijudicandis lectionibus controversis persaepe aurium judicio niti solent, tamen quam lubricum sit de Graecorum sensu existimare vel hinc intelligi potest, quod quae Grammatici et Rhetorici ut cacosyntheta et inconcinne juncta notant, hodie a legentibus ne animadverti quidem solent, quae vero nobis aspera pronuntiatu audituque videntur, eorum frequens reperitur apud veteres usus. Donatus Art. III. 1, 4. *sunt*, inquit, *malae compositiones id est κακοσύνθετα*, — *metacismi, labdacismi, iotacismi*, quibus sigmatismos adnumerari oportet et rhotacismos, aliasque consonantium et vocalium collisiones absonas; quo de genere vitiorum, quantum ad nostrum usum pertinet, cursim disserere propositum est.

§. 1.

Deltacismi nomen veteribus ignotum, vitium saepenumero reprehensum est, sed plerumque injuria. Etym. M. 253, 11. δείδω δέδοιδα καὶ διὰ τὴν ἐπαλληλίαν τῶν δ̄ δέδοικα, quam Herodiani sententiam fuisse intelligitur ex Eustath. p. 149, 8. Quare autem sic statuerent, haec videtur fuisse causa, quod *δείδω* in usu reperitur, *δείω* non item, quodque verba pura enallagen vocalis, quam perfectum *δέδοικα* subiit, prorsus refugiunt. Neque illis in mentem venit *ἔοικα* ab *εἴδω* arcessere. Item ad evitandum *ἀλλεπάλληλον* delta genitivos *Σάρδιος* et *Χαρύβδιος* declinari volunt Anecd. Bekk. p. 1192, et Priscianus IV. 6, 34. „*alternitatis causa*, inquit, *quam Graeci*

„ἐπαλληλίαν *vocant, pandus dicitur, ne, si pandidus dicamus,* „*male sonent alterna d in utraque continua syllaba. Non dicunt* „*Graeci* Χαρύβδιδος, *quamvis regula exigat, sed* Χαρύβδιος"; nec praetermittit *meridies* a Cicerone notatum. Verum tamen *candidus* dicitur et *splendidus*; Χαρύβδιος autem non communis est forma sed propria Ionum pro Χαρύβδεως, ut Σάρδιος pro Σάρδεων. Nec desunt duplicati delta exempla: κυμίνδιδος Plat. Crat. 392. A. quod e Gud. receptum est pro κυμίνδιος, Μενδῖς (Bendis) Μενδῖδος, deae Thraciae nomen v. Anecd. p. 1192. αἱ μαγάδεις et μαγάδιδες v. Tzschuck. ad Strab. X. 197. Sophocles τὸν ἴδριδα dixit, τῇ πολυΐδριδι Sappho, reprehensi a Grammaticis sed ob aliam causam; κομμιδώδης Theophrastus, qui tamen κόμμι frequentat prae attico κόμμις. Denique si quis literam illam in exitu impunius continuari censet quam in principio vocabulorum, certe δέδοιδα non plus offensionis habet, quam δεδιδαγμένος Herod. IV. 22. Dem. de Hal. 82, 21. Paus. V. 4, 1. δεδάρδαφε Hesych. etc. Sed excutiamus cetera hujus causae firmamenta. Etym. M. 657, 46. δαῖς ὤφειλεν εἶναι δαιδός, ἀλλὰ διὰ τὴν ἐπαλληλίαν τῶν δ̄ κλίνεται διὰ τοῦ τ̄, nimirum quia verbale est ut σταῖς, neutiquam propter illam, quae praetenditur, causam. Nec firmiorem duco Stephani rationem, qui ab Ἀρκὰς Ἀρκασίδης formari scribit, non, ut analogia poscebat, Ἀρκαδίδης, διὰ τὸ κακόφωνον. Ac legitur illud Callim. H. in Dian. 216. sed alterum cacophonon dici nequit, quum in patronymicorum terminatione haec minime rara sit literarum consequutio: Μεγαμηδείδης Hom. H. in Merc. v. 100. Ἀγαμηδίδης Paus. III. 16, 5 etc. Βαθυμῆδαι autem (v. Aglaoph. p. 982.) si quis ob eandem causam ex Βαθυμηδίδαι concisum esse dicet, equidem dubito, num hujusmodi correptionis exempla proferri possint; nam quod Siebelisius ad Paus. T. I. p. 78. ex Etym. M. 165, 55. profert Θρασυμίδης, id mendose scriptum esse apparet ex Philemone Lex. §. 42, 30. ubi eadem proponuntur correptae contra regulam penultimae exempla, Θρασυμηδίδης, Δικηρίδης, Θουκυδίδης. Sic enim edicunt, a nominibus tertiae declinationis in ης exeuntibus, quorum penultima brevis, duci patronymica in ιδης, Εὐτυχί-

δης, Πλησθενίδης [1]), sed a macroparalectis quae ducantur, diphthongum recipere, Εὐηρείδης, Εὐκλείδης, exemtis tribus Θρασυμηδίδης, Διιτρίδης et Θουκυδίδης. Sed hac formula prave permiscentur patronymica et quasi patronymica, quorum distinctio jam ex his, quae attuli, exemplis elucet, Πάλλας Μεγαμηδείδης in H. homerico, et andronymica Ἀγαμηδίδης, Θρασυμηδίδης, nec Θουκυδίδης solum dicitur, sed etiam Ἐπικυδίδης apud Thucydidem et Xenophontem, et contra Γλαῦκος Ἐπικυδείδης in oraculo herodoteo. Neque veteres hoc praeteriisse discrimen ex illa Etymologi disputatione quamvis perplexa cognoscitur. Nam posteaquam in principio dixerat διὰ τοῦ ι γράφεται τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος, Βηλίδης, Λαγίδης, multis interjectis subdit τύπου δὲ πατρωνυμικοῦ ὄντα παρετάθησαν διὰ τῆς ει, Λυσθείδης, Κηδείδης, Καλλείδης, Ἀχιλλείδης, Ἐχεφυλλείδης, Σκυθρωπείδης, Θαῤῥαλείδης, Φιλομηλείδης, quorum exemplorum tertio et quarto vitium adhaeret in praesens insanabile; proxima sunt Λυσιθείδης Demosth. Κηκείδης et Θαῤῥελείδης Aristoph. ab ignoto utrumque etymo. Ἐχεφυλλίδης tamen legitur ap. Steph. s. Σφακτηρία, et ab aliis solum Κυθνείδης excipitur ex lege τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος διὰ τοῦ ιδης Choerobosc. Cram. II. 235. Moschopul. Sched. p. 171. Zonar. Lex. p. 902. quanquam hi de patronymico loqui videntur, quod genus diphthongum respuit, etsi non solum in libris nostris Ὁμηρείδης et alia talia leguntur, sed etiam Etym. M. falsam Pindari scripturam Ἀδραστείδης pleonasmo excusat v. Aglaoph. p. 185. Sed proprium Θεαγενείδης, quod hoc loco protuli, rectius ἰωταγραφεῖται, ut Ἀντιγενίδης Plut. de Virt. Alex. II. 2, 53. Inscr. Att. N. 172. v. 34. p. 307. Ἐπιτελίδης N. 171. v. 20. p. 302. Ἀντιμενίδης Strab. XIII. 617. Diog. La. II. 46. Εὐχαρίδης, Πολυχαρίδης Aristoph. et notissimum omnium Ἐπιμενίδης, quod ipsum tamen Ἐπιμενείδης scribitur in Inscr. Att. N. 302. p. 404. Ἱπποκρατείδης N. 285. v. 2. p. 395. et apud Aristophanem Ach. 220. Λακρατίδης

1) Πληστονείκα legitur in Inscr. N. 1506. sed ille Πλεισθενίδης scripsit ut Stesichorus. Εὐτυχίδης (et Λευτυχίδης Herod.) ambiguum est, quia non Εὐτύχης solum dicitur sed et Εὔτυχος, Ἐπίτυχος.

producta penultima, quare Bentlejus *Λακρατείδης* scribi, Elmslejus explendo metro *γέ* vel *δή* adjici vult. Sed multo tamen saepius nomina a *κράτος* composita finiuntur vocali simplici, *Παγκρατίδας* Inscr. N. 1355. *Φιλοκρατίδας* N. 1253. *Δαμοκρατίδας* N. 1364. *Σωκρατίδας* N. 1253. et in attica N. 168, b. v. 12. et in scriptorum monimentis *Ἐγχεκρατίδης*, *Εὐκρατίδης*, *Εὐρυκρατίδης* etc. Quae a macroparalectis oriuntur, ex Grammaticorum praescripto in *ειδης* terminantur, *Πολυθερσείδης* Hom. *Προμηθείδης*, *Λυκομηδείδης*, sed discordat *Προμηθίδας* Schol. Apoll. II. 815. sive *Προμαθίδας* Athen. VI. 296. B. XI. 489. B. et *Φιλομηδίδης*, quod ex obscuris Scholiastarum indiciis eruimus. Etym. M. l. c. *τὰ μὴ πατρωνυμικά* (scr. *τὰ μητρωνυμικά*) *διὰ τοῦ ι γράφεται, Νιοβίδης, Δαναΐδης· ὅθεν τὸ Φιλομηλείδης* (Odyss. IV. 343.) *κύριον εἶναι λέγομεν· εἰ γὰρ ἦν μητρωνυμικὸν διὰ τοῦ ε* (*τοῦ ι* recte Anecd. Cram. II. 398.) *ἐγράφετο ἂν* (ut *Φιλυρίδης*), quae ex Epaphroditi commentario Odysseae excerpta dicuntur. Scholiastes autem ad Od. l. c. *Φιλομηλείδῃ τῷ Πατρόκλῳ· Φιλομήλας γὰρ υἱὸς ἦν* (quod refellitur ad Od. *P*. 134.) *γράφε* (*γράφεται*) *Φιλομήδῃ κατ' Ἀττικοὺς* (*ἄλλους*?) *χωρὶς ν·* (sic), ubi nescio an seribendum sit *Φιλομηδιάδῃ ἢ Φιλομηδίδῃ χωρὶς τοῦ ε*. Eundem locum spectat Hesychius: *Φιλομεδιάδῃ οἱ μὲν κύριον ὄνομα· πολλάκις γὰρ πατρωνυμικῷ τύπῳ κυρίως* (scr. *κύριον*) *δηλοῦται ὡς Εὐριπίδης, Ἡρακλείδης*. Palmam tulit *Φιλομηλείδῃ* proprium quamvis discrepans ab usitatis *Εὐμηλίδης* Demosth. 1187, 21. *Θρασυμηλίδας* Thuc. IV. 11. *Ἀριστομηλίδης*, *Ἐπιμηλίδης*, *Θεομηλίδης*, quae apud Pausaniam leguntur, ultimum fortasse depravatum ex *Θεομηδίδης*, ut *Σιμηλίδας* id est *Σειμηλ.* in Inscr. N. 1291. Eamque productionem andronymico facilius quam patronymico concessisse videntur veteres Critici, qui pro anomalo *Λαμπετίδης* Il. XV. 526. ne periclitandi quidem causa *Λαμπείδης* proponere ausi sunt. Tertium *Λυκομηδείδης* Priscianus suppeditat diversa miscens II. 7, 37. *contra regulam producunt penultimas vocales Aeolides, Demades*[2]), *Codrides, Licoorgides, Lagides,*

---

2) Sotades, cujus media corripitur, ortum habet a *Σώτας*, *Σωτέας* Inscr. N. 1279. Hesychius *Δωτάδης Δώτου υἱός*.

Belides; Euerides etiam et Lycomedides apud Graecos contra regulam penultimam diphthongum. Ex his Belides et Lycurgides apud poetas latinos leguntur penultima producta; *Λαγίδης* Theocr. XVII. 14. ubi Meinekius *Λαγιάδης* scribit [3]) probante Spitznero de Prosod. p. 81. suffragantibusque Grammaticis, qui nomen illud saepius commemorant, sed sine ullo anomalae productionis indicio Etym. M. 554, 39. Anecd. Cram. II. 235. facileque evitari potuit adhibita dialysi *Λααγίδης*. Nam *τὸ Λάγος* [4]) *εὕρηται καὶ τρισυλλάβως Λαάγου φίλος υἱὸς ἀρίζηλος Πτολεμαῖος* Anecd. Cram. I. 264. fortasse ex graecanica interpretatione, *Λᾶγος* significare *τὸν λαγόν* id est *λαγέτην*. Sed idem *Λάαγος* pronunciari potuit ut *κράατα*, et hinc derivatum *Λααγίδης*. *Εὐηρείδης* dixerunt Theocritus et Callimachus convenienter primitivo *Εὐήρης*, cui simile est *Ἀντηρείδης* loco affecto Anecd. Cram. I. 173, 21. ubi verba *εἰς ὃ ἐπερείδεταί τις* ad *ἀντήρειδες* sive *ἀντηρίδες* pertinent; sed discordat *Ἀμφηρίδης* in Inscr. Thasia N. 1261. et *Φρασιηρίδης*, quod nuper pro *Φρασικρίδης* restitutum est Demosth. p. 688, 4. 1197, 4. 1290, 20. Eidemque Demostheni c. Phil. III. 126, 3. Bekkerus pro *Φιλιστείδης* bis reddidit e codd. *Φιλιστίδης*, quod Tschuckius ad Strab. X. p. 12. cum *Ἀριστίδης* confert, Eustathius autem p. 1498, 63. consuetum *Ἀριστείδης* ab *ἀριστεύς* repetit ut *Βασιλείδης*, eademque via litigiosum illud *Φιλομηλείδης* exsolvit, a *Φιλομηλεύς* (ut *Μενοικεύς*) deflexum dicens. Nec defuisse opinor, qui illa cum *εἶδος* composita putarent, id quod de *Ὑπερείδης* affirmat Herodianus Hermanni XI. 305. v. ad Phryn. 454. Sed hactenus evagari satis fuerit.

§. 2.

De iteratione literae *κ* Grammatici, quoad meminerim, nihil nos admonent. Sed Euripidis verba Bacch. 235. *εὐκο-*

---

3) Haec ex editis transcribenti affertur nova ejus editio, h. l. paullisper mutata.

4) Accentum vitiosum reliqui, quia Eustathius quoque p. 1821, 27. nomen ab appellativo *λαγός* repetit et Philemo §. 100. p. 70. *Λαγίδης τὸ πατρωνυμικόν* cum *πελαργίδης, λυκίδης, χηνίδης* confert. Error utriusque in aperto.

σμος κόμην. Matthiae, tametsi kappa duplex sibi improbari neget, tamen adnotanda duxit; Goettlingius autem ad Hesiod. Th. 165. quum recte sensisset pro πατρός γε κακὴν τισαίμεθα λωβήν scribi oportere πατρός κε, id non ausus est reponere τρία κάππα κάκιστα ratus, ut videtur. Sed hunc scrupulum eximunt exempla ab Hermanno Opusc. T. VI. 164. et Muetzellio de Theog. p. 151. congesta, quibus tamen excerpendum est μὴ κάκου κεκακωμένον, quippe paronomasiae causa quaesitum, omniaque, quae conjuncta multo plus aut gratiae aut ponderis habent quam divulsa: εἰ τέκν' ἐκ τέκνων τέκοι Soph. Oed. T. 1250. ἄνακτ' ἄνακτι ib. 284. κακῶν κάκιστα Oed. Col. 1238. cui simile ἔσχατ' ἐσχάτων κακά (Phil. 65.) a Suida sine ratione confertur cum rhetorum lusibus frigidissimis δεινότερα Δεινίου καὶ κύντερα Κύντωνος. Atque ejusdem literae quater deinceps repetitae exempla sunt κακῶς κεκαφηότα Il. V. 698. κεκακωκότες Poll. VIII. 45. atque cognomen Dianae Κοκκώκη Paus. V. 15, 4. Ter recinit ex urbis nomine Καύκακις Scylac. Peripl. 110. p. 50. et saepissime e verborum perfectis activis potissimum intercedente liquida: κέκαυκα Xenoph. Hell. VI. 5, 37. Alexis Athen. IX. 383. C. κέκμηκας Il. VII. 262. κέκρικε Demosth. 414, 1. [Plat. Legg. V. 734. C. Lys. c. And. 108, 9. ἐκκεκρικώς Cyrill. c. Jul. I. 47. C. ἐγκέκλικε Plut. Symp. VII. Quaest. V. 3, 308. Eunap. V. Aedes. 40. p. 22. ed. Boisson. παρακέκλικε Epict. Diss. I. 8, 10. κεκτικέναι Diod. Fragm. VIII. p. 21. T. IV. ἀποκεκλεικώς id. XIV. c. 111. συγκεκλεικυῖα Aristid. Or. XIV. 215. ἐπικέκλυκε Aesch. c. Ctes. 78, 29. προςκέκρουκε Demosth. 581, 2. ἀντικεκρούκει Thuc. VI. 46, 2. Appian. Civ. IV. 87. ἀποκεκάρκει Lucian. Tox. §. 51, 116. T. VI. quibus leniora sunt bis repetita: doricum ἄκουκα v. Schaefer. ad Plutarch. T. V. 210. ᾠκίκει Appian. Civ. II. 26. εἰκάκεισαν Suid. et Moschopul. Opusc. p. 53. εἰκακέναι Schol. Arist. Vesp. 151. εἵλκυκε M. Anton. III. 6. Dem. c. Androt. 611, 10. ut et in Or. de Pac. 60, 8. nunc pro εἵλκυσε legitur, et pro ἠνάγκασε Plat. Hipparch. 232. B. ἠνάγκακα, quod nonnulli ἀνήγκακα dixerunt Atticorum scilicet exemplo Herodian. ap. Etym. M. 106, 23. et porro ἠναγκάκειν Dem. c. Apat. 901, 20. ἠναγκακέναι

Dionys. Antt. VIII. 73, 1685. πεφενάκικε Dem. Ol. II. 20, 5. Fals. Leg. 363, 29. δεδικακότες Theophyl. Hist. III. 8, 73. A. δεδικακέναι Athen. XII. 517. B. προπεπηλακικότες Dio Cass. XXXVIII. 34. προκεκύηκυῖαι Soran. de Matr. p. 54. συνῳκικυῖα Strab. XII. 544. quae nobis quidem cacillare et cicurrire videntur. Haec autem tot unius generis exempla cumulavi potissimum ob eam causam, quia Buttmannus Gramm. §. 97. Adn. 6. perfectorum quorundam defectum ita excusavit, ut hoc tempus in universum ad usum minus necessarium et in nonnullis verbis ut pronunciatu asperius declinatum esse statueret[5]).

§. 3.

Lambda semivocalium, ut Dionysius ait, suavissima etsi in utroque sermone duas continuas syllabas non raro orditur, λαῖλαψ, λωλώ, λαλός, *loligo*, *lolium* etc. tamen propter antecedentium vel subsequentium literarum naturam interdum loco suo concedere coacta est. Neque enim improbabilis videtur Ger. Vossii opinio pro *coeluleus* substitutum esse *coeruleus* ut suavius, et ob eandem causam nonnullos *Parilia* maluisse quam *Palilia* dicere; ac nescio an Graeci ipsi, quum nomina propria *Cloelia*, *Publilius*, pronunciarent, sapore quodam traulismi contacti sint, σκληρός dicere consueti et πλήρης, non ut δηλός, βηλός, quae nomina communem a verbis puris originem sed diversam pro consonae antecedentis qualitate terminationem habent. Similiter Buttmannus ἔκπαγλος et πύελος euphoniae causa pro ἔκπλαγλος et πλύελος ascita putat, quorum posterius veteres parum apte a πῦος repetunt, alterius autem originem aliquanto probabilius quam Buttmannus explanat Etym. M. 323, 35. Anecd. Cram. I. 156. ἀπὸ τοῦ ἐκπλήσσομαι ἔκπλαγος καὶ ὑπερθέσει ἔκπαγλος, cujus si exempla proferri non possunt, tamen analogia confirmatur similiter figuratis

5) *Λέλεχε*, quod inusitatum esse dicit, legitur in Galen. Comm. in L. de Hum. II. 12, 250. T. XVI. *Λέλεγε* et *λέλογε* Hesychius affert. Eandem vocalem densant δέδεκε Meleag. Ep. LXVIII. Heraclid. Alleg. 33, 109. τετέλεκε Demosth. p. 295, 29. 1081, 16. Diod. II. 60. Julian. Or. II. 101. προτετελέκει Thucyd. VI. 31.

πρόβαλος [6]), ἄσκαλος, χοιροσφάγος, ἄδαμος, ἀντάλλαγος, σακεσπάλος [7]), quorum nonnulla duplicem terminationem habent in ος et ης. Ita sumi potest ἔκπλαγος aut in usu fuisse aliquando aut certe quominus ita diceretur, nihil obstitisse; ἔκπλαγλος autem ne tentatum quidem esse videtur, non magis qnam βλαβλός, λιχλός. His adjunctum est Schol. Arist. Plut. v. 1. ἀπὸ τοῦ ἄλγους ἀργαλέος ὡς ποδαλγία ποδαργία, quod ipsum non legitur sed στόμαργος et γλώσσαργος a nonnullis huc referri solent cf. Doederlin. Synon. T. IV. 424. Tres syllabae ab eadem litera induci non solent praeterquam in reduplicatione ἐκλελαληκέναι Demosth. 354, 25. A λιλαίομαι vero, quod unum huic simile verbum, λελιημένος duci auctor est Herodianus Schol. Il. *M*. 106. Quatuor lambda constipantur ex congressu disjunctorum ἀλλ' ἄλλη Dem. de Hal. 85, 19. ἀλλ' ἄλλον p. 720, 12. ἀλλ' ἄλλος ἄλλῳ Archiloch. Fr. XXV. 97. ἀλλ' ἄλλως Soph. Oed. T. 1151. Aelian. V. H. VIII. 6. Herod. II. 117. III. 16. ubi et plene scribitur ἀλλὰ ἄλλος ut L. IV. 192. et Plut. de Fort. p. 308. T. VII. — Mytacismi nomine, si nostras consulimus aures, culpari potest μεμίμημαι Herod. II. 78. Plat. Legg. II. 668. E. Lucian. Rhet. Praecc. §. 6. de Dea Syr. §. 49. Paus. V. 11, 2. Demetr. de Eloc. c. 24. συμμεμιγμένον Lysias Epitaph. 194, 15. συμμεμοιραμένον M. Anton. II. 5. συμμνημονεύειν Id. III. 10. Plutarch. de Ira XI. 441. Alex. Aphr. in Soph. El. p. 42, a. ἀπομεμνημόνευκα Plut. de Comm. Nott. 26, 370. pro quo ἐμνημόνευκα legitur Plat. Legg. VIII. 672. E. Joseph. c. Apion. I. 1. sed rursus μέμνημαι obtinuit apud omnes, συμμνημονευέσθω Galen. Comm. in L. de Fract. I. 1, 327. T. XVIII. P. II. et μεμνηστευμένῃ Artemid. II. 12,

---

6) Sic apud Hesychium scribitur, πρόβαλλος Phot. ut εἱματανῶπερίβαλλος; oxytonum προβαλλός Arcadius sanxit. Illi similiora ἐπίβαλος (ἐπιβλής) amphibalus sive amphibalum, fustibalus. De ἀρύβαλλος et κηκίβαλος parum constat.

7) Ἄθλιβος incertum est utrum ab aoristo ductum sit, ut κυμινότριβος, κριθοτράγος, an a praesenti ut ἄτερπος, ἄπευθος, ἀθίγγανος, Ἐπιτύγχανος M. Anton. VIII. 25. φιλομεμφότατος Plutarch. Parall. T. II. p. 391, 14. Schaef. quod Schaeferus miratur Vol. IV. 410.

155. Diod. XVIII. 23. Theodor. Hyrt. p. 23. in Anecd. Boisson. T. III. μέμεμμαι vero nusquam reperi neque ὀμώμομαι ad similitudinem tertiae personae ὀμώμοται [8]). Quemadmodum verba in ανω exeuntia in syllaba paragogica et principali eandem iterant consonam ν, velut est, μανθάνω, ἁνδάνω, vel assimilatam proximae, λαμβάνω, δαγκάνω, φυγγάνω, ita verbis in ημι, quorum initialis est π, inseritur systoecha μ, πίμπλημι et πίμπρημι [9]), sed quia propter longitudinem mediae syllabae minus est necessaria quam illis, rursus omittitur, si cum praepositione ἐν componuntur, euphoniae causa ut Moschopulus ait Sched. p. 158. Ejusque praetermissionis et apud atticos scriptores et in communi sermone tam numerosa sunt exempla, ut citius credam literam, quam librarii non raro vel contra metrum inculcant, ab his potius aliquoties importune additam, quam a scriptoribus ipsis nescio cujus variationis causa in tempus assumtam rursusque dimissam esse; quae Schneideri sententia esse videtur ad Plat. Civ. T. I. 283. Sed et illud a viro doctissimo dissentio, quod ἐμπίμπλημι et ἐμπίμπρημι cum ἐγγίγνομαι et συγγιγνώσκω confert T. III. 86. nam in his gamma primum certe aliud sonat atque secundum [10]) neque magis auditur quam in ἐγγεγύηκα atque similibus, quae ad Phryn. p. 155. allata sunt, sed adulterinum est, ut in φυγγάνω, λαγχάνω. — Litera ν ne crebrius ingereretur Porsonus ad Or. 292. pro ἰσχναίνω, quod analogia postulat, Atticos ἰσχαίνω dixisse arbitratur; cui consentit Schaeferus, nec repugnat Matthiae ad v. 288. illam antiquiorem, hanc molliorem et recentiorem formam ut ἰσχάς esse dicens. Qui omnes plus contendere videntur quam probari potest. Ab ἴσχω ducitur ἰσχαίνω Theophr. de Odor. IV. 47. Poll. IV. 178. ut κναίνω, λιταίνω, ἀλθαίνω, ἀλφαίνω,

8) In diremtis vocabulis ἔμ' ἐμνήστευεν Eur. El. 313. paullo durius sonat quam τῷδ' ἄρ' Ἄρης v. Hermann. ad H. H. in Merc. 69. et similia, quorum copia major quam ut exemplis opus sit.

9) Adderem ἐμπιφράναι, quod Camus in Aristot. H. Ann. V. 6. e Mediceo, ut dicitur, edidit, nisi Bekkerus hujus scripturae mentionem prorsus omisisset.

10) Ἐνγίγνομαι scribi potest ut ἄνγελος, sed non γίννομαι.

κροαίνω. Huic cur litera ν insereretur nulla causa erat, sed inserta est adjectivo hinc propagato ἰσχνός tenuis, cui similia sunt στιλπνός, τερπνός, λίχνος, θαλπνός, φρικνός, στεγνός, σπερχνός. Ab his vero nullum procedit verbum in αινω, ab ἰσχνός autem non solum ἰσχνόω, sed etiam ἰσχναίνω et composita, Hippocr. de Locc. in Hom. p. 138. T. II. Aphor. p. 741. T. III. Herod. III. 24. Plat. Gorg. 522. A. Polit. 293. B. Aristot. Probl. III. 23. Philem. Fragm. Inc. XII. Strab. III. 145. Plut. Symp. V. Quaest. VI. 4. Porphyr. V. Pyth. p. 66. Themist. I. 10. A. Maxim. Tyr. XXXIV. 2, 157. Stob. Flor. CI. 16, 547. idque ab ἰσχαίνω, ἰσχάνω, ἰσχανῶ, tantum distat, quantum *attenuo* ab *attineo*. Hoc autem discrimen nonnunquam a veteribus neglectum esse nisi quis certioribus, quam Matthiae, exemplis demonstraverit, haud probari poterit Hermanni 'scriptura Iph. A. 700. (694.) συνισχνανεῖ pro συνισχανεῖ. Sed ut vel hoc concedatur, quod quam maxime dubito, ἰσχαίνω dici pro ἰσχναίνω exemto ν, ut ἰσχαλέος pro ἰσχναλέος, tamen nihilo minus, num id soni causa factum sit, ambigi licet, quoniam ἰσχνός unicum est vocabulum, in quo literae σχν concurrunt, purum autem ν in duabus atque adeo tribus continuis syllabis repeti non insolitum est, ἐννενεόττευμαι Plat. Civ. IX. 573. E. ἀνενένεγκται in vetere inscriptione attica Corp. Inscr. Vol. I. N. 76. ὀνίνανται Aristot. Probl. XIX. 18. Alex. Trall. V. 1. 240. ὀνινάναι Galen. de Simpl. Fac. XI. 15, 287. T. XII. de Comp. sec. Locc. IV. 1, 705. de atr. bil. VI. 128. T. V. Paul. Aeg. VII. 3. p. 230, 25. quae notasse hoc magis ad rem pertinet, quia unum, quod Buttmannus in Ind. Anomm. affert ad levandam cacophoniae suspicionem hujus infinitivi exemplum, id ipsum in controversia versatur v. Schneider ad Civ. T. III. p. 213. a.

Sequitur Ξ litera vastior, ut Cicero ait Orat. c. 45. et a Romanis saepe declinata. Durum nobis sonare videntur *exlex*, ἐξ ἕξ Plat. Tim. p. 54. E. Aristot. H. Ann. III. 7, 2. ἐξοξύνεται Theophr. Caus. Pl. VI. 7, 6. ἐξάξειν Herod. IV. 148. ἐξάξοντα Thuc. V. 80. ἐξάξουσι Plat. Crit. 48. C. ἐξάξεσθε Plut. de Fac. Lun. VI. 35. T. XIII. quibus confirmatur ἐξέλξω Arist. Eqq. 365. et in disjunctis vocabulis ἔξω 'ξενεγ-

κεῖν Nubb. 1388. Sed de hoc quoque nullum proferre possum antiqui Technici praejudicium praeter quod Masorethae Homerici adnotarunt, semel poetam eam literam primi vocabuli extremam, secundi primam fecisse καθάπαξ ξείνῳ Odyss. XXI. 349. v. Eustath. p. 1912, 18. Idem vero Eustathius p. 790, 11. perfectum πέπομπα affirmat σεσιγῆσθαι διὰ τὴν κακοφωνίαν, quae certe non obstitit, quominus πέπεπται diceretur Aristoph. Pac. 869. Aristot. Nicom. III. 5. p. 1112, 1. et πεπόμπευται Plutarch. An seni resp. XVII. 124. T. XII. et πέπεμπται Thuc. VII. 77, 6. προὐπέπεμπτο VIII. 79. pro quo quod in omnibus codd. legitur προὔπεμπτο, dubium est utrum reduplicatio librariorum incuria praetermissa sit, an propter facilitatem pronunciationis, quae eadem est de ἐπαλιλλόγητο Herod. I. 118. aliisque hujus detractionis exemplis dubitatio v. ad Phryn. p. 598. Sed ἐπιτηδεῦσθαι Dionys. de Thucyd. XLII. 187. ab eodem errore profectum unde νενικυῖα Aristid. Or. XIII. 119. ἐνενίκει Appian. Civ. II. 91. προσκεχλευακὼς Demosth. 704, 24. ἀπιστέων Xenoph. Anab. II. 6, 5. κυβιστὴρ Schol. Il. *M*. 385. v. Adn. ad Hesych. s. Κυβηστῆρας [11]) aliaeque syllabarum similiter sonantium praetermissiones.

§. 4.

Jam sermo ad rhotacismum et sigmatismum deductus est. Ad illum referenda sunt duo Thomae M. praecepta Ἔῤῥανται οὐ ῥέρανται διὰ τὸ εὐφωνότερον, et Ἑταιρότερος οὐχ εὕρηται ἐμοὶ δοκεῖν διὰ τὸ οὐκ εὔφωνον, ἑταιρότατος δέ, quorum prius notum est valere de omnibus verbis, quae primam literam habent ρ, sed non observari ab omnibus, ut pro illo ipso καταῤῥεῤῥασμένα scribitur Galen. de Comp. Med. p. Locc. II. 504. et 521. T. XII. ἐκῤῥεῤῥευκὼς Hero Spirit. p. 187. ἀποῤῥέρηκται Oribas. de Fract. XXI. 109. ῥεῤῥαφανιδωμένος, ῥεῤῥαβδωμένος et similia apud alios v. Boissonad. ad Theodor.

11) Idem ζητόρων ζητούντων· γράφουσι δὲ ἔνιοι ζητητόρων. Illud analogiae adversatur; πτεροφύτωρ, quod Heindorfius et Buttmannus damnant ad Plat. Phaedr. p. 252. B. minime.

Hyrt. p. 133. T. III. Anecd. [12]) Ἐχθρότερος ex Thucydide affert Antiatticista Anecd. p. 92. obtinetque hoc idem in Soph. Oed. T. 1346. Herod. de Polit. p. 51. T. VIII. Plutarch. de Virt. Alex. I. 11, 47. T. IX. et Dem. de Pac. 61, 26. sed non sine rivali v. Schaefer. ad h. l. οἰκτρότερος Eur. Phoenn. 1337. saepiusque μακρότερος et, quod idem Thomas improbat sed ratione subtracta, αἰσχρότερος. Nec magis persuadet Theodosius Gramm. p. 134. νέκταρ νέκταρος declinari, non νέκτατος, φρέαρ autem φρέατος non φρέαρος, ne in illo litera τ, in hoc ρ inconcinne geminetur; nam verbalia omnia praeter θέναρ per τ declinantur, νέκταρ vero ut ἔαρ. Sed nos quoque quum εὐπρόςρητος et δυςπρόςρητος pronunciamus, asperum quiddam et confragrosum persentiscimus, eoque Pollucem V. 138. permotum suspicamur, ut illud σκληρότερον diceret, hoc improbaret ut τραχύ. Quanquam quum idem μεταδίωξις V. 165. ἐκλάλησις ib. 147. ἀηθεῖν et ἄηθες [13]) ib. 145. εὐπροςόδως et εὐεντεύκτως ib. 139. ἀντίπαλος ib. 150. ἐκλελεγμένος VI. 208. ὁμοερκές ib. 156. σύνδεσις VIII. 152. dura vocat, ἀγχώμαλος autem V. 157. et ποτνίασις VI. 602. aspera, ζημιώδως δύςφθεγκτον VIII. 147. τεκμαρτικὸς δυςχερές IX. 152. ὁμαιχμία οὐχ ἥδιον πρὸς ἀκοήν I. 135. intelligi debet, veteres his nominibus non unum vitiorum genus notasse, sed plura atque ea fere, quae nostras aures sine offensione praetervolant. Nam ne eos nihil duri et asperi sensisse nominaque ista in vanum jactasse censeam, quum multa alia retinent tum maxime illud, quod quarundam literarum commissiones et saepe admissas et easdem in aliis vocabulis dedita opera declinatas esse intelligimus, rationes autem hujus inaequalitatis explicare nescimus. Velut in hac ipsa litera ut consistamus, quid tam veri simile est, quam quod a multis sumitur, *crebesco* ut lenius

---

12) His locis rho utrumque modo eum, quem scripsi, spiritum habet, modo nullum, modo unum asperum in syllaba prima, nec constant sibi librarii in ἐπίῤῥημα et similibus v. Goettling. de Accent. p. 205. Mihi qui in ἔῤῥιμμαι sunt conjuncti spiritus, retinendi videntur in ῥέῤιμμαι.

13) Quum ἀήθης apud Platonem Legg. VII. 797. A. Thucydidem II. 11. Demosthenem p. 538. 1. et optimos quosque legatur, credibile videtur, illum ἀηθέσσειν scripsisse.

assumtum esse in locum antiqui *crebresco* (ut nigresco), quomodo *transtillum*,[14]) *praestigiae*, *prosa*, *σκηπτοῦχος*? At eadem litera geminatur non solum in *crabra* et *crabro*, sed etiam in derivativis *cribrum*, *probrum*. Itaque quod *κραῖρα*, *ἡμίκραιρα*, *κραῦρος*, in communi omnium usu versantur atque adeo antiqua Atthis *ναύκραρος* recepit pro *ναύκληρος*, et in Inscript. Tegeatica N. 1513, b. v. 15, 700. *Κραριῶται* pro *Κλαρειῶται* non obstat, quominus *Φατρία* v. Corais ad Isocr. p. 137. *δρύφακτος*[15]), *χαλκεομίτωρ*, *Θρινακία*, *θιπόβρωτος* Hesych. aurium gratia ascita esse credamus; nam persaepe usu venit, ut fastidiosus ille concinnae compositionis sensus in tempus hebescat mox revicturus. Nec scrupulosius quaeramus, cur in *putesco*, *febris*, omissa sit litera, quae in *arferiae*, *arbiter* etc. praeter necessitatem assumta est, sicut Graeci animum ad *κυρκανῶ*, *μορμύρω*, *μαρμαίρω*, referentes maluerunt *δαρδάπτω* dicere quam *δαδάπδω* vel *δαβδάπτω*. — De sigmatismi fuga Vossius ad H. H. in Cer. 135. subtiliter et argute disserit, Homerum et ut quisque ejus fuerit simillimus, tam studiose fugisse sibilos, ut neque *φρεσὶ σῇσι*, neque *ἄλσεσι*, neque *σεσοφισμένος* aut aliud quid his par et simile admitterent. Sed haec scribenti exciderant homerica *κρείσσοσι*

---

14) Hoc aptius est quam quae Schneiderus enumerat Gramm. T. II. p. 472. et 508. fratellus, libellus etc. quia litera t in primitivo *trans* non inest, sed remansit ex terminatione *transtrum*.

15) Veteres compositum esse putant, Schneiderus et Schaeferus ad Plut. T. V. 38. simplex a verbo *δρυφάσσω* vel *δρυφάζω* derivatum, cui includendi, sepiendi significationem tribuunt auctore Lycophrone v. 238. *τηλῷ κατεδρύφαξε διπτύχους γονάς* et v. 785. *στέρνα δεδρυφαγμένον*, quod utroque loco scholiastae interpretantur *ἀσφαλίσαι*, *κατακλεῖσαι*. Sed de secundo loco apertissime errant omninoque qui factum sit, ut *δρυφάσσω* tam remotam a primitivo *δρύπτω* significationem acceperit, adeo non potest intelligi, ut priore loco *κατεδρύφαξε* pro *κατέξανε*, *κατέκναισε*, *attrivit*, *afflictavit* positum credam, nisi Lycophro ipse specie similitudinis deceptus verba diversissima *δρυφάσσω* et *δρυφακτῶ* confudit aut etiam *κατεκρύψασκε* scripsit. Veterum sententiam confirmat accentus; nam ubique scribitur *δρύφακτος* ut *ξυλόφρακτος*, etsi contrarium jubet Arcadius p. 83, 15. qui fortasse illud, quia substantivi intellectum habet, alio atque adjectiva accentu notandum putavit; ceterum ipse compositis subjunxit, non simplicibus, quae paulo ante enumeravit.

Il. XXI. 486. et *κελσάσῃσι* Od. IX. 149. et hesiodea *αἴσχεσι* Opp. 209. *ἀνασσείσασα* Scut. 344. Ac si quis Soph. El. 1465. *κρείττοσι*, quod tres Florentini et plerique alii pro *κρείσσοσι* praebent, non a librariis, qui eidem poetae *ἔλαττον*, *πράττειν*, *φυλάττειν*, affricuerunt v. Wass. ad Thuc. VII. 11. Ellendt. Lex. Soph. T. I. 574. et 985. T. II. 627. sed a Sophocle ipso formae atticae quidem sed ad audiendum asperiori praelatum esse putet, conflictabitur cum plurimis ejusdem asperitatis exemplis: *ἄρσεσι* Aesch. Suppl. 951. Thucyd. II. 45. *ἐλάσσοσι* VI. 25. VIII. 104. Paus. V. 21, 6. *ἥσσοσι* Aesch. Suppl. 489. *Περσίσι* Xenoph. Cyr. VIII. 5, 11. *στάσεσι* Plat. Legg. IV. 708. B. *αἰσθήσεσι* Civ. VI. 506. C. *ὑποσχέσεσι* Demosth. p. 349, 10. 358, 27. 397, 3. 608, 7. *ἄστεσι* Plat. Legg. II. 666. E. *ἄλσεσι* I. 625. B. Phanocl. Fragm. I. 3. Nonn. XIX. 189. *ὀσμήσεσι καὶ ψαύσεσι* Aret. Cur. Acut. I. 1, 189. *ἐμφυσήσεσι* Galen. de Us. Puls. VII. 173. T. V. *ἐκμασήσεσι* Eupor. II. 10, 373. T. XIV. Neque tamen improbem Kruegeri judicium ad Anab. V. 4, 15. Xenophontem *μοσύνοις* maluisse scribere quam *μόσυσι* soni causa, nisi forte nominativum ipsum *μόσυν* repudiavit propter terminationem aeolicam magis quam atticam. Sed operis ratio exigit, ut aliorum quoque generum exempla producam: *σέσεισται* Arist. Ach. 325. *ἐκσεσεισμένη* Phryn. App. 39, 12. *σείσασθαι* Plutarch. de Def. Oracc. c. XLIX, 381. T. IX. *συσσεισμός* Suid. *ἐλασσώσεσθαι* Thuc. V. 104. *συσσεσωρευμένος* Athen. VIII. 333. B. *ξυσσώσασῶν* Plat. Legg. IV. 707. C. His appositum et propinquum est *ἐξυσ' ἀσκήσασα* Il. XIV. 179. aliaque nonnulla, quae Spitznerus congessit ad Il. XI. 76. et complurium vocabulorum homoeocatalexia: *ὡς ἕως ἔλευσας αὐγάς* Aesch. Pers. 710. *πόσις ἐμὸς τῆς ἀθλίας* Eur. El. 366. *οὐχ ὅλης· οὔσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταύτης* Demosth. p. 428, 13. *ἐξ ἀνάγκης τῆς ἴσης φρουρᾶς περιθεούσης* Thuc. VII. 27. *νυκτὸς ἐπ' ὀλίγας ναῦς τοὺς πολίτας πάντας ἐπιβιβάσαντος* IV. 31. *ὅσους ἐραστὰς τῆσδε τῆς χώρας ἔχεις* Aristoph. Avv. 1268. *ἀγλαὰς ἔβας Θήβας* Soph. Oed. T. 152. *φονεὺς — ἐμφανῶς λῃστής τ' ἐναργὴς τῆς ἐμῆς τυραννίδος* ib. 535. *ὡς τὰς ἀδελφὰς τάσδε τὰς ἐμὰς χέρας* Soph. Oed. T. V. 1481. quo uno

Schaeferus Melet. p. 56. utitur ad excusandos Euripidis sigmatismos non illos rhetorum novitiorum acumine inventos, sed ab ipsis poetae aequalibus exagitatos. Atque hoc quoque argumentum est, quasdam literarum consecutiones habere quidem quod reprehendi possit, sed non reprehendi ubique neque ab omnibus, quia plerumque citius praeterlabuntur quam animadversae sunt. Itaque mihi non fortuitum videtur, quod Homerus *πέπνυσο* quidem dicit et *κεχόλωσο*, sed *ἔσσυο*, non *ἔσσυσο*[16]. Verum *σεσοφιμένος* illud, quod Goettlingius ad Hes. Opp. 649. minus recte cum legitimo *κεκονιμένος* comparat, si veterum Grammaticorum aliquis ecthlipsi aeolica attenuatum diceret, difficilis foret infitiatio; sed Tzetzae hic sermo est, idemque ad Lyc. 187. *ματεύω*, inquit, *κατὰ ἔκθλιψιν αἰολικήν*, etsi haec potius est principalior forma, *μαστεύω* auctior ut *μαστροπός*, *Ἄσκρα*, *δίσκος*, *πέσκος*, *κόσμος*. Eodemque praetextu fortasse usi sunt qui Odyss. XI. 19. *κεκλαμένων* legerunt v. Adn. ad Aj. p. 320. et id brevi, ut par est, antepenultima; quae quomodo in *σοφίζω* produci possit, neque Vossius explicat, neque qui ejus sententiam sequuti sunt. Denique nihil quisquam afferat causae, cur Hesiodus *κεκασμένος* et *πεπυκασμένος* admiserit, recusaverit autem *σεσοφισμένος*, cujus usus a Graecis nunquam intermissus est. Testes sunt Phocylides Nuth. 122. Plutarch. V. Luc. XLI. 341. Galen. de Hipp. et Plat. II. 5, 245. T. V. Diog. La. V. 90. participio illo sine dubitatione usi, et hoc non lenius *νενοσφισμένος* Plut. V. Pomp. c. IV. Praecc. reip. XIII. 163. Adverbium *ἰσοστασίως* Pollux VIII. 11. rejicit ut *σκληρόν*, non ob sigma trigeminum, nam adjectivum *ἰσοστάσιος* paullo ante approbavit, sed ob aliam quandam rationem abstrusiorem. Duplex $\overline{σσ}$ consonanti antecedere negat Eustathius p. 880, 10. eamque causam esse, cur *κάσγεθε* scribatur et *δύστηνος*, neque non constat *πρόςσχισμα* Aristot. Probl. XIX. 18. *προςσχών* v. Adn. ad Phryn. p. 673. Schaefer. ad Julian. Praef. XXII. Poppo ad Thuc. IV. 11, 3. *δυστομεῖν* v. Hermann. ad Oed.

16) Imperativum *ἵστασο* Il. X. 291. Aristarchus *ἵστασ* scripsit; de *ἵστασο* Il. XI. 314. XX. 197. nihil adnotatur.

C. 990. et similia modo simplex sigma habere, modo, quod saepe ambiguitatis causa praeferendum est, duplex. Ad ultimum animadvertere libet, quomodo latinum nomen *Sextus* et *Sextius* a Graecis varietur; Σέξτος Diod. XII. 7. XIV. 94. Plut. de Prof. Virt. p. 248. T. VII. Strab. III. 141. Dio Cass. XLVIII. 21. et 46. LXXI. 1. Ἔξστος Galen. de Praenot. ad Postum. X. 651. et saepius postea; Σέξτος Polyb. XXXII. 20. Julian. Caes. p. 326. A. Appian. Civ. I. 40. et 45. II. 24. IV. 53. V. 75. quibus locis cod. Aug. plerumque Σέξστος scribit, quod et apud alios legitur v. Schaefer. ad Apoll. Schol. p. 232. et in Appiani ipsius contextu II. c. 48. 106. 122. III. 77. ubi codd. regii Ξέστος [17]), ut et sextarius graece ξεστής dicitur, de quo nomine Philoxenus egit in libro περὶ τῆς Ῥωμαίων διαλέξεως Etym. Gud. p. 414. His vicina sunt Βίσεξτον sive Βίσεξστον Schol. Hippocr. T. I. 199. cf. Du Cang. s. h. v. πραίτεξτον v. Reisk. ad. Const. Porph. p. 739. πραιτέξτατος Diod. XII. 53. J. Lyd. de Mag. I. 40. p. 70. nec procul distant ἐκστάδιος, ἐκξέσας Basil. Aenigm. 36, 499. in Boisson. Anecd. T. III. ἐξσκέπτωρ exceptor, neque incredibile videtur ξέστριξ sive potius ξέστιξ hordei hexastichi nomen Cnidium populariter corruptum esse ex ἕξστιξ. Hinc colligamus licet aliis alia esse aspera leniave, nomina vero communia facilius ad aurium judicium accommodari quam propria. Verum haec jam ad literarum contiguarum collisum pertinent, de quo in proximis dicendum erit. Nunc exsequar, quod his gravius, sed prioribus inobservatum est, Graecos haud facile committere, ut easdem duas consonas in duabus continuis syllabis iterent. Etenim nullum est illis vocabulum simplex et primitivum, quod cum latinis *scisco, proprius*, comparari possit, non ita multa, quae cum vernaculis nostris *Stillstand*, *dreidraethig*, *unvergleichlich*, *unausbleiblich*. Duobus prioribus similia sunt, quae cum praepositione πρό et numeralibus quibusdam coaluerunt,

17) Σῆξτος vitiose in Josephi Synops. I. 503. T. III. sed cur Boeckhius in Inscr. 897. p. 592. Σηστία rejiciat nescio; Sestius et Sextius permutantur Plut. V. Cic. XXVI. et alibi; mala Sextiana eadem Sestiana vocantur et Κεστιανά v. Interpp. ad Colum. XII. 45, 5.

προπρηνής, τετράτρυφος Hesiod. τετράτροχα ἁμαξίδια Schol. in Aristot. L. de Incess. p. 153. b. ἑπτάπτυχος Suid. s. Ἑπταβόειον, numero pauca, usu vilia; nec λυπρόκρεως dicitur aut μακρόκρανος (μακεσίκρανος Hesychius affert ab Aeschylo, ut suspicor, usurpatum). Nec saepe motio hujus epalleliae necessitatem affert, μισθοῦσθαι, αἰσθέσθαι, ἡσθῆσθαι, quae evitari non potuerunt, sed ἠσθόμην dicere maluerunt, quam ἠσθέσθην ut ἠχθέσθην. Semel, nisi fallor, reperitur in paragoge asciticia βοσκέσκοντο Odyss. XII. 355. nunquam λάσκεσκε, φάσκεσκε, ἀσκίσκος, ῥισκίσκος, aliudve his simile. Cui rei apta et connexa videtur reduplicationis ratio, τιτραίνω, κέκραμαι, βέβλαμμαι, quam imitati Romani primum *spopondi*, *sciscidi*, tum velut mansuescente lingua *spondi*, *scidi*, dixerunt. Ac sunt plura cautionis hujus vestigia. Priscianus IV. 7, 165. *nutritor quoque nutritrix debuit facere, quod euphoniae causa sive alternitatis mediam syllabam concidit; nutrix enim dicimus.* Deinde σωστός quidem dicitur et χωστός, ἄῤῥωστος, ἄχρωστος, sed ἔστρωμαι, ἄστρωτος, ut et substantivis, ἐραστής, μετανάστης, τελεστής, sigma concessum est, quod ἐπιστάτης recusat. Quid? nonne eadem causa videtur, cur a verbis plurimis, quae literas στ continent, κλαστάζω, ἀριστίζω, ἀμυστίζω, βληστρίζω, γαστρίζω, γραστίζω, ὠστίζω, nullum propagetur nomen in στος, στης, στυς, quae autem a βαστάζω, διστάζω, νυστάζω, propagata sunt, pro sigma futuri assumserint gutturalem βαστακτής (βασταγή), νυστακτής, διστακτικός (δισταγμός), qua ratione labefactatur Valckenarii conjectura ad Herodo. VII. 35. pro ὑπασπιστής IV. Maccab. IV. 11. recipiendam esse codicis Alexandrini scripturam μαστιστής [18]). Nec tolerabilis Schneideri emendatio Φαίδρανδρος in Athen. X. 449. C. in Lexico Gr. proposita. Postremo dicitur quidem ἀλγῶν τοὺς ὀφθαλμούς Plut. Apophth. Laconn. p. 244. et ἀλγηδόνες

18) Nomen μαστιγεύς, quod Graecum esse negat, certe non adversari analogiae ostendit simile ἁρπαγεύς, nisi pro ἁρπαγέας Themistius ἅρπαγας scripsit; utrumque autem a nomine ductum ut ῥαφιδεύς, nam a verbo non licet.

ὀφθαλμιῶν Herodo. V. 18. sed ὀφθαλμαλγία non item, ut κεφαλαλγία, ποδαλγία etc. His non multo leniora videntur ἐμισγέσκοντο Odyss. XX. 7. ἱδροστρόφος Theocr. et divisa ὥςτ' ἐστί Soph. Oed. C. 573. ὥςτε ἔστω Plat. Legg. VIII. 834. D. Stob. Flor. LXXXV. 19. p. 487, 21. sed contra canonem non peccant. Nunc vocales ordiemur.

§. 5.

Schol. Ven. Il. XVII. 755. ψαρῶν διὰ τὴν εὐφωνίαν· ἐκεῖ δὲ (XVI. 583.) κολοιούς ψῆράς τε, quae verba, nisi ordo perturbatus est, hoc significant, propriam vel homericam nominis formam esse ψηρῶν, quod sequens Quintus Cal. VIII. 387. ψῆρες scripsit et XI. 218. ψήρεσι. Sed quis hoc ψηρῶν insuavius esse credat quam θηρῶν, quo poeta ipse utitur, et πηρῶν, μηρῶν, quibus alii plurimi? Ad priorem vero locum hoc adnotatum est: ψῆρας διὰ τὸ κακόφωνον τοὺς ψᾶρας· ἐκεῖ δὲ ὡς τὸ ψαρῶν· αὖμιν (sic) ξηράνῃ οὐδὲ θερμήνῃ φησίν· vitiose quidem scriptum pro ἐκεῖ δὲ ψαρῶν, ὡς αἶψ' ἀγξηράνῃ, αὖθις δὲ θερμήνῃ, sed manifesta tamen sententia: ψάρ et ψᾶρες Antiphan. Athen. II. 65. E. [19]) nativum esse, sed pro ψᾶρας dici ψῆρας, ne duo deinceps audiantur alpha, sicut ξηρήνῃ propter triplex η mutatum esse in ξηράνῃ. His laqueis callide se expedivit Gellius XIII. 21. Homerum affirmans et quum ψῆρας diceret et quum ψαρῶν, sequutum esse non communem sed propriam in quocunque loco vocis jucunditatem; nam utrum mutatum sit, in ambiguo relinquit, sed nescire ne videatur, asseveranter addit: *si alterum in alterius loco ponas, utrumque feceris sonitu insuave.* Ac de graecis quoque Homeri interpretibus, qui ψᾶρας Epigr. Adesp. CCCCXVI. Galen. de Fac. Simpl. Med. III. 6, 551. T. XI. Aelian. H. Ann. XVI. 3. (ubi Jacobsius ψάρους edidit) perinde ut Κᾶρας et legissent saepissime et ipsi ita appellarent, mirum est, unde illam traxerint suspicionem, quum praesertim poeta urbem Φηρήν appellet Il. V. 543. quam ipse alibi Φηράς vocat, Dorienses autem Φαράς. Iidemque θῆρα,

---

19) Veterem mendam ψάρες Schweighaeuserus fovet.

πήρα et χήρα retinuerunt, non certe alpha duplex fugientes, quod in ἀπανάνασθαι Pind. Nem. V. 60. Ἀθανάα et ἀλαπάτα Theocr. XXVIII. et in communibus ἁρμάμαξα, ἀναγκάσας Plat. Gorg. p. 447. A. Galen. in Prorrh. I. 547. T. XVI. quater iteratur, ter in Δανάα, Κραναά, ἀγλαά, quae apud Tragicos leguntur, et in homericis ἠλάκατα, δεδάασθαι [20]). Quae quum ita sint, nihil utimur Theodosii subtilitate Anecd. p. 1046, 6. οἱ Ἴωνες τιθέασι, διδόασι, ζευγνύασιν· ἐπὶ γὰρ τῆς δευτέρας οὐκέτι τοῦτο ποιοῦσι διὰ τὴν κακοφωνίαν τοῦ ἱστάασι, cujus rei longe alia est ratio. Neque verum videtur, quod Gregorius p. 599. Etym. M. 576, 2. Anecd. p. 1182. affirmant, Aeoles, quum τάλαις, μέλαις, Θόαις dicerent, nomen Αἴας ad hanc similitudinem non revocasse διὰ τὴν ἐπαλληλίαν τῆς αι. Haec certe Homerum non absterruit, quominus Αἰαίη admitteret, idque Demetrius de Eloc. c. 69. tantum abest ut vituperet, ut haec σύγκρουσις τῶν διφθόγγων ei μουσικωτέρα videatur. Adeoque ter eadem diphthongus repetita est in μναιαῖαι Athen. III. 89. A. quanquam hujus scriptura variat v. Adn. ad Phryn. p. 553. μναιαῖος Porphyr. in Ptolem. Harm. VIII. 293. pro quo Wallisius μνααῖος reponit; μναιαίους Aristot. de Coel. IV. 4, 95. quod olim puncta diacritica habebat et a Simplicio modo sic, modo omisso iota altero scribitur p. 172. b. 173. a. Graecique in universum a nostrae linguae consuetudine adeo discrepant, ut nomina multarum syllabarum sine consonis contexant, ἰωή, οἰήϊα, εὐαεία, per quae ostenditur diversa fuisse utriusque sermonis principia.

De monophthongo η admonemur a Schol. Il. XXI. 347. θερμήνῃ μέν φησιν ἀλλ᾽ οὐ ξηρήνῃ διὰ τὸ κακόφωνον ὡς ψαρῶν καὶ ψῆρας. Neque dici potest, Homerum ξηρᾶναι praetulisse propter literarum ρ et α affinitatem, qua moti, ut creditur, Attici κρᾶναι, ῥᾶναι, γηρᾶναι, εὐφρᾶναι, adoptarunt; nam haec ratio ab Epicorum consuetudine aliena, qui ut πήρῃ, πειρήσω, ita etiam πειρῆναι dicunt Od. XXII. 175.

20) Ejusdem vocalis in diversis vocabulis conflictum, ἐκ μέν μ᾽ ἀλλάων ἀλιάων ἀνδρὶ δάμασσε, adnotavit Eustathius p. 12, 10.

et 192. Arat. 288. κρῆναι Odyss. XX. 115. ἐπιῤῥῆνας Tryphiod. 66. εὐφρῆναι Il. XXII. 102. Theocr. XII. 8. τετρῆναι Odyss. V. 247. Arat. 288. Nonn. XLVII. 124. quibus unum repugnat ἐμάρανε H. H. in Merc. 140. convenit ἐμαρήνατο in Epigr. v. Jacobs. Anth. Pal. T. III. p. 967. Et qui dialecto ionica usi sunt, ipsum ξηρῆναι probarunt Herodo. VII. 109. Aret. Cur. Acut. I. 10, 234. II. 2, 250. Hippocr. de Vict. acut. p. 99. T. II. de Locc. in Hom. p. 119. de Affect. p. 384. de Affect. intern. p. 431. de Nat. Mul. p. 568. et 595. Muliebr. II. 777. et 861. T. II. de Superfoet. p. 479. T. I. ut et ἐξυγρῆναι de Diaet. p. 706. T. II. Muliebr. II. 770. προςεπιγλισχρῆναι de Vict. Acut. p. 58. nec mirum est librarios nonnunquam ad vulgarem formam ξηρᾶναι revolvi, de Nat. Mul. I. p. 553. 558. 594. II. p. 766. de Diaet. II. 673. III. 730. Neque tamen triplex Eta displicuisse, ex aliis apparet exemplis σημήνῃ Herodo. I. 22. Xenoph. Anab. II. 2, 4. Thucyd. VII. 50, 3. Diod. XIII. 12, 214. Paus. IV. 17, 4. M. Anton. XI. 20. Epict. Diss. I. 29, 29. Heraclid. Alleg. c. 35, 112. Agath. Hist. IV. 19, 164. B. Hermog. de Ideis II. 7, 343. T. III. πημήνῃ Epigr. Adesp. CXCVIII. v. Adn. ad Phryn. p. 25. et aliis verbis: ζητήσῃ Anth. Pal. VII. n. 681. ἡττηθῇ Lys. de publ. 148, 30. ἡττηθῆναι c. Erat. 123, 27. Dionys. Art. VI. βοηθήσητε Lys. l. c. 127, 30. βοηθηθῆναι Epict. Diss. I. 9, 28. ἡγήσησθε Lys. c. Diog. 905. etc. ac diversorum vocabulorum copulatione: τοσῇδε ἤδη τῇ παρασκευῇ Thucyd. VI. 43. ἰούσης τῆς ἄλλης τῆς προκαταλεχθείσης Λιβύης ψιλῆς Herodo. IV. 175. Nihilo secius illi Scholiastarum opinioni subscribit Moschopulus Opusc. p. 47. κακόφωνον τὸ πολλὰ φωνήεντα ἔχον, φὴῃ ἀθηρηλοιγὸν ἔχειν — et Eustathius p. 820, 35. qui plura complectitur: ἀναύξητόν ἐστι τὸ ἀήθησσον διὰ τὴν κακοφωνίαν — οὕτω καὶ ἀήδιζον ἔλεγον· τὰ γὰρ δύο η κακοφώνως ἔχουσιν ὡς καὶ ἡ τῆς ει ἐπαλληλία καὶ τὰ συχνὰ ι, καθὰ δηλοῖ καὶ τὸ Ἴριδι δίῃ — et p. 878, 30. τὸ Ἤλιδι δίῃ καὶ Ἴριδι δίῃ ὑποσεσηρέναι τῇ ἐκφωνήσει τὰ χείλη ποιεῖ, additque hujus rei causa pro Ἰλία dici vulgo Ἰλίεια, et a Sophocle τεμένιος pro τεμένειος, ἵνα μὴ ἐπάλληλα ῇ τὰ τρία ε p. 149.

Hoc τεμένιος attigi ad Aj. p. 120. aliamque correptionis causam attuli, neque omnino veteribus religioni fuit literam ε crebrius repetere, ἐπεγεγένητο Thucyd. VIII. 96, 2. ἀπετετέλεστο IV. 90. ἐπετετέλεστο Xenoph. Hell. V. 3, 25. ἐκτετελεσμένον Paus. V. 11, 4. ἐπιτετελεκέναι Jambl. V. Pyth. 28, 286. διατετέλεκε Aeschin. fals. leg. 193. aliaque supra allata in Adn. §. 2. Ἰλίεια autem, quod Eustathius ab Ἰλιεύς repetit, sequitur typum temenicorum et possessivorum a nominibus in ιος ductorum, Ἀσκληπίεια, Ἰολάεια, Ἀμφιαράειον, totamque illam rationem commenticiam esse arbitror; nam et duplex η saepius concurrit ἤην, ἠήρ, θηητός, νηήσας εὖ νῆας Il. IX. 358. etc. et totidem iota nulla consona interposita crebro existunt conjunctu praepositionum διά et περί, aliter raro, Διιπόλια, διιπετέστερος et Διιτρέφης, quorum duo posteriora secundam longam habere, postremum, quod et Διοτρέφης dicitur v. Bekker. ad Thuc. III. 75. in marmoribus Διειτρέφης scribi scite animadvertit Elmslejus ad Med. 323. Adn.* p. 139. et ad Bacch. 1266. Atque haec scribendi ratio ambigi potest, utrum ad evitandum duplex iota inita sit an ad signandam productionem, quae clare apparet in homerico ἀνδρειφόντης, nec ignota fuit Scholiastae Nicandri Ther. 601. qui pro ἐν δὲ θερειγενέος κυμίνου dubitat an praestet ἐν δ' ἀθερειγενέος, ἐπειδὴ τοῦ κυμίνου ὁ στάχυς ἀθέρας ἔχει, sed auditur modo in Nic. Alex. 618. κοῦρον ἁλίβαπτον Μελικέρτην, et in Lycophr. v. 681. εἰς ἁλίπεδον φθιτῶν, cujus mensura et librarios turbavit ἁλίςπεδον et ἁλήπεδον [21]) scribentes, et Grammaticos induxit, ut ab ἁλίω compositum putarent. Jam praeter dativum Διΐ, quem Dorienses contrahunt, solum restat solemnium nomen Διιπόλια sive Διιπόλεια, quod et ipsum ab Atticis uno iota, ut Δίφιλος, pronunciatum esse Porsonus docet ad Arist. Pac. 424. atque δίιος jovialis Plat. Phaedr. 252. E. Plutarch. de Def. Oracc. XXI. 335. τοῖν διίοιν Themist. Or. XIII. 165. C. quod plurimum differt a δῖος divinus. Itaque ne illis quidem natura concessit, ut omnia, quemadmodum vellent, proloquerentur; sed quum δῖος dice-

---

21) Sic et Hesychius in serie.

rent, ubi liceret, altero usi sunt, ubi necesse erat; *Κῖος* vero et *Χῖος* nunquam dissolvuntur. His nihil conjunctius quam quod Herodianus dicit ad Il. *Α*. 80. *χέρηϊ* dici pro *χέρευ*, *ἐπεὶ κακόφωνόν ἐστι*, unde colligi potest, eum accusativum *χέρεια* potius quam, ut alii, *χέρηα* scripsisse. Neque *σπεῖι* placuit, quod analogia genitivi *χρεῖος* exigit, sed *σπῆϊ* ut *Ἡρακλῆϊ*, et eadem vicissitudine literarum *ληΐς*, *κληΐς*, *ῥηΐδιος*, *χρηΐζω* etc. Attamen *Ἐπειΐς* legitur apud Strabonem VIII. 341. probatque Stephanus juxta cum *Ἐπειάς*, quod Graecorum auribus suavius sonuisse ex aliorum comparatione intelligitur; namque *Ῥοιτηΐς* dicitur Quint. Cal. V. 656. Antip. Sid. LXV. quod Stephano s. *Ῥοίτειον* reddendum pro *Ῥοιτίς*, sed *Ῥοιτειάς* Apollon. I. 929. Tryphiod. 216. *Βορηΐς* (ut *Γαιηΐς*, *Θησηΐς*, *Οἰνηΐς*) Nonn. XXXIII. 217. sed *Βορειάς* Dion. Perieg. 297. Orph. Arg. 738. Joann. Ecphr. 196. Nonn. XXXVII. 121. XXXVIII. 406. XL. 282. XLIII. 235. et *Βοιβηΐς* sed *Βοιβιάς* v. Tzschuck. ad Strab. IX. 664. *παρηΐς* sed *παρειάς* in codd. Eur. Hec. 274. et Apollon. Arg. IV. 172. ut *γενηΐς* et *γενειάς*. Quam tantam exemplorum cum regula consensionem quis fortuitam esse sibi persuadeat? Diphthongum *οι* iota saepius subsequitur, *λυροποιική*, *λογοποιική*, *αὐλοποιική*, quae confertim leguntur in Plat. Euthyphr. p. 289. C. et gentilicium *Εὐβοιΐς*, de quo Etym. M. 389, 13. *τὰ εἰς ευς ἐθνικά, εἰ μὲν ἔχει προηγούμενον σύμφωνον, εἰς ις ποιοῦσι τὸ θηλυκόν, Ἀλεξανδρίς, Ἀντιοχίς, εἰ δὲ φωνῆεν, εἰς ας· οὕτως Ὦρος* 22)*· ὁ δὲ γραμματικὸς Σωκράτης ἀντιλέγει, ἰδοὺ τὸ Εὐβοεὺς ἔχει προηγούμενον φωνῆεν καὶ ἔστιν Εὐβοιΐς. Ἀλλ' ἐστὶν εἰπεῖν ὅτι τὸ Ἰλιεὺς καὶ Πηλιεύς, ἐπειδὴ τὸ ι ἔχει, ἵνα μὴ εὑρεθῇ ἀλλεπάλληλον, ἐγένετο εἰς ας,*

---

22) In libro Ethnicorum, puto, quo et ille saepius usus est et Stephanus s. *Δώτιον*, ubi dicit *Δωτιὰς ὡς Ἰλιὰς καὶ Δωτηΐς· Ῥιανὸς Αὐδὴν εἰσάμενος Δωτηΐν ἵκτο τελείῃ* v. Saalii Fragm. Rhian. p. 25, quae sic scribenda videntur *αὐδὴν εἰσόμενος* (percontaturus) *Δωτηΐδος ἵκτο πελείης*. Regulam ipsam tradit Schol. Apoll. I. 637. *διὸ τύποι εἰσὶ τῶν θηλυκῶν πατρωνυμικῶν, Πελιάς, Πελοπίς. Καὶ ταῦτα δὲ εἰς ας μεταβάλλουσι τὴν τελευταίαν παρεντιθεμένου τοῦ ι, ἵνα μὴ εἴη κακόφωνα*, quae transscripsit Philemon Lex. §. 91, 66.

τὸ δὲ Εὐβοεύς, ἐπειδὴ οὐκ ἔχει τὸ ῑ, ἐγένετο εἰς ῑς. Neque raro eadem vocalis post diphthongum αι reperitur; nam non solum Ἀχαιιάς sed etiam Ἀχαιίς dicitur, ut Βρισαιίς, v. Boeckh. ad Corp. Inscr. N. 2042. Κρηταιίς Anall. II. p. 53. pro quo Stephanus Κρητηϊάς affert; Κυταιίς nuper Apollonio e plerisque libris redditum est, Hermanno magis ad Κυτηΐς propendente Orph. Arg. 824. etsi idem Euphorioni Κυταιιάς tribuit, quod si ad nostrum referimus sensum, magis blanditur Κυτηϊάς ut γαιηϊάς. Sed veteres ipsos alio tempore aliud probasse nisi res ipsa nos doceret, tamen vaga atque inconstans multorum vocabulorum scriptura perspicuum redderet. Eustathius p. 936, 45. οἱ παλαιοί, inquit, ῥήτορες Ἀχαιικόν φασι δεῖν γράφειν, ὡς καὶ γυναιικόν καὶ δικαιικόν, in quo quanta sit codicum varietas olim exposui ad Phryn. p. 39. dupliciterque errat Elmslejus ad Heracl. v. 84. et quod feminina in ῑς desinentia brevem vocalem ante terminationem habere negat, oblitus praeter alia multa notissimi nominis Δαναΐς, et quod Atticos diphthongum, cujus subjunctiva vocalis sit ῑ, alteri iota nunquam praemittere edicit, eamque ob caussam pro Εὐβοιίς inauditum Εὐβωΐς introducit merito explosum ab Ellendtio in Lex. Sophocl. Sed haec jam ad aliam quaestionem pertinent de vocalium diversarum compositione, quae ipsa nonnunquam veterum nauseatorum fastidia movit.

§. 6.

Primum docent Homerum, etsi Ἐρέβευς diceret et θάρσευς, tamen repudiasse δείευς et σκείευς διὰ τὴν κακοφωνίαν τῆς ἐπαλληλίας τοῦ ε̄ Schol. Ven. XV. 4. Anecd. p. 1209. atque ob eandem rationem Philemo §. 195. legitimas formas δέεος et σπέεος a poeta rejectas esse judicat; quod difficile est refellere, quoniam nominum ῥέος, κλέος, χρέος, genitivi trisyllabi (ut βέλεος) vix reperiuntur. Sed quae in δείευς et σπείευς concurrunt vocales, easdem continent praeter σειεύς nomina localia a primitivis in ειᾰ et ειον desinentibus derivata, Ῥοιτειεύς, Ἐρικειεύς, Σεῤῥιειεύς, Λακερειεύς, Λαμπωνειεύς, quanquam in hoc quoque genere, si commode fieri potest, haec epallelia evitari solet, terminatione ευς syllabae

primitivi penultimae subjuncta *Ἀντίοχος* (*Ἀντιόχεια*) *Ἀντιοχεύς*, *Ἀλεξανδρεύς*, *Σελευκεύς*. Si vero primitivi ipsius penultima diphthongum continet, hanc servandam esse docet. Etym. M. p. 426, 38. Anecd. Cram. II. 296. *τὰ εἰς ευς λήγοντα οὐ θέλουσι* (*τῇ ει*) *διφθόγγῳ παραλήγεσθαι ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, εἰ μὴ ἀπὸ πρωτοτύπου σχῶσι τὴν ει. Πρόςκειται ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, διὰ τὸ Νειλεύς, οὐκ ἐπὶ τοῦ πατρὸς τοῦ Νέστορος*[23]), *μὴ ἀπὸ πρωτοτύπου διὰ τὸ Ῥοιτειεύς, Σιγειεύς*, quibus alia aequiparat Stephanus *Ἄσχειον, τὸ ἐθνικὸν Ἀσχειεύς, ὡς Σιγειεύς, Ῥοιτειεύς. Γαμβρεῖον* (scr. *Γάμβριον ἢ Γάμβρειον*) *Γαμβρειεύς ὡς Σιγειεύς*. Idem *Πολίειον Πολιεύς* (*Πολιειεύς*) *ὡς Σιγειεύς*, et *Φίνειον Φινειεὺς ὡς Σιγειεύς*. Sed alia breviore illa via commeant: *Μελάμπεια ἀπὸ Μελάμπου — Μελαμπεύς ὡς Σελευκεύς. Ἐλέγεια Ἐλεγεὺς ὡς Σελευκιεύς* (scr. *Σελευκεύς*), *Εὐέλγεια Εὐελγεύς, Εὐμένεια Εὐμενεύς, Κεκρυφάλεια Κεκρυφαλεύς*, eodemque modo *Ἁρπαλικεύς, Ἀμασεύς, Ἀνθεύς, Ἡρακλεύς, Κροκυλεύς, Λυξεύς, Μακυνεύς, Σκαρφεύς, Στρουθεύς, Τεμενεύς, Φηγεύς*. Itaque *Αἰνειεύς* ab *Αἴνεια* derivatum non dubitat *παράσημον* dicere, sed in hoc tamen adeo non constat sibi, ut non solum *Πλωθεύς* et *Πλωθειεύς* perinde probet, quorum exempla collegit Schoemannus ad Isaeum p. 302. sed etiam *Δεκελειεύς* solum in ordinem referat, etsi *Δεκελεύς* non modo usitatius est sed etiam regulae convenientius, quippe a primitivo *Δέκελος* ductum Herodo. IX. 73. ut a *Μαντίνη Μαντινεύς*, similiterque a *Δίομος* declinandum erat *Διομεύς* Hesych. non, quod ille affert *Διομειεύς*, nec a *Κορύλειον Κορυλειεύς* sed proxime a *Κόρυλος Κορυλεύς*, a *Φάρνακος Φαρνακεὺς ὡς Σελευκεύς* id. s. *Φαρνακία*. Verum tamen veteres ipsos usum vagum et exlegem moderari nescivisse ostendit Eudaemonis et Abronis dissensio, cujus ille meminit s. *Αἰλία*, nobisque ea quaestio hoc est inexplicabilior, quod ipsa primitivorum scriptura summopere variatur. Ab *Αἴγιον*

---

23) Hoc quid sit perspicitur ex Eustathii verbis p. 1681. 58. *δηλοῖ ὁ γράψας Τεχνικὸς τὸ Νειλεὺς ἐν διφθόγγῳ οὐχ ὁ πατὴρ τοῦ Νέστορος ἀλλ' ὁ Ἀττικός, οὗ γενικὴ Νείλεω* cf. Meinek. ad Theocr. XXVIII. 2.

recte ducitur *Αἰγιεύς*, ut Ethnographus docet: *Ἀφόρμιον Ἀφορμιεύς, ὡς Αἰγιεύς, Σουνιεύς*, adde *Φρυγιεύς, Ἀφροδισιεύς*, sed reperitur etiam *Αἰγεύς*, v. Wesseling. ad Diod. XIX. 66. Neque *Δεκελεύς* solum extat et *Δεκελειεύς*, sed etiam *Δεκελεεύς* Corp. Inscr. N. 224 — 226. N. 2306. *Τιθορέα* si probatur, incola appellandus est *Τιθορεύς* ex ea lege, quam idem proponit s. *Μανθυρέα τὸ ἐθνικὸν Μανθυρεύς διὰ τὸ ἐπάλληλον τῶν δύο εε*, sed saepe legitur *Τιθοραία, Τιθοραιεύς* v. Siebel. ad Paus. T. IV. 286. et 288. quem nollem *Θεμισωνεύς* et *Τιθρωνεύς* cum *Ἀνθεύς, Σιγεύς* comparasse p. 283. Neque ipse diffitetur usum ab arte dissentire: *Ἀμφιτρόπη, Ἀμφιτροπαιεύς· δοκεῖ δὲ τοῦτο ἐξ ἄλλου εἶναι τοῦ Ἀμφιτροπαῖος· τὰ γὰρ εἰς ευς ἀπὸ τῶν εἰς η θηλυκῶν ἰσοσυλλαβεῖ τοῖς πρωτοτύποις ὡς Σινώπη Σινωπεύς*, quo loco pro *Ἀμφιτροπαῖος* Salmasius et Holstenius *Ἀμφιτροπαία* corrigunt (ut *Φηγαία, Φηγαιεύς*) parum memores eorum quae alibi tradidit: *Φαραί, Φαραῖος Φαραιεύς, ὡς Κρηταῖος Κρηταιεύς, Κωπαῖος Κωπαιεύς*, et *Σίφαι - ἔστι δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ Κρηταῖος Κρηταιεύς, οὕτω Σιφαῖος Σιφαιεύς·* quae quum a primitivis *Κρήτη, Κῶπαι*, derivari non possint, neque extent paragoga *Κρήταια, Κώπαια, Ἀμφιτρόπαια*, ille ethnica in *ευς* a possessivis in *αιος* repetit, partim usu testatis, partim ad artis regulas conformatis. Et quod modo de *Μανθυρεύς* dicebamus, non servatur in aliis: *Ἀραιθυρέα Ἀραιθυρεεύς, Πτελεὸν Πτελεεύς ὡς Φενεεύς*, nec Corais dubitavit ad Heracl. Polit. p. 356. pro *Λεπρεῖς* substituere *Λεπρεεῖς*, sed pro *Δέρεα, τὸ ἐθνικὸν Δερεεὺς ὡς Ἡραιεύς* scribendum est *Δέραια, Δεραιεύς*, et quod sequitur *Ἀρκαδίας γὰρ ἀμφότερα*, quomodo accipiendum sit, apparet ex aliis urbium Arcadicarum paronymis *Ἡραία, τὸ ἐθνικὸν Ἡραιεὺς λέγεται καὶ χωρὶς τοῦ ι ὡς Νικαεύς* et *Κύναιθα-Κυναιθεὺς καὶ Κυναιθαιεὺς καὶ Κυναιθαεύς*, neque tamen ex his perdiscimus, uter fuerit arcadicus typus, nedum ut pronunciare possimus, quid Graeci in universum probaverint, *Ληναιεύς* an *Ληναεύς* v. Tzschuck. ad Strab. IX. 373. *Πειραεύς* an *Πειραιεύς* v. Dindorf. ad Arist. Pac. 145. *Ἀχαικός* an *Ἀχαϊκός* v. Well. ad Agam. 178. Matthiae ad Troad. 659.

ad El. 1286. quorum prius Eustathius p. 99, 8. τὸ ἐντελές esse, alteri a posterioribus literam ι more aeolico detractam ait; qua de re ad Phryn. p. 39. uberius exposui. Praeterea iota in omnibus fere diphthongis geminatur, μυαιαῖος, de quo supra dixi, Ἀλαιαῖος, μαιεία, Νεμειαῖος, Θειαῖος, Μαλειαῖος, Βεροιαῖος (Βροιαῖοι Suid.) ἀγυιαίου Sophocl. Herm. Fr. III. (211.) ποιοίη Demosth. p. 389, 5. Xenoph. Cyr. IV. 5, 8. ποιοῖμεν Arist. Avv. 172. εἰοικυῖα homericum, quibus concinunt verba σείειν, κλείειν, κρείειν Artemid. II. 12, 153. et monophthongo temperata Ἀλφειῴα Dianae epitheton et Λητώεια v. Osann. Auct. p. 105. Λαΐειος, Κλεινίειος, ἐχίειος, Ναυπλίειος, quod et Ναύπλιος dicitur Eur. Or. 54. et 369. Ἀμφίειον, ταμιεία, νεανιεία, pro quo apud Zonaram p. 1390. νεανεία extat Tittmanno improbatum, sed vereor ne injuria. Nam iota ante ει facile premi exemplis constat plurimis; ὑγεία v. Meinek. ad Men. p. 379. Schneider. ad Plat. Civ. T. I. 21. et quae huic adjunxi ad Phryn. 493. ἀλεία v. Locell. ad Xenoph. p. 261. ταμεῖον v. Bernhard. ad Dion. p. 897. τὸ Ὀλυμπίειον v. Interpp. ad Thuc. VI. 64, 1. Ἄμφειον Ellendt. ad Arrian. T. I. p. 42. Ἄλειον Athen. V. 561. E. quod Eustathius p. 1562, 57. Boeotis tribuit (τὰ Ἄλια Aristid. Or. XLIII. 547. Ἥλια Julian. Or. IV. 156. C.) Ἀσκλήπεια Inscr. N. 1124 et 1186. Λικύμνεια ὀνόματα ut nunc scribitur pro Λικύμνια Plat. Phaedr. 267. C. qua adjectivi forma Euripides usus est Schol. Arist. Avv. 1242. Γόργεια ῥήματα Athen. XI. 504. Dionys. Ep. ad Pomp. II. 6, 760. v. Bornemann. ad Symp. p. 84 [24]). Hoc iota autem quum Eustathius p. 351, 36. in ὑγεία et Βάτεια non omissum, sed in pleniore forma interpositum esse statuat, contrarium traditur in Etym. M. 774, 35. ἡ ὑγεία et τὰ Ἀπολλώνεια crasi coartata esse, quorum posterius proxime ab Ἀπόλλων declinatum est, ὑγεία autem et plurale ὕγεῖαι Simplic. in Ench. 38, 391. accentum a crasi profectum ostentat, nisi quis ex vetere forma Attica ὑγιεία

---

24) Ex Synesii loco, quem notavi ad Phryn. p. 371. γοργιαῖον retinet Josephus Synops. Rhet. T. III. 539. γοργίειος recepit Kruegerus ad Dionys. p. 18.

(ut *ἀλήθεια*) translatum dicat; *Βατεία* vero Diod. IV. 77. Apollod. III. 12, 1. quod nomen rectius *Βάτεια* scribitur Schol. Lyc. 1306. et Steph. s. *Ἀρίσβη* et *Δάρδανος*, minus recte *Βατία* Schol. Il. XXI. 236. ut saepius *ἀλία*, *ἀσπαλία*, omnino in exemplum trahi non debet. Nostra sententia est, in his vocabulis, quibuscum latina Antiochensis et Antiochiensis, Catinensis et Catiniensis, Carthaginensis et Carthaginiensis comparari possunt v. Gronov. ad Liv. XXVIII. 26. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. p. III. 335. vocalem tenuem et liquidae similem furtim potius subterlapsam quam euphoniae causa detractam esse, eandemque animadvertimus saepe extrinsecus addi: *φοινικιοῦς*, *Βατραχιοῦν*, *φοιταλιεύς*, *ἀσπαλιεύς*, *ἑλλοπιεύς*, *ἁμαξιεύς*, *Σχοινιεύς* v. Stephan. [25]) et velut ex lege praemittitur terminationi adjectivorum, quae tempus et mensuram significant: *μηνιαῖος*, *ἐνιαυσιαῖος* etc. Postremo ad hunc locum pertinet quod Priscianus scribit in XII. Aen. c. III. Majugena et Trojugena (adde Grajugena) dici evitandae geminationis causa[26]) neque aliam rationem invenio cur uligo, pulligo, fuligo, urigo, prurigo, discrepent ab aerugo, aurugo, vesperugo, lanugo, albugo etc. sed in compositis quadrupes quadrivium, aucupium mancipium, haruspex, carnufex, sacrufico, nulla est hujus rei observatio. — Iota quater repetitum praebet dativus *πριωνιδίοις* Arist. Avv. 615. totidemque per syllabas continuatur quae sequitur vocalis in nomine

---

25) Idem tamen s. *Ἀτήνη* negat ex *Ἀτηνία* duci posse *Ἀτηνεύς* pro *Ἀτηνιεύς*. Alpha ante *ει* omitti in nominibus Phrygiis docet s. *Γορδίειον — Γορδιεύς ὡς Κοτιάειον Κοτιαεύς, Δορυλάειον Δορυλαεύς· ἐχρῆν δ' ἰσοσύλλαβα· ἀλλὰ τὰ παρὰ τοῖς Φρυξὶ σημειώδη*. Hinc apparet s. *Δαρεῖον τὸ ἐθνικὸν τῷ λόγῳ τῶν Φρυγίων παρὰ μίαν συλλαβὴν Δαρειεύς ὡς Κοτιαεύς τῷ λόγῳ τοῦ Ῥοίτειον καὶ Σίγειον, Δαρειεύς*, primum scribendum esse *Δαρεύς ὡς Κοτιαεύς*, deinde *ἢ τῷ λόγῳ* etc. Idem *Δοκίμειον Δοκιμεὺς κατὰ τέχνην, Δορυλάειον Δορυλαεύς, Δυρίειον Δορειεύς* scr. *Δοριεύς*, ut *Γορδιεύς*, *Μιδαεύς*, quae omnia typum Phrygium habent. *Ἀμφιάρειος* usurpavit Euphorio Fr. LXIX. sed *Πρωτεσίλεια* in Schol. Pind. Isthm. I. 11. emendavit Boeckhius.

26) Isidor. Origg. I. 31. p. 842. Gothofr. p. 47. Lindem. *Soloecismus est quoties in iota litera duplicatur sonus*, *Troja*, *Maja*, quae nonnulli Troiia, Maiia scribebant v. Schneider. Gramm. T. I. 281.

urbis *Σολόγοργος* Steph. s. *Ἡραία,* et in verbo *ὀβολολογεῖν* Anecd. Bekk. 56, 2. Ypsilon ter, nec amplius, in *γλυκύθυμος*.

§. 7.

Expositis veterum de vocalium repugnantiis praeceptis ad consonarum asyntaxiam transgrediemur, quam nomine tenus attigerunt artigraphi Buttmanno antiquiores eo loco, quo exponunt de mutatione literarum. Hanc enim bipartitam faciunt, *respectu connexionis,* et *respectu dialectorum,* sed de illa parte non plus tradunt quam ad usum pertinet scholasticum. Veteres autem Grammatici, ut in omnibus etymologiae partibus accuratissime versati sunt, ita hunc quoque locum haud inornatum praetermisisse apparent. Namque Democrito illi perantiquo et percelebri, cujus Onomasticon Pollux praedicat[27]), liber inscriptus fuit *περὶ εὐφώνων καὶ δυςφώνων γραμμάτων* Diog. La. IX. 48. idemque argumentum tractasse videtur Aristonicus in libris *ἀσυντάκτων ὀνομάτων* Suid. (in quo sequor Lehrsii interpunctionem de Aristarch. p. 3.) Etenim *ἀσυνταξία* non solum constructionis inconsequentiam significat sed etiam literarum, ut si *νένυχθε, τέτυχθε,* literam aspiratam accepit pro tenui, id *δι' ἀσυνταξίαν* factum dicitur Theodos. Can. p. 1019, 16. Similiter Orion p. 28, 6. *σκύζω, σκυζαίνω, καὶ ἐνδέσει τοῦ μ σκυζμαίνω, καὶ τροπῇ τοῦ ζ διὰ τὴν ἀσυνταξίαν σκυδμαίνω* (sic ista legenda sunt) cf. Etym. M. p. 314, 10. 401, 6. 685, 22. quas res credibile est in Herodiani commentario *περὶ συντάξεως στοιχείων* (v. Parerg. p. 484.) uberrime tractatas esse. Nostra autem memoria haec diligentius persequutus est Fridericus Schultze in tabulis Lexico Passoviano Ed. III. subjectis, quas inscripsit de cumulatione consonantium. Quanquam ne hic quidem plus propositum habuit, quam ut enumerandis quae conjungi possunt consonis manifestum faceret, quae nunquam conjunctae sint, non item, quae raro coeant, neque magis, quae duas syllabas deinceps inchoent.

27) Hinc fortasse sumta est illa nominis *Τριτογένεια* interpretatio, de qua dixi in Aglaoph. I. 157. et quae de declinatione nominum literarum *τοῦ δέλτατος καὶ θήτατος* narrantur in Anecd. p. 781.

Itaque nihil dixit de *πτίττειν*, *πτύττειν* et *πτώττειν*, quae et nostris improbantur auribus et veteris offensae quasdam notas prae se ferunt. Illud Dindorfius scripsit in Aristophanis Fragm. N. 267.

πτίττω, *βράττω*, *μάττω*, *δεύω*,
πέττω, *καταλῶ*.

ubi vulgo *πίττω* legebatur, Brunckius *πτίσσω*, et apud Lucian. Hermot. §. 79. Strab. XV. 692. et 720. libri *πτήσσειν*, et alia variant[28]) ut in Pherecratis versu ap. Herodian. *π. Μον.* p. 24. *αἰνεῖν*, *πτήσσειν*. Hesychius *Ἄναντα* - *παρὰ τὸ αἰνεῖν* (*αἴνειν*) *πήσσειν*. *Ἐκπτίσσειν* legitur Aelian. H. An. XVII. 31. *καταπτίσσειν* Stob. Flor. CXXIII. 12. Plut. de Virt. mor. X. 414. etc. nihilque celebrius est illa viri magnanimi voce e mortario emissa *πτίσσε τὸν Ἀναξάρχου θύλακον*. Pro *πτώττειν* Jacobsius Aeliano VII. 19. e codd. restituit *πτώσσειν*, pro *διαπτυττόμενα* Plat. Legg. IX. 858. E. editt. vetustissimae *διαπυττόμενα* exhibent neque fortuitum videtur quod iidem scriptores, qui *βράττω*, *τάττω*, constanter scribunt, tamen *πτίσσω*, *πτύσσω*, *πτώσσω*, praeoptant. Pro illo Romani, quorum nulla vernacula vox a pt orditur, *piso* substituerunt, omninoque hae literae varie emollitae sunt, aut interpositione vocalis *πτίσσω*, *πίτυρον*, *πτύω* (spuo) pitysso, pituita, aut exaeresi, *πτέρον penna*, *πτίλον pilus*, *πτέρνα πέρνη perna*, *πτέρνιξ*, *πέρνιξ*, *τέρναξ* v. Schweighaeus. ad Athen. T. I. 470. neque improbanda Eustathii originatio p. 802, 3. *ἴσως ἀπὸ τοῦ πτίσσειν γίνεται καὶ πίσον τὸ ὄσπριον, ὃ καὶ πίσσος λέγεται· cicera fresa*, *ἐρεῖξαι πίσους* Aristoph. Amphiar. VI. n. 88. neque erat sane, cur Fritzschius ad Marc. XIV. p. 595. Scaligeri conjecturam tam contemtim abjiceret *νάρδος πιστική* a *πτίσσω* repetentis. Ac pro *πτυκτίον* invaluit *πυκτίον* Gregor. Naz. Or. LXIV. 827. T. I. LXXXVII. 843. Nicet. Ann. VIII. 6. 138. D. Theophyl. Hist. IV. 8. 101. A. Hesych. s. *Ἐν λευκώμασι*, *πυκτίς* (*διφθέρα*) Galen. Comp. Med. p. Locc. I. 1, 423, T. XII. Nicet. l. c. *ἐν πυκτοῖς πί-*

---

28) Sic et *πτύσσω*, *πτήσσω*, *πλήσσω* confusa Phot. Bibl. c. 94, 133. *ἄπτηκτος* Iph. T. 312. Hermannus in *εὔπτυκτος* mutavit.

ναξι Herodian. VII. 6. quod pro πτυκτός legitur in cod. Aristid. Or. XV. 235. ac jam in codd. Homeri Il. VI. 169. Quanquam quum eadem litera inserta sit nominibus πτόλις, Πτολεμαῖος, in deliberationem venit, utrum πτύξ an πύξ, πυκνός, pugnus, πυγμή nativam vocabuli formam repraesentet. Verum hac re missa subjungam alia, quorum consonae etiam horridius resultant: συζεῦξαι Eur. Alc. 166. Meleag. Ep. LII. Galen. in Hipp. d. Art. Comm. I. 741. T. XVIII. p. 1. σύζευξις Plat. Rep. VI. 508. A. Legg. XI. 930. B. Aristot. de Ort. et Int. II. 3. πώλοις ἄζυξι Julian. Or. II. 53. C. neque placet ξύζυγος Poll. I. 127. idemque in Eur. Iph. T. 250. ex Ald. nuper repositum pro vulgato σύζυγος, ξυζυγείς, quod pauci libri suppetunt Plat. Rep. VIII. 545. C. ξυζωσάμενος Arist. Thesm. 656. Lysistr. 536. (hic a Brunckio invectum contra Aristophanis usum) ξύνζευξις Oribas. de Lux. II. 133. molliore forma συζευγνύναι, συζῆν, συζητεῖν, in commune recepta. His perpetratis ad symplocen consonantium transgrediar, cujus non una est ratio. Nam ἀνδρός, σινδρός, γαμβρός, Κίμβρος (Κιμμέριος, Κέρβερος v. Schol. Odyss. Λ. 14. et Porson. ad h. l. κέμμερος ἀχλύς Hesych.) exemta litera auxiliari barbarum sonant; item λίμνη, σεμνός, ἐρεμνός (ἐρεβεννός) apparet non potuisse dici nisi mutata consona nativa. Alia symploces genera certarum dialectorum propria sunt: ἐσλός, μάσλης, quod cum Πάσνης[29]) compositum profert Hephaestio p. 15. idemque μάκαρς, χέρς, Τίρυνς[30]) p. 4. quae literae in diastasi facilius tolerantur ἄδρυνσις, ἄρσις, θηρσί, ἁλσί Aristot. Meteor. IV. 385, 9.

29) Similiter Romani veteres poesna, cesna, casnar, quod pro canus valere videtur, ut Caesar et Caeso pro caesus ex veterum opinione; Pollio casnar (si vera est scriptura Quintil. I. 5, 8.) nominabatur fortasse ut affectator cascae antiquitatis (nam antiquarius erat) non ut assectator puellarum.

30) Ἀκκιπήσιος sive potius (nam latini nominis prima brevis est) ἀκιπήσιος scripsit Athenaeus VII. 294. F. Καπνήσιος XII. 528. B. Λατερήσιος Appian. Civ. III. 84. Παρμήσιος V. 2. Ῥαμνήνσης et Λουκερήνσης Plut. V. Rom. c. XX. Alii Ὀρτήσιος et Ὀρτήνσιος v. Jacobs. ad Aelian. p. 184. Πάσσας Plutarch. de Fort. Rom. VII. 11. pro Πάνσας V. Cicer. c. XLIII. Romani contra triens, quadrans pro τριᾶς, τετρᾶς etc. ut stans, infans. Pro ineffabili Manlius illi Μάλλιος substituerunt.

Aristoph. Pac. 1075. (ἄλεαι Plut. Symp. VIII. Quaest. VIII. 2, 375. pro ἄλασι) etsi hanc quoque aliquid offensionis habuisse indicio sunt dativi κυφί, μηαί, et abolitio futurorum aeolicorum κένσω, φέρσω (ἔφερσεν ἐκύησεν Hesych.) πεφύρσομαι, et quod Stephanus affirmat Μεσημβρία dici pro Μελσημβρία (ἀπὸ Μέλσου) διὰ τὸ εὐφωνότερον. Alia nominibus propriis concessa sunt Μυρλέα (perlego, pelluceo), Ἀγβάτανα v. ad Phryn. p. 413. Goettling. ad Theod. p. 209. Ἐρίγβωλος Nonn. XXXII. 223. Ῥίγβασος XXVI. 249. Πφ, τθ et κχ, quae consistunt in nominibus doricis et aeolicis ὄπφις, τυτθός, ἄκχος ὦμος Hesych. id est ὄκχος sive ὄχος [31]), ἀκχαλίβαρ id est νεκροφόρος, νυκχάζειν Hes. et κακχάζειν [32]) ab Atticis non admitti nisi in nominibus propriis et plebejis [33]) ostendi in Aglaoph. p. 845. non praetermissa tenuium et mediarum geminatione, cujus exempla pleraque ejusdem generis sunt; nam ββ non reperitur nisi in κράββατον, quod Atticistae uno ore rejiciunt et in aetolicis κίββα, σίββα Hesych.; γγ in nullo communis usus vocabulo coeunt quin alterius mutetur sonus, neque in φυγγάνω, ut equidem sentio [34]), aliud auditur quam in λαγχάνω, tango; κάδδος attica forma non est, ac ne nativa quidem sed κάδος, cadus, ut λάκος, σάκος, nam tenuium quoque rara geminatio, κίκκος, ὕκκη, πέλεκκον, νοβακκίζειν, quorum nihil inter Atticorum lexes politicas referri potest. Literae γχλ praeter αἴεσχλος κλάδος δάφνης Hesych. cujus scriptura ambigitur, et composita δύςχλαινος, προςχλευάζειν, in uno conjunctae reperiuntur ὕσχλος, quo amentum sive ἀγκύλη (mendosius ἀγκύλος Anecd. Cram. II. 24, 7.) ac proprie obstragula crepidarum significantur. Sed

31) Idem Ὀκτήσεις οἴσεις, ὀκκήσεις scrib. ὀκχήσεις.

32) Athen. XIII. 615. D.

33) Huc etiam pertinet ἄπφα Eustath. 565, 22. sororis hypocorisma atticum, ἀπφῦς etc. Demi attici nomen persaepe Πιθεύς scribitur v. Schoemann. ad Isaeum p. 214. et p. 388. Pro κέπφος posteriores κέφος susceperunt v. Aristoph. MS. ap. Boissonad. ad Herod. p. 289. Literas κπ in nulla graeca voce sese excipere Bentlejus observavit Epist. ad Bernard. p. 160.

34) Alia est Hermanni sententia de Emend. Gramm. p. 59.

idem ὕσκλος scribitur et pro ἔπτυσχλος alicubi lectum esse ἔπτυχλος colligitur ex Photii verbis Πτύσχλοι ὑποδημάτιόν τι (ut latinum obstrigilli) καὶ κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ σ πτύχλοι, pro quo non puto scribendum esse κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ ε, sed eam literam potius librariorum excidisse incuria. Ἔπτυςχλος sive ἔπτυσχλος Phrynichus App. p. 16. propter omissam adspirationem cum ἀπηχές (scr. ἀπηδές i. q. ἄφαδος) ἀπηθεῖν, ἀμπισχεῖν, componit. Sed fortasse ὕσκλος id est ὄχος habena [35]) nomen aeolicum fuit una cum spiritu leni in dialectum communem transfusum ut ὕρχα orca, urceus, quod asperum quidem habet Arist. Vesp. 676. et Fragm. Holc. XIV. n. 367. sed vereor ne a librariis additum, quemadmodum Tyrannio homerica ὔμμε et ὔμμες adspirari jussit; ὕρχη scribi confirmant Grammatici Lex. de Spir. p. 236. Anecd. Cram. I. 423. neque Pollux, ut opinor, illud aeolicum dixisset, si in Aristophanis exemplaribus adspiratum invenisset [36]). Postremo eorumdem elementorum concursum ab aliis admissum, aliis improbatum esse reperimus. Anecd. p. 445. ἄρκτος οὐχὶ ἄρκος· τὸν μέντοι ἄνεμον ἄνευ τοῦ τ διὰ τὸ εὔφωνον καὶ

35) Hesychius tria congenera vocabula ὄχανον, ὀχεύς, ὀχλεύς, uno explicat δεσμός. Ab ὀχλεύς pusillum discedit ὕσκλος. Eidem dialecto fortasse adscribendum est ὕπεαρ, quod Herodoti libri praebent pro ὄπεαρ cum ὀπή cognatum. Literarum σκλ conjunctio Graecis adeo proclivis fuit, ut mallent Ἄσκλον, Τοῦσκλον dicere, quam ut Romani solent, nec solum in diastasi sed in syllepsi quoque, σκληρός. In Herodiani Fragm. p. 457. ubi negat tres consonas vocem ordiri nisi intercedente rho, excidisse oportet, quae de liquidis in universum valent, σκνιπός, στλεγγίς etc. Tres mutae non junguntur nisi in compositis, ἔκπτωτος, καπφθίμενος.

36) Eodem modo notatur ὕρχη sive ὕργη, quod furcam significat. Porphyrius Anecd. p. 693, 15. τὸ ὕρχας (scr. ὕρχα) αἰολικὸν ὂν ψιλοῦται· σημαίνει δὲ τὴν ἐπὶ τοῦ τείχους (scr. ἐπὶ τοὺς τοίχους) ἀναῤῥίχησιν, sive potius instrumentum subrependi v. Boisson. ad Aristaen. p. 513 sq. Hi stimuli bifurci, qualibus hodie viatores utuntur in regionibus glacialibus, ὕρχαι dictae sunt ob furcillarum similitudinem. Item Ὑλίαι τὰ πρὸς καττύμασι δέρματα Hesych. vox aeolica videtur pro ὄλαι soleae, et ab eadem dialecto nomina γυνή, στύραξ, στῦλος, πυδαρίζειν v. Etym. M. 696, 2. συνώνυμος, dimanarunt longius partim mutata quantitate, partim eadem.

τὴν πνοὴν ἄρκιον [37]), cujus discriminis rationem qui intelligat admodum acute audire oportet, ac ne verum quidem est, ursam ab omnibus ἄρκτον (v. Niclas. ad Geopp. V. 30.) ventum ἀπαρκτίαν dici. Causa autem, cur litera τ modo adsit modo desit, non magis expediri potest, quam quare Romani semper quidem *ultus*, *fultus*, *refertus*, sed non semper *multa*, *artus* dixerint.

§. 8.

Persaepe interest, quaenam vocales praecedant. Paullo vastius sonant dativi φωρσί Aelian. H. Ann. IX. 45. ἰχῶρσι Galen. de Simpl. Med. XI. 3. 722. T. VII. ἀχῶρσι Alex. Trall. I. 9, 14. φθειρσί Theophr. Caus. II. 9, 6. Diog. IV. 4. Aelian. H. Ann. IX. 19. quod in cod. φθερσί scribitur, sed evitari non potuerunt; χειρσί vero, quod Grammaticus Hermanni XV. 306. Anecd. Cram. T. I. 441. cum φθειρσί componit, elegantiae causa amisit literam asciticiam, et pro μάρτυρσι Hipponacti in fine scazontis Fr. VIII. 33. placuit μάρτυσσι scribere, de quo Meinekius ad Euphor. p. 109. rectius sentit, quam Buttmannus in Ind. Anomm. §. 58. p. 235. Sed Σηρσί Caesar. Dial. II. 631. C. T. XI. Bibl. Bign. Ἴβηρσι Strab. IV. 2. μυξωτῆρσι Sext. Hyp. I. §. 128. p. 33. literam in ipso nominativo praesonantem nunquam abjecerunt, ac ne poetae quidem μνηστῆρσι, ἑρπυστῆρσι, dicere fastidiunt, quorum perfacilis erat devitatio. Verbi ἕρπω, quod Buttmannus in Ind. Anomm. ultra imperfectum declinari negat, futuro utitur Aeschylus Eum. 500. aoristum, ἐπὶ μεῖζον εἷρψε τὸ κακόν Chrysost. Epp. p. 622. E. ἐξεῖρψεν ἡ γῆ βατράχους Psalm. CIV. 29. quod Etym. Gud. p. 192, 60. interpretatur ἐξήνεγκεν, ἐξέβαλε, antiqui ut immodulatum respuisse videntur. Numne alia causa est cur ii, qui suaviter loquendo ceteros Graecos superarunt, cur igitur Attici, quum praesens ἕλκω et futurum ἕλξω magis probassent, quam ἑλκύω et ἑλ-

37) Qui sequuntur versus Καὶ μὴν πελάζει καὶ καταψύχει πνοὴ ἄρκιος, supplentur ab Eustathio p. 1106, 17. ἄρκιος ὡς ναύτῃσιν ἀσκευέσι μολών, unde apparet ἄρκειος scribendum esse.

κύσω v. Wernick. ad Tryphiod. p. 69. aoristum tamen hinc ducere maluerint, quam ab ἕλκω, unde scriptores inferioris ordinis hoc tempus repetunt περιεῖλξε Philostr. Heroicc. p. 735. Paul. Aeg. VII. 3. p. 243, 12. ἕλξατε Orph. Arg. 258. ἕλξαν Tiber. Epigr. II. 228. T. III. καθέλξαι Tzetz. Chil. IV. 408. ἕλξαντες Procl. in Hesiod. Opp. 222. ὅταν ἑλχθῇ Galen. de Semin. I. 6, 192. T. III. Comm. in Hipp. de Articc. c. CIV. 648. T. XVIII. P. I. Nec tamen illi recusarunt, quae aures nostras non minus radunt, ἐξείρξετε Aristoph. Ach. 825. εἴρχθη Thucyd. IV. 63. V. 94. Lysias c. Andoc. 105, 33. Plutarch. V. Anton. II. (διήρχθην Hesychius in serie) εἱρχθείς Lycurg. c. Leocr. 164, 112. εἱρχθῶμεν Quint. Cal. X. 34. et tritissima εἱρκτή, εἱργμός v. ad Aj. p. 339. Ex quo difficilis nascitur quaestio, quid sequuti ἄερκτος scripserint Lys. p. 110, 39. et ἄφερκτος Aeschyl. σύνερξις Plat. Civ. V. 460. A. συνερχθείς Themist. Or. XXI. 248. A. ionicamne verbi formam an aurium voluptatem? Nec dissimilis deliberatio de ἐνειρμένος, εἱρμός, ἔνερσις, quorum principio, verbo εἴρω [38]) diphthongum multo firmius inolevisse quam in σπείρω, κείρω, δείρω, ostendit declinationis diversitas, σπέρμα, κέρμα, βροτοκέρτης, δέρμα, δαρτός, πάμφθαρτος, ἱμερτός. Praeterea ante ρμ et ρσ diphthongus non reperitur, nec, puto, ante λμ et λσ. Exceptis κρείσσων, λεύσσω et γλαύσσω nullum esse vocabulum, in quo diphthongus ante duplex inveniatur sigma, Herodianus docet π. Μον. p. 40, 21. v. Eustath. p. 64, 13. Anecd. Cram. I. p. 6, 15, quo tacite damnat γεῖσσον, cujus scriptura fluctuat, νείσσομαι a librariis saepe invectum v. Interpp. ad Theocr. VII. 25. ad Pind. Ol. III. 18., et quod Ellendtius in Lex. Soph. T. I. 45. scite animadvertit, Porsonianum αἴσσω. De litera ρ idem traditur a Choerobosco Anecd. Cram. T. II. 229, 20. οὐδέποτε πρὸ τῶν ρρ εὑρίσκεται δίφθογγος, et generaliter Theognostus ib. p. 17. negat, diphthongum reperiri πρὸ δύο τῶν αὐτῶν συμ-

---

38) Theognostus Anecd. Cram. II. 15. τὸ ἑρμός (scr. εἱρμός) ἐν κινήσει ὃν οὐκ ἀντίκειται. Σεσημείωται τὸ εἴργω, καὶ μήποτε παρὰ τὸ ἔργω ἐστὶν ἐν πλεονασμῷ τοῦ ῑ καὶ οὐ γνησίαν ἔχει τὴν δίφθογγον.

φώνων, excepto Θρῆσσα [39]). Quod praeterea praecipiunt Eustathius p. 1041, 62. et Philemo §. 4. γράφεται αἰγίλιψ διὰ τοῦ ι, ἐπεὶ μηδέποτε πρὸ τῶν διπλῶν εὑρίσκεται δίφθογγος, intelligi debet de duplicibus vocabuli extremis; nam λείψω dicitur et αὔξω, et de diphthongo ει, nam αἶξ et προίξ illis ignota esse non potuerunt; sed haec diphthongus vel ante consonantes geminatas, εἴλλω, λεῖμμα, ἄλειμμα, quod saepe ἄλιμμα scribitur, ut primum horum ἴλλω v. Rueckert. ad Plat. Symp. p. 174. invenitur raro, ceterae nunquam. Mirum est Thomae praeceptum p. 54. Atticos βλαβεῖμεν, ποιοῖμεν, βαῖμεν, dicere exemto eta, sed cavendum esse τὸ κακόφωνον ἔνθα ἂν τύχῃ, ὡς ἐπὶ τοῦ βαῖτε καὶ σταῖτε καὶ τῶν ὁμοίων. Quis enim haec magis cacophona esse putet, quam ἵσταιτο, ἐπίσταιτο, πράξαιτε, λύσαιτε? Et singulare illud Scholiastae ad Phoenn. 264. εἰσφρῶσι δυςέκφορον, quod alias δυςγράμματον dicitur. Suidas Εὐγράμματον ὄνομα τὸ εὔφημον, οὐκ εὐγράμματον τὸ δύςφημον, ὡς τὸ Νεφέρσωφρις ὄνομα Αἰγύπτου βασιλέως. Plato Crat. p. 404. D. εὐστομίαν appellat, εὐφημίαν Demetrius de Eloc. c. CLXXV. τὸ ν δι' εὐφημίαν ἐφέλκονται οἱ Ἀττικοί, ubi εὐφωνίαν corrigunt, obliti Quintiliani I. 5, 10. Plerumque autem haec nomina intellectum faciunt alium, ut Stephanus Πορδοσελήνη· τινὲς δὲ ἐκκλίνοντες τὸ δύςφημον τοῦ ὀνόματος Ποροσελήνην ἐκάλεσαν, a quo non multum abest τὸ κακέμφατον. Priscianus VIII. 1, 4. ἀσυμφωνίαν reddit incommoditatem et inconsonantiam.

---

39) Idem de η valere dicit praeter πήσσω, ῥήσσω, πλήσσω, praetermisso βήσσω, neque persuadet ἥσσων compositum esse; βῆσσα fortasse uno sigma scribi voluit, sicut urbis nomen Βῆσα v. Steph. λῆμμα, ἐπίσημμα etc. non sunt ἀκίνητα. His appositum est Grammaticorum latinorum decretum *juxta diphthongum omnino consonantem geminari non posse* v. Conr. Schneider. Gramm. T. II. 391. De κτείννυμι et δαίννυμι v. Hermann. Praef. Antig. XXIII. Aristarcho εἴσκω scribenti opponit Schol. Il. XI. 799. ante σκω nullam diphthongum reperiri εἰ μὴ τὴν διὰ τοῦ υ, πιφαύσκω, pro quo inferiores πιφάσκω scribere instituerunt v. Muetzell. de Theogon. p. 224.

§. 9.

Schneiderus ad Theophr. H. Pl. IV. 14. *pro εὐχειρότατα*, inquit, *debebat esse εὐχειρωτότατα, sed contrahere maluerunt formam longiorem aequo Attici; ita Xenoph. Oec. VIII. 4. et 6. Cyrop. I. 6, 36.* Contra haec admonendum est, primum nullam esse hujus contractionis apud veteres Grammaticos mentionem, deinde reperiri ubique comparativos et superlativos non solum eodem syllabarum numero, sed etiam longiores; apud Theophrastum ipsum *εὐθεραπευτότερος* Caus. III. 7, 4. *εὐπελεκητότερος* Hist. V. 6, 3. *εὐθεωρητότερον* I. 1. *δυςτροπητότερον* V. 6, 3. apud Xenophontem *δυςκαταφρονητότερος* Cyrop. VIII. 1, 14. *εὐεπιβουλευτότερος* ib. 4, 2. (*ἀνεπιβουλευτότερος* Synes. de Regn. p. 13. A.) *δυςπολιορκητότερος* Hellen. IV. 8. 5. apud Theophrasti magistrum *δυςκινητότερος* Topicc. III. c. 2. *δυςεπιχειρητότατος* VIII. c. 3. *ἀκοινωνητότερον* III. 2. *δυςμεταχειριστότατος* Plat. Legg. VII. 808. D. *δυςπαρακολουθητότερον* M. Anton. V. 5. *εὐεπηρεαστότατον* Epict. Diss. IV. 1, 111. etc. cujus generis tam ingens copia pullulat, ut omnem conatum corrigendi refutet. Ceterum vocabula ejusmodi decumana Graecis ad pronuntiandum non multo expeditiora fuisse, quam nobis sunt, facile concesserim neque miror Polluci adverbium *ἀποδεδειλιακότως* videri *δύςφθεγκτον* V. 123. *καταμαθητικός* autem *δυςηχέστερον τῷ μήκει* IX. 152. Sed illa, quae Wyttenbachius et hunc sequuti Schneiderus atque Schaeferus ex tota Graecia exterminare studuerunt, a Grammaticis reprehensa non sunt. Ergo, ut hodie in scribendo syllabas vocabulorum praesertim longiorum medias easdemque praecedentibus aut sequentibus similes saepissime omittere solemus, ita illa exaeresis exempla omnia librariorum potius incuriae, quam scriptorum fastidio tribuenda sunt; primum *δυςφωρότατος*, quod Wyttenbachius ad Plut. de Discr. Adul. p. 434. codicum aliquot auctoritate recipiendum putavit, vulgatumque est ap. Galen. de Locc. Affect. II. 1, 259. T. VII. (T. VIII. 70. K.) et compar *εὐφωρότατος* De adm. Anat. II. 40, 50. T. IV. (T. II. 293.) et VIII. 8, 182. (695.) quibus in locis *εὐφώρατον* scribi oportet; sed rectius *εὐφωρατώτατοι* editum De sanit. tuend.

II. 3. p. 71. T. VI. (T. VI. 95.) δυςφωρατότερα de Adm. Anat. VIII. 7, 182. (694.) Pro εὐχειρώτατον, quod idem ex Plutarcho affert V. Crass. c. 21. jam Corais ex Appiano εὐχειρωτότατον reposuit, quod legitur apud Herodotum VII. 9, 8. pro εὐχειρότερος Dion. Cass. XXXVIII. 7. p. 116. Sturzius e codd. εὐχειρωτότερος scripsit; tertium ἀκηρότατον in Stratonis epigrammate, si, ut Wyttenbachio videtur, adsignificat τὸ ἥκιστα κηροῦ μετέχον, satis excusatum est; ceterum a κήρ quoque ἄκηρος componi posse alio ostendetur loco. Quartum ἀλλοκώτερος perinde mendosum est atque παλιγκώτατον Hippocr. de Articc. p. 166. T. III. et ἀδιαρθρότερα Aristot. H. An. II. 1, 2. quod Bekkerus, ut par erat, correxit. Apud Themistium Or. XXVI. 326. C. pro εὐαγωγότατος καὶ εὐαλώτατος vel aures requirunt εὐαλωτότατος [40]), quod minus mirum est semel corruptum, quam toties integre scriptum esse: εὐαλωτότερος Lucian. Bis accus. §. 28. Dio Cass. XLIV. 16. Galen. de Opt. Const. Corp. c. IV. p. 4. T. VI. δυςαλωτότερος Plat. Lys. p. 206. A. Geopp. XIX. 1. etc. Apud Hesychium Εὐηρότατον εὔδιον, καλὴ γῆ aut deest syllaba aut superest, nec recte εὔδιον scriptum pro πεδίον. Scholiastae Euripidis Hec. 237. si quis δυςαλώτερον suum relinqui malit, equidem non ereptum eam, sed Platoni injuria Stallbaumius δυςαλώτατον unius cod. auctoritate obtrusit Tim. p. 51. B. Neque εὐαλούστερος video quomodo defendi possit in Alciphr. II. Ep. I. 45. ubi Lamia dicit meretriculis elaborandum esse, ut amatorum fastidiis occurrant tergiversando et morando ἵνα μᾶλλον ἐξάπτωνται τοῖς διαστήμασιν εὐαλούστεραι αὐτῶν αἱ ψυχαί, cui sententiae convenit εὐαλωτότεραι, nec alienum est, quod a vulgata minimum distat νεαλέστεραι. Et apud Hesychium Εὐαλώς (cod. εὐαλῶς) εὐχερῶς θηρώμενος superimposita ultimae lineola amissionem syllabae indicare videtur, id est εὐάλωτος, ceterum ordo literarum εὐαλής poscit, verbum rite compositum. Pro δυςκενότατος Ga-

40) Quum haec primum ederem, nondum legeram Dindorfii praefationem, qui eandem quaestionem tractavit sed multo brevius, saepe eadem, ut fit, vestigia ingressus, alias diversus.

len. Comm. III. in L. de Art. c. 66. p. 580. T. XVIII. P. I. vel δυςκένωτος vel δυςκενωτότατος reponendum, pro εὐλειοτάτη apud eundem de Simpl. Med. Fac. IX. 1. p. 189. T. XII. εὐλειωτοτάτη, pro εὐεψότερος Geopp. II. 25. εὐεψητότατος, nam quod Niclasius affert ab ἑψῶ εὔεψος duci ut a διψῶ ἄδιψος, apparet falsum esse; pro εὐχειροτέρους Schol. Thuc. VII. 18. εὐχειρωτοτέρους. His profligatis, quorum patrocinium neminem suscepturum puto, restant duo, quae justiorem syncopae suspicionem praebent, unum ὑβριστότερος, ὑβριστότατος, alterum, quod Schaeferus Wyttenbachianis exemplis accumulavit, χαλικρότερος. Prius H. Stephanus, Matthiae, Buttmannus ad masculinum ὑβριστής referunt, cujus legitimos gradus ὑβριστιστότερος, ὑβριστιστότατος, omissos esse ut inconcinnos; quam rationem si quis paullo subtilius quaerat, inveniet sane, id quod regulae supra propositae consentaneum est, literas στ nunquam duas continuas syllabas exordiri. Sed restat scrupulus; nam ut Comico haec licentior concedatur syncope, Herodotus certe, Xenophon et ceteri hujus ordinis, cur maluerint nativam vocabuli formam adulterare, quam ὑβριστικώτατος dicere, quod tantumdem valet nec minus probatum est v. Demosth. 218, 27. etc. vix intelligi potest. Neque perstat in sententia Matthiae, sed, posteaquam ὑβριστότατος ad ὑβριστής retulit, addit tamen Pherecratem et Platonem comicos in Anecd. p. 368, 17. ὕβριστον χρῆμα dixisse, accentus incuriosus. Quem quum non suo loco positum esse putaret Passovius, tacite ὑβριστός scripsit ut σπανιστός, a quo superlativum ὑβριστότατος arcessit sed dubitanter, quia Mehlhornius negat ὑβριστός aut aliud nomen participiale nec compositum activam habere significationem. Sed hanc viri egregii dubitationem tollit vel homericum τλητὸς θυμός, neque obstat quod Grammatici nostri de adjectivis verbalibus per gradus motis tacent; nam ζηλωτότατος legitur ap. Arist. Nubb. 463. ἀσπαστότερον Herodo. I. 62. αἱρετώτερον Demosth. 657, 21. θαυμαστότερον Sextus c. Phys. p. 577. ῥητότατα c. Mus. p. 373. c. Log. p. 399. σκεδαστότατον Plotin. ap. Euseb. Praep. XV. 862. B. αἰσθητότερον Simpl. in Ench. XIII. 141. οἰστότερον Heliod. II. 24, 88. περιποθητότερον Appian. Civ.

III. 4. etc. Obstat vero, quod Grammaticus Bekkeri clare et affirmate superlativo isti accentum proparoxytonorum tribuit; dicit enim Comicorum lexes ὕβριστον χρῆμα κἀκόλαστον, ὕβριστον ἔργον καὶ κύβαλον, duplicem habere θεωρίαν, μίαν μὲν ὅτι ἐχρήσαντο τῷ ὕβριστον ἀντὶ τοῦ ὑβριστικόν, ὅμοιον ὂν τῷ τύπῳ τοῖς τοιοῖςδε τῶν ὑπερθετικῶν βέλτιστον, κάλλιστον, κράτιστον, ἑτέραν δὲ διότι συμπέπλεκται τὸ ὑβριστικὸν (scrib. ὕβριστον) τῷ ἀκολάστῳ, quae disparium graduum conjunctio ne quem offendat, addit συγγραφικαὶ δὲ αἱ συνθῆκαι p. 330. [41]) Hic igitur ὕβριστον superlativum esse credidit vel ab obsoleto etymo ut ῥᾷστος, ὀνήϊστος, ἄλπνιστος, vel a substantivo ὕβρις [42]) ductum illa liberiore via, qua ab ἄρος ἄριστος, a βασιλεὺς βασιλεύτατος, a κύων κύντερος et κύντατος, a φώρ φωρότατος ducitur, neque obest, puto, quod a paucis illis, quae cum ὕβρις conferri possunt, ἔρις, ἐλπίς, μῆνις, δῆρις, adjectiva hujus modi derivari nescimus; nam hoc fortuitum esse potest. Quemadmodum vero ab eadem stirpe κύντατος dicitur et κυντότατος et vero etiam κυντατίστατος v. Anecd. p. 101. ita veterum Grammaticorum doctrinae, qui κλεπτίστατος, κυδίστατος, λαγνίστατος a κλέπτιστος, κύδιστος, λάγνιστος orta putant v. Eust. p. 215, 12. p. 1441, 24. consentaneum est, ὑβριστότατος illud, unde haec disputatio fluxit, ex ὕβριστος epitasi quadam superlatio-

---

41) Κομψὸς καὶ λαλίστατος Eur. Cycl. 315. ἐπίβουλον καὶ δριμὺ καὶ ὑβριστότατον Plat. Legg. VII. 808. D. cf. Fischer. ad Well. T. III. 330. πελωρίοις καὶ ἀγριωτάτοις Athen. 84. E. γεραρός τε καὶ αἰδοιέστερος Dionys. Per. 172.

42) Hesiodio illi κακῶν ῥεκτῆρα καὶ ὕβριν, de quo jam diu disceptatur, specie simillimum est Lucian. Conviv. §. 12. ἄνδρα βοὴν ἀτεχνῶς ὄντα καὶ κρακτικώτατον, sed Hesiodum Homerumve hoc modo loquutum esse non constat. Accusativum autem ὕβριν ex nomine ῥεκτήρ, unde κακῶν, pendere nimis artificiosum videtur. Ergo vix effugere possumus, quin aliquando ὁ ὕβρις dictum esse statuamus, non ut Bernhardy opinatur Synt. p. 50. ex ὑβριστής contractum sed eodem intellectu. Vellem constaret aliquid de natura avis, cui nomen ἡ ὕβρις vel ὑβρίς fuit; Ὕβρις canis nomen est ap. Xenoph. Cyn. VII. 5. fortasse a petulantia ductum ut ὄνοι ὑβρίζοντες v. Wesseling. ad Herod. IV. 129. nec dissimile andronymicis Πρᾶξις, Τίσις, Λύσις, Ἴσχυς.

nis, ut dici solet, contractum esse; demonstrari neutrum potest. Jam unum restat causae ancipitis munimentum χαλικρότερος, quo bis usus est Nicander, semel licentius Alex. v. 59. ubi jus gallinacei μυελόεντα χαλικρότερον πότον ὄρνιθος κατοικάδος vocat sic, ut meri significatio plane obteratur, tum v. 626. magis proprie χαλικροτέρη πόσις οἴνου. Schneiderus, qui hunc comparativum ad absolutum χαλικράς refert, perspicue fallitur; nam ut concedamus Graecis usitatum fuisse, cujus exemplum non extat, tamen adjectiva, quae, ut Grammatici loquuntur, a secunda perfecti passivi composita sunt, velut νεοκράς, προβλής, φυλλοστρώς, neque per genera moventur neque per gradus. Nec minus falsa est Schaeferi opinio, qui H. Stephanum sequens χαλικρότερος ex χαλικρατότερος contractum putat, scilicet ut δυςφωρότατος ex δυςφωροτώτατος, recisa syllaba longa. Necessario sumendum est, adjectivum χαλικρός quondam in usu fuisse non solum propter comparativum illum, sed etiam quia χαλικραίη, quo idem poeta utitur v. 29. aliunde repeti nequit et quia substantivi χάλις adjectivum aliud non reperitur. Ab hoc igitur χαλικρός declinatur ut δείλακρος, μύλακρος, φαλακρός, δίκρος [43]), τρίκρος, στόλοκρος, ἄλυκρός, θαλυκρός, σαυκρός, ψαυκρός, qua in paragoge saepius aspirata supponitur, πενιχρός, μελιχρός, ἰαχρός, μυσαχρός, βδελυχρός, alias litera ε interjicitur, διψακερός Etym. M. 801, 48. et νοσακερός, quod Schneiderus perperam ad νόσαξ refert. Horum priora δείλακρος et φαλακρός non composita esse, ut vulgo creditur, sed simplicia significat mobilitas ἡ δειλάκρα Arist. Plut. 973. Athen. p. 697. C. ἡ φαλακρά Lucian. pro Imagg. §. 5. quae si quis oblivione

43) Certe sic Schneiderus edidit cod. Urbinatis et Med. vestigia sequutus in Theophr. H. Pl. IX. 11, 3. ῥίζαν δίκραν ἢ τρίκραν pro vulgatis δικρανῆ ἢ τρικρανῆ, alii δίκροον et δίκρουν. Μακρὰν καὶ δικρόαν ὑστέραν Aristot. H. II. 12. (c. 17. p. 508, 14. Bekk.) ubi nihil variant codices; Thomas δικροῦν οὐ δίκρουν, ἀπὸ τοῦ δίκροον γὰρ v. ad Phryn. p. 233. Aeschylus δίκρα ὄψις dixit pro διπλῆ Hesych. obliterata (si a verbo compositum est) verbi notione, sicut idem δίπαλτα πήματα et τρίμοιρος χλαῖνα, Sophocles δίγονος μάσθλης, Nonnus XV. 21. διδυμόζυγον ὕδωρ.

originis, ut ἀργή, σκυθρωπή, declinata esse atque ideo etiam φαλακρός acuta ultima dici contendat, tamen nullam rationem afferre poterit; cur illa compositis potius quam simplicibus adnumeranda sint. Nomen δίκρος sive δικρός, quod et δίκροος scribitur, eandem affert quam δίπλοος dubitationem, utrum terminatio eorum a verbo tracta, an, ut in scholis dici solet, formativa sit, cui quaestioni tum demum responderi poterit, si syllabarum paragogicarum usus penitus exploratus fuerit. Στόλοκρος, quod Photius κορδύλην interpretatur id est torulum, manifestum est a στόλος propagatum esse, quod, ut Hesychius tradit, τὸ εἰς ὀξὺ συνεστραμμένον significat, idemque Glossographus hircos cornibus mutilos κόλους atque κολόκρους dici affirmat. Itaque apparet causam nullam esse, cur χαλικρότερος ex χαλικρητότερος violenter concisum potius, quam a χαλικρός legitime propagatum dicamus.

Neque tamen rarum est, ut ex duabus syllabis, quae aut iisdem aut similibus literis constant, una omittatur. Sed id fit magis celeris pronunciationis quam elegantiae causa maximeque usurpatur in numeralibus corruptelae proximis propter multiplicem usum. Quod Amphis comicus Athen. VI. 224. F. de cetariorum atticorum insolentia querens narrat eos emtoribus vix respondere dignari nisi curtis verbis: τάρων βόλων dicentes, id Reiskius ad Constant. p. 567. non inepte cum corruptione nominis τεσσαράκοντα comparat, pro quo Graeci novitii σαράκοντα invexerunt [44]). Ac jam Photius ταρτημόριον affert; τέτραχμον, quod legitur in Inscript. Boeot. N. 1570. b.,

44) Syllabas initiales a librariis saepe corruptas esse, compluribus ostendi exemplis in Aglaoph. p. 1094. quibus in Progr. de Mot. Anom. A. MDCCCXXXI. accesserunt alia. Dio Chr. XII. 380. ἀφικόμην εἰς ἄνδρας οὐ νωθροὺς ἀλλ' ὑμετέρους καὶ ἀγωνιῶντας scrib. ἀλλὰ μετεώρους. [Ibid. IV. 164. ἀπὸ τοῦ τύφου ἀνανεῦσαι scrib. ἀνανῆψαι. Or. XXXI. 643. ἀφήσετε ἄνδρα μοχθηρὸν τοῦ χρόνου χάριν, ὃν διῆλθε πονηρὸς ὤν fort. διέλαθε. Or. XXXIII. 2. τὸ ἀπιστεῖν — φαῦλον ἡγεῖσθε καὶ ἄκυρον scrib. ἄκαιρον. Or. XXXV. 73. τοῦτο τὸ γένος ἄτιμόν ἐστιν οἵ τε ἄλλοι ψέγουσιν αὐτούς scrib. φεύγουσι.] Artemid. I. 38. εἰ ἔτι μελήσειε τὴν κεφαλήν scr. εἰ τημελήσειε. Anth. Pal. VII. n. 30. ἵμερα — κισσοῦ ὅδωδε λίθος scrib. ἠρέμα. Hesychius Βελτιώτας τὰς βελτίους scr. βελτιωτέρας.

attestantur idem s. *Σωτήρ* et Ammonius s. h. v. similiterque nonnulli *τράπεζα* contractum putant. Didymus ap. Priscian. de Pond. p. 396. T. II. ed. Krehl. *ἡμέδιμνον*, inquit, *λέγουσιν οἱ Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἡμιμέδιμνον*, *ut Latini semodius*, *selibra*, atque Herodianus Anecd. Cram. II. 83, 8. et I. 344, 23. *τὰ ἐκ τοῦ ἥμισυς συγκείμενα ἀποβάλλει τὴν συ συλλαβήν· εὕρηται δὲ παρὰ τοῖς παλαιοῖς μετ' αὐτῆς, ἡμισύχοιρος* (fort. *ἡμισύχορος*), *ἡμισυχοίνιξ*. Sed haec contagio serpit longius. Galen. Comm. I. in L. de Art. 27, 359. T. XVIII. P. I. *μώνυχά ἐστι τὰ ἀμφώδοντα συνῃρημένου τοῦ ὀνόματος, ὥς φασιν οἱ τὰς ἐτυμολογίας τιμῶντες, ἐκ τοῦ μονώνυχα*. Ab eadem negligentia profecta videtur syllabarum mediarum praetermissio, *Ἀρσυηνός* pro *Ἀρσυσιηνός*, quod Stephanus affert, *ὀπισθέναρ, ἀμφορεύς, μηλόνθη, πασπαλέτης*, Galen. Gloss. p. 540. *αὐλωπία* (nisi mendosum est), *χαλκόπτης* pro *χαλκοκόπτης*, ut ajunt, in Corp. Inscr. N. 837. simpludiarius, stipendium [45]). Sed quod Schneidewinus fingit *ξίφηρος* pro *ξιφηφόρος* in Dissert. de Diana Phacel. p. 11. tum denique ratum ducemus, si quis *ὀρόφηρος, ὅδοικος* vel simile monstrum in lucem produxerit. *Ἀμφιφορεύς* autem, ne ob duplex *φ* breviori illi cessisse videatur, regulam de adspiratarum consequutione distinctius tradi oportet sic ut purae a non puris atque eae, quae sunt ejusdem ordinis, distinguantur a diversis [46]). Primum igitur tenendum est, duas continuas syllabas nunquam ordiri ab eadem adspirata pura nisi in compositione et declinatione, sed in his quoque ratio habenda syllabarum principalium et cliticarum. Theta iteratur in *ὀρνιθοθήρας, Τιρυνθόθεν* (Steph.), *λιθωθῆναι, εὐθυνθῆναι, καθαρθῆναι, καθεθεῖσα* Oribas. de Fract. VII. 86. XXII. 114. et L. XLIV. p. 28. ed. Bussemak. sed mutatur in tribus verbi

45) Haec exempla, quae non ejusdem auctoritatis sunt omnia, Thomam M. induxisse videntur, ut *ἑβδομηκοντὶς* pro *ἑβδομηκοντοῦτις* dici posse putaret.

46) Quantum ex R. Kuehneri compendio intelligo, nemo Buttmanni vestigia egressus est, qui *ἐτέθην* et *ὠρθώθην, ἐθρέφθην*, tanquam contraria sibi et repugnantia proponit. Nec distinctius disseruit Matthiae.

locis, primum si est syllabae principalis et thematicae litera prima ἐτέθη, ἐτύθη, quae sola sunt verba a theta progressa aoristique capacia; secundo in reduplicatione τίθημι, tertio in terminatione imperativi syllabica, nisi synaloephe intercedit σώθηθ' Eur. Or. 1345. Chi et phi pariter geminantur in compositis ἀρχέχορος, παχύχειλος, πολφοφάκη, στεφηφόρος, ἐφυφή v. Muetzell. de Theog. p. 103. [47]) mutantur vero in reduplicatis, κέχυμαι, ἀκαχίζω, πέφασμαι, πιφαύσκω, παμφαίνω, praeter quae nulla mutatione opus, quia verba a φ et χ ducta non recipiunt terminationes ab iisdem literis ordientes (ὠρύχην, ἐκρύφην) neque nomina in φη, φος, exeuntia asciscunt suffixum φι. Hactenus de adspiratis ejusdem ordinis. Quae vero sunt generis diversi, in primitivis nunquam se subsequuntur, quin alterutra mutetur, χιτών, ταχύς, τάφος, ac ne in motione quidem theta reperitur ante aliam adspiratam, sed dicitur ταφῆναι, τυφῆναι, nec dubium quin verbi prisci θάω si in usu esset aoristus passivus, is ταθῆναι scriberetur. Sed phi et chi patienter ferunt subsequens theta, φάθι, ἐχέθη, ἐβρυχήθη, neque ulla in junctura vocabulorum adhibetur cautio, ne duae compingantur adspiratae dispariles, λιθοφόρος, πληθύχορος, ἀμφιθείς, ἀμφιχανών, ἐχέθυμος, ἀγχιφανής. Venio ad complicatas. In quibus nihil aliud observatur, quam quod ad reduplicationem pertinet, κιχράναι, πιφράναι. Ceteroqui adspiratae cujusque modi continuari possunt, si, quae secundam obtinet syllabam, subtexta est consonanti, φάσθαι, θέσθαι, ἔχεσθαι, θωχθῆναι, θαλφθῆναι, θελχθῆναι etc. [48]) Hinc perspicitur primum, cur ἐθρέφθη admittatur et

47) Ἐκεχειρία qui ab ἑκάς compositum esse statuerunt v. Goettling. ad Theodos. p. 214. haud dubie facilius spiritum asperum, ut saepe, in lenem converti posse, quam adspiratam sine idonea ratione in tenuem mutari arbitrati sunt. Idem tamen fit in ἐπαφή, ἐξυπαφθῆναι, ut Villoisonus edidit Schol. Il. Ψ. 167. Bekkerus (v. 168.) ἐξαφθῆναι et ἀπαφίσκω, si ut Eustathio placet p. 756, 8. ex ἅπτω compositum est. Cum ἐπαφή et ἐφυφή conferri possunt ἀμπέχειν et ἀμφέχειν.

48) Θιχθῆναι Sext. c. Geom. 8, 325. c. Phys. I. 597. θλιφθῆναι Nic. Ther. 403. Galen. de Fasc. p. 836. T. XVIII. p. 1. θραχθῆναι Hesych. ἐφθάρθαι Aristot. de Ort. et Int. I. 10. etc.

ἐθρύφθη Nic. Ther. 914. Maneth. VI. 41. Diog. La. VII. 153. sed ἐτράφη et ἐτρύφη dicatur, ut τάρφος et τρύφος [49]) nec minus, quare τετάφαται probetur Clem. Protr. III. 45. p. 39. et τεθάφθαι ibid. improbentur autem τεθάφαται Herodo. VI. 103. et τετάφθαι Appian. Civ. III. 34. perinde ut θυθεῖσα Aesch. Choeph. 242. ἐθύθη I. Cor. V, 7. Dio Cass. XLV. 17. p. 431, 54. Phrynichus quidem App. p. 16. ἄπεφθος receptum esse affirmat ob eam causam, ὅτι τραχὺ ἔδοξε πρό τοῦ φ καὶ τοῦ θ ἔτι τὸ φ παρεντιθέναι, sed easdem tres adspiratas habet ἐφῆφθαι Aristid. Quint. de Mus. L. I. p. 11. Quaeritur vero, imperativus verbi φθῆναι quomodo scribendus sit. Ex eo quod ἰσχυθῆναι dicitur Diod. X. 87. ἀχλυνθῆναι Quint. Cal. I. 77. v. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 210. et ἔσχεθε, ἐσχέθη [50]) intelligitur, priori quoque syllabae concessam esse adspiratam vel praecedente vel subsequente alia consona, sed tamen τρέφω, τρέχω et similia indicium praebent, theta syllepsi non excusari, neque ἀπίεφθιθεν, quod boeoticum perhibent Anecd. T. I. 428. ad normam factum esse ostendit Grammaticorum tergiversatio Anecd. Bekk. p. 1291. ὥσπερ κακόν ἐστιν ἡ κλοπὴ καὶ ὅμως οἱ μὲν φεύγουσιν αὐτήν, οἱ δὲ οὔ, οὕτω κακόφωνον μὲν ἡ ἐπαλληλία τῶν δασέων καὶ ὅμως τινὰ μὲν φεύγοντα αὐτὴν τρέπουσι τὸ θ εἰς τὸ τ, τινὰ δὲ οὔ, ὡς τὸ ἀπέφθιθον [51]). Haec igitur est summa

49) Idem in causa est, cur τέθραυμαι et ἐθραύσθη dicatur v. Adn. ad Aj. p. 322.

50) Cumulantur asperae in ἴσχ' ἄχος Hom. H. in Ven. 220. στενάχεσχ' ὅθ' ἑὸν φίλον υἱόν Il. IX. 132. Σχέθω inusitatum esse jam veteres observarunt v. Etym. M. 456, 18. probant vero ἀμυνάθω et διωκάθω, quae Ellendtius in docta dissertatione Lex. Soph. T. I. p. 101. et 501. cum isto componit. Interest certe quod haec in αθω terminantur, illud in θω. Neque facile reperiuntur praesentia authypotacta nisi verborum primitivorum.

51) Gregorius Cor. in Hermog. III. 25, 1137. ἀπέφθιθον illud refert inter exempla παραφθορᾶς — οὐ γὰρ εἴρηται φθίθω ἀλλὰ φθίω. Ἔφθιθ' Aesch. Eum. 436. sola excusatur complexione. Verbi thematici, pro quo φθάνω invaluit, aoristus est φθασθῆναι Dionys. Antiqq. V. 25, 1097. Phil. de Vit. Mos. p. 651. A. Galen. de Semin. I. 13, 201. T. III. non φθαθῆναι ut βαθῆναι, etsi φθατεῖν dicitur et καταφθατεῖσθαι pro καταλαβεῖν. Atque illi similis aoristus ἐφθίσθη ab Hesychio profertur.

omnium, quae mihi de metathesi aspirationis observasse videor. Qua de re productus sum ut breviter admonerem, quia Lexicographi Buttmannum sequuti θάφω, θύφω et huic similia thematum modo praefigunt, quae nunquam a Graecis pronunciata sunt. Τάφος et ταφεῖν veteres docti ad θάπω revocant; Schol. Lips. Il. IV. 243. θάπος καὶ μεταλλαγῇ στοιχείων (συστοίχων) τάφος, ὡς παρ' Ἡροδότῳ βάθρακος καὶ μονόκυθρον [52]). Hinc emanarant, quae Hesychius ubiubi invenit, Θάπτων φόβον, Θῆβος θαῦμα, ubi media successit [53]); hinc Θήπω θαυμάζω, κολακεύω, Θηπαλέος βωμολόχος etc. quorum omnium fons et origo est verbum θάω, θεῶμαι, θαῦμα, θής ὁ παράσιτος (κόλαξ) et θώψ ὁ μετὰ θαυμασμοῦ ἐγκωμιαστής, hinc etiam Θωτάζω χλευάζω, pro quo receptum est τωθάζω. Ac, si quaerimus, pleraque illorum, quae in quaestione versantur, adspiratam in principio habuisse videntur, θεσμός et τεθμός, Χαλκηδών a metallis denominata et Καλχηδών v. Ellendt. ad Arrian. T. I. p. 337. Osann. Syllog. Inscr. I. 238. Bernhard. ad Dion. Per. v. 803. Schaef. ad Dem. T. V. 295. hisque antiquiores, quos Tzschuckius nominat ad Mel. Vol. II. P. I. 674. cum andronymicis Κάλχας et Χάλκας v. Eustath. 289, 38. Θράκη, Θρακίς et Τραχίς v. Siebelis ad Paus. T. IV. p. 160. θύω (fumigo), θυμάλωψ et τύφω, quibus veteres θάπτω associant, κηθάριον sive κηθίον et χητίον, si Eustathio fides v. Schweighaeus. ad Ath. T. VI. 144. θόρω (θρώσκω) et τρέχω, neque ταχύς habet quo referri possit praeter θέω, θοός, θάσσω et θοάζω [54]). Sed revertar ad coepta.

§. 10.

Praeter μάδρυα, quod Athenaeus pro μαλόδρυα dici testatur, cetera hujus contractionis exempla ad certas classes

52) Apud Herodotum neque hoc legitur neque, quod illum scripsisse arbitror, μονοκίθων.

53) Eodem modo Τελχῖνες et Θελγῖνες v. Aglaoph. p. 214. et 1183. τριγχός, θριγκός et θριγγός, de quo dubitat Schneiderus ad Plat. Civ. T. II. 331. σκεθρός, σχεθρός et σκεδρός, quorum originem ignoramus.

54) Θέλπουσα et Τέλφουσα fortasse τελφόεσσαν significat v. Siebelis ad Paus. T. II. 271. et 274.

redigi possunt; primum ea, quae vulgo a genitivo componuntur, potissimum nomina in ων, ως, ας, ις et μα, modo formam vocabuli absolutam referunt, modo eam, quae in declinatu subnascitur. Theognostus Cram. II. 98, 10. Bekk. 1394. b. τὰ εἰς ων προηγούμενα λέξεως ἐν τῇ συνθέσει τρέπει τὸ ω εἰς ο· σπάνια δὲ τὰ παραδείγματα, λεόπαρδος, γεροκόμος, Ἀπολλογενής[55]), quibus accedunt δρακαυλος Sophocleum, πλευμοῤῥωγής Hippocratis, Στρυμόδωρος a fluvio ductum (ut Ἀσωπόδωρος, Ἰσμηνόδωρος) Τριτογένης, Τριτογένεια tritonia virgo, Εὐδαιμοκλῆς Inscr. No. 1271. Ἀμεινοκλῆς, Ἀμεινοκράτης, μειόφρων, μειαγωγός[56]) v. ad Phryn. p. 669. Ex nominibus in ς et ξ huc referenda μεμβραφύα, θεμίπλεκτος, χαρίλαος, Χαρικλῆς, χαριδώτης, Ἐλπινίκη, τιγροειδής, ἐπακτροκέλης, si verum dicit Harpocratio, Ἀρτεμίδωρος, αἰπολεῖν, γυναιμανής, κοκκύμηλον, κροκυλεγμός. Sed in hoc genere nominum plures captiones concurrunt. Primum enim ab iisdem nominibus ducitur modo brevior forma, modo ea quae similior genitivi. Ἀπολλωνογραφής Schol. Il. Ψ. 291. Μυρωνονησίτης Steph. Δελωνοφονία Eust. p. 786, 19. κιονόκρανον, μειονεκτεῖν, πλειονομοιρεῖν Geopp. V. 8, 332. et in simplicibus μειζονότης, πλειονότης, cujus brevior forma πλεότης conferenda est cum καῤῥόθεν ἀπὸ τοῦ κρείττονος Suid. μειζότερος, εἰκότερος, quo ter usus est Antipho[57]) ipsumque πλέες ex πλέονες contractum esse, ut ex χερειόνι χέρηϊ, nonnullorum fuit opinio v. Anecd. Cram. I. 338. Tum non χαριδώτης solum dicitur, sed etiam χαριτοδότης v. Wyttenbach. ad Plut. Sept. Sap. p. 974. et tertium adeo χαροδότης. Quod si quis potius a χαρά compositum dicet ut χαροποιός, afferre possum alia hujus formae exempla στλεγγοποιός et Ἰσόδωρος Arcad. 72, 10. Inscr.

---

55) His p. 86, 23. additur λεομακέλλης, fortasse pro λεοείκελος, ut θεοείκελος. Hesychius Μελιέοικε, μέλιτι ὅμοιε scripsisse videtur μελιείκελε.

56) Κρεισσότεκνος non potest significare τὸν κρείσσονα τέκνων ὄντα, sed corruptum videtur.

57) Pro ἀραρότερον perperam ἀραρώτερον scribitur Themist. Or. XXII. 270. nec recte, puto, τὸ ἄραρον καὶ βέβαιον Jamblich. de Math. p. 102. ed. Villois. pro ἀραρός v. ad Phryn. p. 120.

N. 187. Ἰσόφιλος N. 276. v. 17. quae pugnant cum στλεγγιδοποιός, Ἰσίδωρος, Ἰσίγονος, Ἰσίδοτος, Βενδιδώρα N. 496. Βενδίδωρος N. 2034. Ἀρτεμίδωρος. Ac si haec quoque dubitationem recipiunt, ne aut mendose scripta aut aliter composita sint, illud a στέλγος (στλέγγω, stringo), hoc ab ἴσος, in vicem succedunt, nomina in μα, quae modo plenam genitivi formam referunt ἀρωματοφόρος, σμηγματοπώλης, modo corruptam, sed hanc duplici ratione; alia namque ex terminatione genitivi ατο(ς) primam et secundam literam deterunt, σπερμοφάγος, χειμοφυγεῖν, κυμοδέγμων, στομοδόκος, Ἁρμόνικος Inscr. N. 1346. αἱμοπότης, κερμοδότης Nonn. Par. II. 75. νομισμοθήκη Phot. s. Λίτρα, quibuscum conferre juvat Ἀπολλοφανής et latina: foedifragus, rumifico, munificus, quae ab aquilonigena, odorisequus, pudoricolor, calorificus, tantumdem distant, quantum ab illo ἀπολλωνοτραφής. Alia vero sed minus multa secundam et tertiam: χειμάῤῥους, ἁρματροχιά, ὀνομαθέτης (v. ad Phryn. 668.) et boeoticum nomen αἱμακορίαι, quo suspectius est αἱμαποσία Porphyr. ap. Stob. Ecl. Ph. I. 52, 49. quod Heerenius e duobus codd. pro αἱματοποσία recepit, neque sat fidei habet χειράπους pro χειροπόδης Suid. Atque his apponi possunt Λαδωγενής ἡ Ἀφροδίτη ὅτι ἐπὶ Λάδωνι ἐγεννήθη Hesych. Δολωφονία Philem. Lex. §. 62. κενεώπρηξις, nisi in utroque erratum est, Ἰσίδωρος et iricolor. Ex nominibus in ρ exeuntibus huc referri licet κορκοῤῥύα, ἰχωῤῥυεῖν et φρεωρύχος. Quae si omnia ad syncopen genitivi retuli, scholae usum sequutus sum haud ignarus ἐρωμανής, γοργοτομία, (ut γόργειος) cordolium, solstitium, justitium, veneficium, muscipula, et alia talia istas ambages detrectare. De nomine Ἑλλάνικος Sturzii sententiam Opusc. p. 28. impugnavi ad Phryn. p. 610. propugnat Passovius in Lex. Gr. exemplo Avieni nixus, qui penultimam corripuit; sed in ejusmodi causa plus ponderis habet Theognostus, qui macroparalectum esse docet ut Καΐκος, Γρήνικος Anecd. Cram. II. 59. Bekk. 1369. ac si simplex esset nomen, acueretur ultima sicut alia nomina, quae ex gentiliciis facta sunt hominum propria: Ἰωνικός Eunap. Vitt. Soph. p. 106. Ἀττικός Dion. Cass. LVI. 46. LXV. 17. Ὀλυμπι-

κός Plutarch. de S. N. V. c. III. 219. T. X. Ἀχαϊκός Clem. Strom. IV. 8, 589. (213. Sylb.) quod Klotzius tacite immutavit, Δωρικός Diod. XIV. 7. ipsumque Ἑλλανικός hominis christiani nomen in Arii Epistola in Epiphan. adv. Haer. L. H. T. II. 731. D. Ῥωμανός Prisc. Exc. Hist. p. 57. A. Anecd. Bekk. p. 1177. etc. Atque de hoc valet Choerobosci sententia Anecd. Cram. II. 201. Ἑλλανικὸς παρὰ τὸ Ἑλληνικός τροπῇ τοῦ α. Si vero Sturzius veretur, ne nomen Ἑλλάνικος, id est Graeciae victor, Graecis religiosum visum sit malique ominis, id refellit Ἑλλανοκράτης Aristot. Pol. V. 12, 221. et exemplum Pindari, qui de ludorum publicorum victoribus saepe hoc praedicat, ἐκράτησεν Ἑλλήνων, ἐνίκησεν Ἑλλήνων στρατόν v. Boeckh. Expl. ad Pyth. XII. 4. Jam ad illa venio, quae comica finxit licentia, κομψευριπικῶς et πεφιλιππῶσθαι v. Dindorf. ad Athen. p. 551. F. a quo non longe abhorret Livianum Protesilaodamia, si modo recte ita scribitur; et ad fictas a Grammaticis syncopas, ἄντιτα pro ἀντίτιτα Schol. ad Il. XXIV. 213. ἀῤῥηφόρος pro ἀῤῥητοφόρος v. Aglaopham. p. 872. κελαινεφής, quod illi ex κελαινονεφής contractum, Reiskius ad Const. Porphyrog. p. 604. a verbo κέλλω compositum putat, sed probabilius ab obsoleto adjectivo κέλας sive κέλαις (ut μέλαις, τάλαις) repetitur, altera parte interdum quiescente ut πέδια κελαινεφῆ Pind.[58]) Neque ratum habemus, quod Galenus in Gloss. ait, οἶνος αὐτίτης dici pro αὐτοετίτης. De Epidauri epitheto λιμηρά sive λιμενηρά veteres ipsi inter se dissentiunt v. Poppo ad Thuc. P. I. Vol. II. 204. nec facilis veri cognitio.

Restant nomina dicatalecta in ις et ιτις. Nymphae Cithaeroniae bis a Plutarcho, nec unquam alibi, nominantur Σφραγίτιδες, pro quo Corais ad Aristid. c. XI. Σφραγιδίτιδες substituit, quia Pausanias memorat antrum Νυμφῶν Κιθαιρωνίδων Σφραγίδιον ὀνομαζόμενον, sed a substantivis in ιδιον exeuntibus vereor, ut adjectivum hujusmodi pro-

58) Sic Hesychius Κελαινεφὴς παραγώγως. Sophocleo verbo ὀπὸς ἀργινεφής significari videtur faeculenti quiddam, quod Hippocratici ὀμίχλας dicere solent, Latini *nubeculas*. Graeci ἰοδνεφὲς εἶρος dicunt, Latini e contrario *vellera* pro *nubes*, et *floces* (flocci) sedimenta vini appellant.

pagari possit, neque indubitata est Pausaniae scriptura, cujus in locum Clavierius Σφραγιτίδων ὀνομαζομένων reponi vult mutatione leni eoque probabiliore, quod nomen σφραγίδιον antro non magis convenit quam σφραγίς, unde Schaeferus antri inquilinas σφραγίτιδας nominatas esse suspicatur [59]), sed non demonstrat a σφραγίς, χειρίς, κνημίς, βαλβίς aut simili principio duci nomina in ιτις; terra quidem Lemnia a medicis graecis σφραγίς vocatur non σφραγῖτις, ab ἀσπίς ἀσπιδίτης ducitur, non ἀσπίτης, ab ἀσταφίς ἀσταφιδῖτις retenta syllaba genitivi, quae deest localibus: Κρηνίδες Κρηνίτης, Ταναΐς Ταναΐτις, Ἐλυμαΐς Ἐλυμαΐτις, neque admittitur in iis quae pure declinantur, τῆλις τηλίτης, ῥαχῖτις, Σειρῖτις. Κρηνῖτις autem non a κρηνίς repetendum sed a κρήνη, interposito masculino κρηνίτης, ut νησίτης νησῖτις. Haec autem feminina paronymis in ις adeo et scriptura et significatione vicina sunt, ut persaepe syllabae in scribendo omissae adjectaeve suspicio oriatur; quis enim distinguat λειμωνὶς πόα v. ad Aj. v. 601. et λειμωνίτιδες πόαι Nicet. Ann. IV. 6, 82. κασωρίς et κασωρῖτις, quae Eustathius p. 741, 27. componit tanquam synonyma? Ὀμφακίτιδες Galen. Eup. II. 12, 478. T. XIV. vocantur quae vulgo ὀμφακίδες *gallae*; pro ἐξ ἡγεμονίδος γῆς Appian. Civ. II. 65. vett. Edd. ἡγεμονίτιδος, pro ἀλσηΐδες Schol. Il. XII. 8. Didymus ἀλσηΐτιδες. Tum eadem herba προσωπίς persolla dicitur et προςωπῖτις personata, ut Plinius vocat, Geopp. V. 48, 4. Diosc. IV. 107. incertum librariorum arbitrio, qui et in nomine locali Προςωπίς et Προςωπῖτις vacillarunt v. Wesseling. ad Diod. XI. 77. an Graecorum ipsorum; eadem ἡπατίς et ἡπατῖτις Geopp. V. 6, 3. VIII. 22. Ἁλκυονίδες ἡμέραι Arsen. Viol. p. 40. quae alibi ἁλκυονίτιδες, et promiscue Pollux X. 185. γῆν κεραμῖτιν καὶ κεραμίδα, quod utrumque praebent codices Plat. Legg. VIII. 844. B. Βοιβηΐς et Βοιβηΐτις v. Tzschuck.

59) Magis conveniret epitheton a σφάραγος ductum, sicut Neptunus ἐρισφάραγος dicitur, Psamathe *undisona* Valer. I. 364. nymphae in universum σφράγιαι in Orph. H. XXIII. quanquam hoc quoque nomen suspicionem habet.

ad Strab. IX. 664. τῇ Μακεδονίτιδι Θεσσαλονίκῃ Aelian. H. Ann. XV. 20. cod. Μακεδονίδι, ut Ταφίδος pro Ταφίτιδος Strab. XVII. 833. τῆς Κροτωνιάτιδος Aristot. Mirabb. c. CVII. Bekkerus praetulit vulgato Κροτωνιάδος, pro ὑελὶς γῆ Theophr. de Lap. §. 49. Schneiderus ὑελῖτις scripsit et pro αἱματίδες de Odor. 40, 889. αἱματίτιδες, pro μαργαρίδες Corais ad Heliod. p. 102. μαργαρίτιδες, hic injuria, nam μαργαρίς saepius legitur; sed ubi exempla desunt, res ad divinationem redit, quoniam et librariorum in omittendis syllabis negligentia nota et Graecorum in variandis terminationibus ις et ιτις libertas paene infinita, significationis autem discrimen nullum est, nisi quod brevior forma substantivo propior, longior adjectivo, sicut φαρμακῖτις βίβλος Galen. Comp. Medic. p. Locc. II. 3, 593. T. XII. nullo modo dici potest φαρμακίς, nec τρίχες βλεφαρίτιδες Paul. Aeg. VII. 3. 255. eaedem βλεφαρίδες, aut venae jugulares σφαγίδες pro σφαγίτιδες, quae longior forma in ιτης et ιτις ab omnibus terminationibus atque adeo ab adjectivis ipsis proficiscitur, ἀγνίτης [60]), λευκίτης, ψαφαρίτης, μακαρίτης, πεζίτης Eust. p. 1007, 39. Sed haec exequi mittam.

---

60) Ottfr. Muellerus ad Aesch. Eum. p. 134. ut lustrationum ceremonias, sine quibus antiquitatis interpretatio mystica consistere nequit, Homero impertiret, ex verbis Schol. Vict. ad Il. XXIV. 480. τὸν δὲ καθαίροντα καὶ ἀγνίτην ἐκάλουν, argumentum ducit Homerum non, ut vulgatum est, ἀνδρὸς ἐς ἀφνειοῦ scripsisse sed — ἀγνίτεω. Verum ex hoc novitio scholio nihil cognoscitur, nisi quod vix mentione dignum, interpretum aliquem errore vulgatissimo posterioris aetatis institutum ad Homerum tuanstulisse atque illi ἀνδρὶ ἀφνειῷ, ad quem homicida confugere dicitur, καθαρτοῦ partes imposuisse; quo facto iste more Scholiastarum tralaticio de synonymo admonet τοῦτον δὲ καὶ ἀγνίτην (vel ἀγνιστήν) ἐκάλουν. Hujusmodi autem adnotamenta scholica si quis totidem veteris et germanae scripturae indicia esse putat, rudem se harum rerum esse ostendit. Si Scholiastes antiquior hoc prodidisset verbis aliis τὸν καθαίροντα ἐνταῦθα ἀγνίτην καλεῖ, id saltem diversae foret indicium scripturae, sed eam tamen refelleret Homeri consuetudo, quae substantiva in ιτης ab adjectivis ducta non magis fert, quam hujusmodi vocabula θρέπτρια, εὑρέτρια, κυρτάριον, ποντοχαρής, ἀληθινός, χλευασμός etc. Non loquor de singulis vocabulis, sed de vocabulorum generibus.

§. 11.

His rebus consideratis intelligitur quarundam literarum commissionem ab omnibus aequaliter respui, alias admitti quidem sed raro et in vocabulis antiquis aut peregre acceptis, et saepe etiam usu venisse, ut idem sonus modo offenderet aures, modo velut hebescente animi acie sine sensu praeteriret, illas autem regulas, quas nos in conformatione et in collocatione vocabulorum sequi solemus, a Graecorum consuetudine abhorrere. Cujus rei immemores multi, quid dulce sonet, quid secus, citius quam consideratius pronunciare solent. Exempli causa in Luciani Enc. Dem. §. 4. Reitzius *Δημοσθένης σμικρόν* substitui jubet *μικρόν euphoniae gratia*, et in Plat. Phaedon. p. 90. A. Heindorfius *σφόδρα μικρόν* praefert vulgato *σμικρόν ob euphoniam*, suis uterque, non Graecorum auribus usus. Nec justior illa Osanni ad Philem. p. 251. querela de Hermanni correctione Soph. Aj. 384. *ἴδοιμί νιν νῦν*, nam et hoc apud veteres legitur et similia multa, *πρίν μιν, μέν μιν* Arat. 160. *ἥν γ' ἥν* Arist. Avv. 1543. *πῶς παῖς* Bion. XV. 7. *ὡς γνῷς* Meleag. Ep. XLVI. Similis error circa homoeoteleuta, quae quam cupide a Criticis exagitata, quam saepe a veteribus admissa sint, exposui ad Aj. compluribus locis, Tragicorum potissimum exemplis usus. Sed reperiuntur apud quosvis; *ἐπὴν πρώτην ἀκτὴν Ἰθάκης ἀφίκηαι* Od. XV. 56. ubi eadem vocalis quinquies iteratur, quater in Hes. Theog. 921. *λοισθοτάτην Ἥρην θαλερήν*, et similes exitus alibi: *παθόντες κακῶς ἱκανῶς οὐκ ἐνδεῶς ἠμύναντο* Plat. Menex. 244. B. quae sigmatismum notabilem exhibent; *ἀδελφῶν τριῶν ὁμομητρίων ἐπικλήρων καταλειφθεισῶν* Isaeus de Her. Cir. p. 224. *ἐκ τοῖν λόγοιν τοῖν ἀνδροῖν ἑκατέροιν τοῖν βασανεσθέντοιν* Antiph. de caed. Her. p. 728. *τῶν μὲν ἀκόντων ὑπακουόντων, τῶν δὲ ἑκόντων προδιδόντων* Lysias Epitaph. 193, 24.[61]) *Ἀθη-*

61) In Aristid. Or. Plat. II. 187. pro *ἑκόντως ὑπερβαίνοντος* Dindorfius restituit e codd. *ἑκόντος*, quae est legitima constructio: *ἄκοντες ἁμαρτάνοντες* Plat. Hipp. min. 373. C. *ἑκόντων διδόντων* Liban. Decl. T. I. 587. *ἑκόντων δουλευόντων* T. III. 247. *ἀκόντων ὑπακουόντων* Ly-

ναίοισι τοῖσι πρώτοισι λεγομένοισι Herod. I. 60. πᾶσι τοῖσι ἐν ἄλλοισι χώροισι γενομένοισι χειμῶσι IV. 28. τοῖσι ὑείοισι ἀκροκωλίοισι ἐμπροσθίοισι ἑφθοῖσι Hippocr. Diaetet. III. 733. T. I. ἅπαντα ἅπασι πάντα ἀγαθὰ εὔχεσθαι Dem. c. Aristog. I. 805, 13. παντὰ τἀμὰ κινήματα τερπνά Epicurus in Theon. Progymn. X. 169. T. I. ed. Walz. ἅρματα μὲν ἕπτα καθῆκα ὅσα — Thucyd. VI. 16.[62]) ἀσίας ἀπὸ γᾶς ἁγίας ἁλίας Συρίας Mnesimachus Athen. IX. 403. D. quae verborum homoeoptotôn congeries neque hoc loco neque aliis ad Phryn. p. 691. allatis fortuita videri potest. Omninoque saepenumero fit, ut quae per se considerata minus probentur, certo loco et tempore plurimum gratiae afferant, - sicut homericum illud κόπτ', ἐκ δ' ἐγκέφαλος Demetrius de Eloc. CCIX. p. 87. durum esse, sed hanc duritiem rei apprime convenire judicat cf. Dionys. de Comp. XVI. p. 100. Et in Soph. Oed. C. 1547. τῇδ', ὧδε, τῇδε βᾶτε, τῇδε γάρ μ' ἄγει, quod Schaefero vix tolerabile visum, quam maxime consentaneum habetur commotioni vociferantis. Sed quoniam duo attigimus paronomasiae genera, unum fortuitum et inartificiale, in quod inscientes et saepe inviti incurrimus, alterum arte quaesitum, non omittendum videtur id quoque ut adjiciam, esse quoddam tertium genus in confiniis utriusque regionis positum. Nam quod Plato ait in Hipparch. 225. C. ἐν ὁποίᾳ ὥρᾳ καὶ χώρᾳ, ἵνα τι καὶ ἡμεῖς τῶν σοφῶν ῥημάτων ἐμ-

---

sias Epitaph. p. 94. ἑκοῦσιν ἐνδοῦσιν Thucyd. IV. 19. ἑκόντας τιθέντας Dem. c. Androt. 607, 2. ἐθέλοντας λειτουργοῦντας c. Phaen. 1046, 20. pro quo margo Lutet. ἐθελοντάς, ut variatur in Arrian. Alex. III. 25, 6. Inverso ordine (ne quis fixum credat) ἀποθνήσκοντι ἑκόντι Max. Tyr. III. 36. ἐκβιασθέντας ἄκοντας Aelian. V. H. XIII. 42. etc. De Thucydidis scriptura quod dixi ad Phryn. p. 6. nunc approbat Poppo, sed idem ad Cyrop. p. 27. vetere illo homoeoteleutorum odio ductus trium infinitivorum εἶναι νομίζειν καταλιπεῖν concursum injucundiorem esse judicat; quod refellitur vel uno Aristidis exemplo Or. Plat. II. 117. τὴν τοῦ βασκαίνειν δοκεῖν παρέχειν λαβήν.

62) Aeschin. Fals. Leg. 34, 37. ὡς συντόμως καὶ τἄλλα πάντα ἀπαγγελῶ. Si πάντ' scribas hiatus vitandi causa, quem Criticorum nonnulli valde gravantur, senarius exit iambicus; sed πάντα multi codd. omittunt.

βαλῶμεν, indicio est, id unum fuisse e Sophistarum scitamentis, quae ille cavillari solet v. Ast. ad Phaedr. p. 268. Sed hoc idem apud Hippocratem Aphor. p. 711. et 720. T. III. ejusque imitatores, Galenum Comm. in L. I. de Fract. 42, 399. T. XVIII. P. II. Alexandrum Trall. I. 10, 19. Paulum Aeg. IV. 4, 134. Stephanum Schol. T. I. p. 161. 180. 272. Oribasium de Fract. I. 77. [63]) sine ulla suspicione apparationis et artificiosae elegantiae legimus. Neque Homerum, Thucydidem aut quenquam alium hujus ordinis et dignationis ad haec minuta artificia se demisisse credimus, etsi Technici multa hujusmodi afferunt *Σαμία μία ναῦς, Πρόθοος θοός* etc. v. Eustath. p. 337, 40. Hermog. de Id. I. 12, 286. de Inv. IV. 8, 169. T. III. Anon. Schol. in IV. 7, 837. T. VIII. neque afferunt solum, verum etiam praedicant et ad imitandum proponunt, etsi a veteribus ipsis hanc cacozeliam damnari non nesciunt — *σοφιστικὰ ταῦτα, ἃ νῦν μὲν ἐπαινεῖται, ὑπὸ δὲ τῶν παλαιῶν κωμῳδεῖται* Hermog. *π. Μεθ. Δειν.* XIII. 418. Nos igitur, si quid hujus modi scriptoribus sanis siccisque exciderit, non consulto sed casu factum esse censemus, ac ne umbram quidem epanastrophae agnoscimus in Xenophontis verbis longo intervallo a se disjunctis *Πεισίαν - πείθει*, quae Scholiastes Hermogenis T. III. 169. tanquam juncta affert *Πειθίαν* scribens. Sed Pythiam non negaverim *πειθοῖ πείθων* Schol. Pind. Pyth. IV. 10. [64]) *ἄγαν ἄγαμαι* Plut. de Pyth. Oracc. XVII. 293. ex industria composuisse. Tum est proprium quoddam parechesis genus, quod in sermone quotidiano et familiari dominari solet proverbiorum modo, *Ταντάλου τάλαντα* Phot. *ἀγαθῶν ἀγαθίδες* v. Interpr. ad Hesych. s. *Ναύσων*, aliaque in Rhetorum libris tractata. Et ut nos in consuetudine scribendi et sermocinandi simulacra quaedam annominationis usurpantes eum ordinem verborum servamus, qui

---

63) His omnibus locis *ὥρα καὶ χώρα* legitur; Galenus Comm. in Progn. III. 10. 257. ordinem invertit, sed additis aliis *κατὰ χώραν καὶ ὥραν καὶ κατάστασιν*.

64) Vulgo scribitur *πειθεῖ πείθων*. De diastasi nominum in *ω* exeuntium Buttmannus dixit Gramm. §. 49. Adn. 3.

antiquitus obtinuit, *Huelle und Fuelle, Saus und Braus, Salz und Schmalz*, eadem Graecorum in certis loquutionibus constantia: *πολλοὶ* sive *πολλὰ πολλάκις* Eur. Med. 1165. Troad. 1015. Demosth. p. 458, 5. Dio Cass. LXIII. 22. LXXIII. 12. Arrian. Ven. XVI. 206. Lucian. Asin. §. 35. Bis abdic. §. 8. Athen. 616. E. Phil. de Creat. Princ. §. 1, 361. ed. Mang. Himer. Ecl. IV. 15, 106. Sext. c. Emp. II. 508. Stob. Flor. XCIII. 31. p. 510, 38. Julian. Or. VII. 211. B. *πολλοὶ πολλαχῇ* Soph. Oed. C. 965. et eum ceteris adverbiis Liban. Decl. T. I. p. 136. et 203. T. II. p. 527. nec facile mutatur nisi adjectivum aliunde regitur, ut *πολλάκις πολλοῖς* Demosth. 1384, 15. Aeschin. Ep. VII. 677. *πολλάκις πολλαῖς* Athen. XIII. 466. (p. 1042. Dind.) *Ἄλλ' ἄλλοτε* Pindarus composuit Isthm. III. 30. metro inserviens, et ap. Themist. Or. XXVI. 316. C. *χρόνῳ δὲ ἄλλου ἄλλο τι εἰςφερομένου* nuper recepta est Jacobsii emendatio *ἄλλοτε*, sed vetus scriptura et sententiam habet magis perspicuam et vocabula ordine collocata; nam adverbium hoc praecedere solet: *ἄλλοτ' ἄλλος* Eur. Alc. 191. Plat. Gorg. 482. A. Plutarch. de Def. Oracc. c. XXX. Conv. XII. 25. T. VIII. Liban. T. II. p. 90. 313. Diog. La. VIII. 14. X. 95. Arrian. ap. Stob. Ecl. I. 30, 2. p. 606. Aristid. de Mus. I. p. 18. Lucian. Deor. Conc. §. 3. Galen. de Comp. Med. p. Locc. II. 524. *ἄλλοτε ἄλλως* Aristot. Nicom. III. 5. p. 1112, 26. Plutarch. de Superst. VI. 67. de Virt. mor. V. 399. de Placit. Phil. I. 12. Julian. Misop. p. 337. A. Artemid. III. 56, 294. Stob. Ecl. I. 206. Themist. XIII. 167. D. Liban. T. I. p. 579. 680. cf. Schaefer. ad Long. p. 403. Wellauer. ad Apoll. I. 881. Ellendt. ad Arrian. I. 8, 13. sed retroacto ordine Aeschylus Sept. 1071. et Theophylactus Hist. II. 11, 47. B. *ἄλλως ἄλλοτε*, ille idonea ratione ductus, hic nulla; *ἄλλην ἄλλοτε* Plut. de Fac. Lun. XXI. 68. *Πάντῃ πάντα* legitur non solum, ubi metrum poscit Anth. Pal. XII. n. 91. XIII. 1. [*πάντῃ πᾶσι περιβλέπεται* VII. n. 100.] sed etiam Xenoph. Mem. II. 5, 2. Alciphr. II. 4, 326. frequentius tamen *πάντα πάντῃ* Plat. Civ. V. 466. D. Diog. La. IV. 15. aliisque locis, quos Jacobsius collegit ad Aelian. p. 206. ac similiter *πᾶσα πάντως* Plat. Phaedr. 253. A. Menex. 247. A. *πάντες πάντως* Eur. Med.

853. ἅπαντων πάντως Plutarch. V. Coriol. c. XV. κατὰ πάντα γὰρ πάντως νικηθέντες Thucyd. VII. 87. πάντῃ πάντως Plat. Legg. VI. 781. E. 801. A. Phaedr. 246. A. Parmen. 160. B. Tim. 29. C. Hippocr. de Fract. p. 94. T. III. Aristot. de Ort. et Int. I. c. 7. de Sens. III. 440, 3. Dio Cass. L. 50, 7. Demetr. de Eloc. c. III. Simplic. in Epict. p. 94. T. III. πάντῃ παντάπασι Aristid. Or. XIV. 220. A. πάντῃ καὶ πάντως Plat. Civ. VI. 490. A. Theophr. de Ign. VIII. 708. Polyb. I. 23, 10. Julian. Or. VII. 209. C. Epist. XVII. 24. Sext. c. Geom. III. 29, 317. c. Log. 412. Artemid. IV. c. 1. 201. c. 15, 210. c. 83, 250. Simplic. in Epict. III. p. 60. quem ordinem invertit Plato Phileb. p. 60. C. cf. Jacobs. ad Ael. p. 347. Addam his quartum πῆ καὶ πῶς χρήσεται τοῖς — Polyb. III. 93, 2. πῇ δὴ καὶ πῶς Plat. Phileb. 41. E. ubi nunc ποῖα δή receptum, ὅπῃ δεῖ τε καὶ ὅπως μανθάνειν Epinom. 990. B. ὅπῃ τε καὶ ὅπως ἤθελε Epist. VII. 547. E. eodemque modo Civ. X. 612. Diog. La. X. 41. Aelian. V. H. I. 32. Themist. Or. XIII. 162. A. Plutarch. Amat. c. XVII. 40. de An. Procr. XXIII. 314. Clem. Strom. IV. 21, 624. (226. Sylb.) Niceph. Greg. Hist. VI. 8, 122. A. Theophyl. Hist. Prooem. p. 1. A. et apud alios, quos Boissonadius memorat ad Heroicc. p. 604. et Jacobsius ad Philostr. 634. sed alibi contrario ordine legitur ὅπως δὲ χὤπῃ Aesch. Prom. 875. εἴθ' ὅπως εἴθ' ὅπῃ Plat. Legg. X. 899. C. inter quas adverbiorum formas non plus interest, quam inter haec πῶς νιν εἵλετε τρόπῳ δ' ὁποίῳ Iph. T. 256. ὅπως ἔπαθε καὶ τίνα τρόπον Hippocr. de Vuln. Cap. p. 356. T. III. ᾗ ἂν γένοιτο καὶ ὅπως ἂν γένοιτο Socrat. Epist. XVII. 24. οὕτω καὶ ταύτῃ Plat. Legg. IV. 714. D. vel inter οὐδαμῇ οὐδαμῶς, μηδαμῇ μηδαμῶς, quorum compositio perfrequens Plat. Lach. 29. B. Phileb. 65. E. Legg. VI. 778. A. X. 934. E. Demosth. p. 1113, 8. Aristot. Pol. VII. 14, 12. Plut. de Adul. discr. c. V. 164. Lucian. Pseudol. §. 19. Dissert. c. Hes. §. 8. Dio Cass. Fragm. XXXIV. c. 119. p. 48. Liban. Decl. T. I. p. 6. Artem. IV. 58. 236. etc. [65]) pro quo nuperi Platonis

---

65) *Οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὐδεπώποτ' οὐδεμιᾶς δεδυνημένης* Niceph. Greg.

editores Legg. VII. 820. B. codicum Florentt. auctoritate scripserunt *μηδαμῶς μηδαμῇ*, sicut paullo post legitur *οὐδαμῶς οὐδαμῇ*. Cum illo *πάντες πάντως* Elmslejus ad Med. 787. componit Tragicorum et Aristophanis parallela, *κακὸς κακῶς*, *στυγερὸς κακῶς*, *περισσὰ περισσῶς*, *καλὴ καλῶς*, quomodo Plautus dixit *bella belle*, *stulta stulte* v. Dorvill. ad Char. p. 213. Comm. ad Arist. Eccl. 761. Atque in hac etiam adjectivi et adverbii conjunctione definitum quendam ordinem servari videmus; *κακὸς κακῶς* Demosth. p. 87, 20. Athen. IV. 150. C. *λαμπρὸς λαμπρῶς* Plutarch. V. Flam. c. X. Aristid. Or. X. 70. A. XLIII. 540. C. *μεγάλαι μεγαλῶς* XIV. 214. B. *καθαρὰ καθαρῶς* X. 70. B. *σεμνὸς σεμνῶς* Liban. T. I. p. 27. Aristid. Or. Plat. II. 171. T. II. (*ἐν θρόνῳ σεμνῷ σεμνὸν θωκεῦντα* Herodo. II. 173.) *καλὸς καλῶς* Aelian. V. H. XIII. c. 22. Plutarch. Gryll. VII. 221. T. XIII. Amator. X. 18. T. XII. *κακὸς κακῶς* ibid. XVI. 35. Appian. Civ. V. 62, 80. sed eum poetae migrant sine ullo metri emolumento *κακῶς ἀπόλλυσθαι κακούς* Sophocl. etc. His adjungenda substantiva *τὰ μέλη καὶ μέρη* Plat. Tim. 77. A. Legg. VII. 795. E. Ion. 14. E. Philo in Flacc. p. 990. A. Hermog. de Id. I. 12, 278. Niceph. Greg. X. 2, 295. D. sed versis vicibus *μέρη καὶ μέλη* Dionys. Art. X. 6. 381. Philo de Fort. p. 741. A. aliique v. Boissonad. ad Aristaen. p. 212. sq. Pariter variant *κτήματα καὶ χρήματα* Dio Cass. LXXVII. 11. *κτῆσις καὶ χρῆσις* Plat. Hipparch. 238. C. Philo de Legg. Spec. II. 34, 330. et retrorsum *χρήματα καὶ κτήματα* Plat. Legg. V. 728. E. Plut. V. Alex. c. 59. Aelian. H. Ann. Epilog. p. 564. ed. Schneid. Dionys. Art. III. 236. Synes. de Provid. I. 111. B. Artemid. I. 16, 30. IV. 7, 207. Neque solum *ἤθη καὶ ἔθη* Plat. Legg. XII. 968. D. Aelian. H. Ann. IX. 9. sed etiam *ἔθη καὶ ἤθη* Plutarch. de Adul. Discr. c. VIII. 167. cf. Jacobs. Addend. ad Athen. p. 282. Tum *ὀνόματα καὶ ῥήματα* Plat. Symp. 198. B. 221. E. Crat. 424. E. Theaet. 184. B.

VIII. 9, 210. B. cf. Adn. ad Aj. 866. *Nunquam quidquam cuiquam* Plaut. Pseud. I. 2, 2. *quidquam quisquam cuiquam* Ennius ap. Auct. ad Herenn. IV. 12. *aliquando aliquis* saepius Cicero.

Plutarch. V. Alcib. X. 12. de Pyth. Orac. X. 263. Philo Legg. Alleg. II. 83. B. Diog. La. IV. 31. Aelian. H. Ann. Epil. p. 566. Jamblich. Protr. IV. 48. Lucian. Enc. Dem. §. 27. Synes. Dion. p. 40. C. sed ecce ex adverso *ῥήματα καὶ ὀνόματα* Plat. Theaet. 206. D. Apol. 17. C. Cratyl. 431. B. Epist. VII. 342. B. Philo de Migr. Abrah. p. 390. A. Gregor. Thaum. Or. ad Orig. §. 10, 426. T. III. Bibl. Gall. Haec igitur vocabulorum non sono solum, sed significatione quoque congruentium compositio ab illo artificioso genere, quod technici tractant, plurimum distat neque omnino in rhetorum ludis nata, sed a natura profecta et in commerciis quotidiani sermonis magis ex consuetudine quam ornatus et elegantiae causa celebrata est; quapropter, qui varia sermonis figurandi genera et praecepta tradiderunt, ne unum quidem illorum exemplorum afferunt, quae a nobis proxime sunt proposita potissimum ob eam causam, quod, si minus in omnibus, at certe in plerisque fixa quodammodo est verborum consecutio. Idemque intelligitur in quibusdam synonymorum juncturis, ad quas jam veteres Grammatici animum adverterunt. Suidas et Schol. ad Plat. Conv. 320. E. *Ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῦτο σχηματίζεται παρὰ τοῖς παλαιοῖς καὶ ὡς εἰπεῖν ἔπος καὶ ὡς ἔπος φάναι καὶ ὡς φάναι ἔπος*. Id quod principio scriptum est *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, hoc ordine plus centies legitur itâque fixum est, ut perpauca reperiantur extrà carmen contraria exempla, *ἅπανθ' ὡς εἰπεῖν ἔπος* Plat. Legg. XII. 967. E. et Aelian. H. Ann. IV. 36. *λευκὴν (κεφαλήν) οὐχ ὡς εἰπεῖν ἔπος ἀλλὰ καὶ χίονος ἐπέκεινα καὶ γάλακτος πλέον λευκήν*, quo loco *ὡς εἰπεῖν ἔπος* non ut plerumque accipitur[66]) *ut ita dicam*, reddi potest, sed potius hoc modo: *non ut vulgo nomen λευκός usurpari solet, hoc est ita ut cum albidulis communicetur, sed τὸ ἀκριβῶς λευκόν*, sicuti Plato Civ. I. 341. B. opponit *τὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν ἄρχοντα* et *τὸν ἀκριβεῖ λόγῳ*, ac Dio Cass. XLII. 44. *ὥς γε λόγῳ εἰπεῖν — τῷ ἔργῳ*, Herodo. I. 120. *οἱ ἀληθεῖ λόγῳ βασιλεῖς* his qui vulgo ita appellari solent, quorum

66) V. Schneider. ad Plat. Civ. I. 341. Rueckert. ad Symp. p. 40. Plerumque valet *ὀλίγου δέω φάναι*, *prope dixerim*.

nonnulli hoc nomine parum digni sunt. Suidas: Ὡς φάναι ἔπος, ὡς ἔπος εἰπεῖν καὶ ὡς τύπῳ περιλαβεῖν μὴ ἀκριβῶς ἀφορίσαντα ὡς κοινότερον καὶ καθόλου [67]). Aeschylum vero, ut εἰπεῖν ἔπος scriberet Pers. 711. versus ratio permovit. Alterum est Helladii praeceptum ap. Phot. CCLXXIX. 865. καλὸς καὶ ἀγαθὸς οἱ Ἀττικοὶ λέγοντες, ἀγαθὸς καὶ καλὸς οὐ λέγουσι καίτοι ἀγαθὴ τύχη λέγουσι καὶ τύχη ἀγαθή, quod adjectivum praecedit interdum alteri ἀγαθή τε καὶ πολλή Strab. V. 234. sed eidem postponitur πολλὰ κἀγαθά Lysias p. 768. et πολύς quoque, quod plerumque praemitti volunt πολλοὶ καὶ καλοί v. Blomfield. ad Pers. 249. et quos Krabingerus nominat ad Synes. Enc. Calv. p. 189. non raro postremum occupat locum πονηροὶ καὶ πολλοί Lys. 753. γενναίους καὶ πολλούς Liban. T. II. 512. μεγάλα καὶ πολλά Eunap. Ep. XXXVIII. 69. αἰσχρὰ καὶ πολλά Theogn. 659. ἄφθονα καὶ πολλά Aesch. c. Ctes. 592. δεινὰ καὶ πολλά multi codd. Demosth. 525, 29. v. Corais ad Isocr. p. 139. Jacobs. ad Aelian. p. 342. et in Ind. s. Πολύς. Tertium a Thoma M. sancitum est: Τί τις ἂν εἴποι οἱ δόκιμοι, τί ἂν τις εἴποι κοινόν, sed τί ἂν τις λέγοι Xenoph. Hell. V. 2, 17. Aristid. Or. III. 24. Epict. III. 24, 29. His catervatim addam similia: ἀρχαῖα καὶ παλαιά Plut. Cons. ad Apoll. p. 532. T. VII. σμικρὰ καὶ φαῦλα de Educ. Lib. XIV. 40. de Aud. poet. XI. 120. de Stoicc. Repugn. XXXVII. 387. Liban. T. II. 180. Hermog. de Meth. XXXIII. 439. T. III. ed. Walz. quorum hoc ad Aj. v. 1323. illud ad v. 145. [68]) exemplis declaravi pluri-

---

67) Herodo. II. 53. πρώην καὶ χθὲς ὡς λόγῳ εἰπεῖν et II. 15. νεωστὶ ὡς λόγῳ εἰπεῖν, idem est quod ὡς ἔπος εἰπεῖν χθὲς καὶ πρώην in Platonis loco, quem Valckenarius apponit, id est non accurate his proximis diebus sed paene ad hoc temporis, ideoque hoc ὡς ἔπος εἰπεῖν plerumque adjungitur affirmationibus et negationibus generalibus οὐδείς, πᾶς, ὅλος, ἕκαστος, ἀεί, ad significandum aliquid laxius minusque accurate dictum esse, ἐνιαυτὸν ὡς εἰπεῖν οὐ κνήσεται Hipp. Muliebr. I. 717. ὡς ἔπος εἰπεῖν φαῦλον *res paene nihili* Plat. Phileb. p. 55. E. πάντα ὡς ἔπος εἰπεῖν Fr. Aug. Wolfius ad Lept. §. 118. non recte interpretatur *ut uno verbo dicam.*

68) Ibid. p. 137. v. 22. adde δείματα καὶ φόβοι Hippocr. Epist. p. 817.

mis; *ὅλος καὶ πᾶς* Plat. Legg. VII. 808. A. XII. 944. Civ. V. 469. C. VII. 527. C. Polyb. III. 94, 10. Philo de Fort. §. 3, 377. Mang. etc. quae vix aliter conjuncta deprehendas. Tum *ἴσος καὶ ὅμοιος* Thucyd. IV. 105. V. 27. Xenoph. Hell. VII. 1, 33. Dem. c. Aristog. I. 774, 16. Aeschin. c. Ctes. 475. Aristot. Pol. III. 11, (16.) 9. Strab. XVII. 827. Philo

---

T. III. et de Morb. Sacr. p. 610. T. I. *ἄφοβον καὶ ἀδεᾶ* Plat. Alcib. I. 122. A. *τρόμῳ καὶ δείματι* Liban. T. I. 335. *οὐ ταρβεῖ οὐδὲ φοβεῖται* Il. *M*. 46. de quo recte Scholiastes *οὐ τὸ αὐτὸ σημαίνει δι' ἀμφοτέρων*, sed aliorum distinctio tenuior: *τρέμει καὶ δέδοικε* Plut. de Discr. Adul. c. 35, 210. *βοὴ καὶ κραυγή* Aeschin. Fals. Leg. 263. *ἰσχὺς καὶ ῥώμη* Julian. Or. I. 21. C. *μῖξαι καὶ κεράσαι* Plut. de Educ. X. 28. *ἀρήγει καὶ βοηθεῖ* Philo de Somn. 578. B. quae usu magis quam natura differre declarat idem Leg. ad Caj. 1007. E. *παρὰ τὸ ἀρήγειν, ὅπερ βοηθεῖν ἐστὶ κατὰ γλῶσσαν, Ἄρης ὠνομάσθαι δοκεῖ*, et saepe amplificationis causa copulantur *ἐπάρηξον, βοήθησον* v. Gregor. de Meth. XIII. 24, 1237. T. VII. Neque magno emolumento verba dicendi cumulantur: *τί ποτ' ἂν ἐρεῖ ἢ τί φθέγξεται* Aeschin. c. Ctes. 542. *ἐρέουσι καὶ φήσουσι* Hippocr. de Septim. p. 447. T. I. *τί ἐροῦμεν ἢ τί φήσαιμεν ἄν* Liban. T. I. 497. *τὸ μὴ φατὸν μηδὲ ῥητόν* Plutarch. de Is. c. 79, 210. *Ἔβλεπε καὶ ἑώρα* Dio Cass. LXXIII. 3. quod injuria addubitari ostendit Platonis exemplum ad Aj. p. 137. sq. allatum. Homericum *πεδάα καὶ ἔδησε* Od. IV. 380. invertit Theocritus Id. XXX. 10. *δῆσάν τε κἀπέδησαν*, nisi hoc est *ἐπιδεῖν*. Similiterque adjectiva: *ὕστατα καὶ πύματα* Odyss. XX. 13. *λώϊον καὶ ἄμεινον* v. Aglaoph. p. 1094. *παῦρον τυτθόν τε* Nic. Ther. 639. cf. Ellendt. Lex. Soph. II. 306. (s. *Ὀλίγος*.) *ἀνίατον καὶ ἀνήκεστον* Aesch. c. Ctes. 544. *ἔρημον καὶ μόνον διαδόχου* Aelian. V. H. IX. 40. Appian. Civ. IV. 30, 73. Aesch. Pers. 720. *ὀξὺς καὶ ταχύς*, quod tautologiae exemplum affert Phoebammon de Fig. III. 498. T. VIII. *εὐμαρῶς καὶ ῥᾳδίως* Plut. Quaest. Nat. III. Hisque etiam notabiliora, quae non solum intellectum eundem, sed etiam commune etymon habent: *ἀπέχθεια καὶ ἔχθρα* Liban. T. II. 87. *ἐργαλεῖον καὶ ὄργανον* Plut. de Aq. et Ign. II. 125. T. XIII. *δέους καὶ δειμάτων* Sopat. Diaer. p. 25. T. VIII. *ἀνάπαυλαν καὶ ἀνάπαυσιν* Stob. Flor. CXX. 28. p. 468, 30. ubi codd. aliquantulum variant, *ἴσα τὰ ἁμαρτήματα πάντα τιθέμενοι καὶ ἴσας τὰς ἁμαρτίας* de Virt. Mor. X. 413. T. IX. *θαῦμα καὶ θάμβος* de Audit. VIII. 145. *ἀστραβὴς καὶ ἀδιάστροφος* ad Princ. Ind. II. 90. T. XII. *τὸ καταλελειμμένον μου μέρος καὶ λοιπὸν ὄν* Isocr. Ep. V. 416. 1. Haec et talia saepe in glossarum similitudinem incurrunt, quae interposita copula subjungi solent, *καθαρὸς παντὸς μύσους καὶ μιασμοῦ* Diod. I. 65. quod Wesselingius resecuit.

de Legg. Specc. §. 8, 276. de Instit. §. 2. 360. Dio Cass. XLI. 6. 50. XLIII. 50. Gaudent. Introd. Harm. p. 14. Epict. II. 8, 8. sed praepostero ordine Herodo. VI. 52, 3. Aristot. l. c. §. 10. ἐν τοῖς ὁμοίοις καὶ ἴσοις, Heliod. I. 33, 51. ἐπὶ τῇ ὁμοίᾳ καὶ ἴσῃ [69]). Ex verborum numero unum succurrit ἄγειν καὶ φέρειν, quod frequentissimum est, perrarum φέρειν καὶ ἄγειν Herodo. III. 39. VI. 42. Lys. c. Polystr. 689. Gregor. Naz. Or. XXV. 432. B. v. Wesseling. ad Diod. L. XIX. 93. p. 557. T. VIII. De adverbiis unam habemus Photii adnotationem Πάνυ σφόδρα, ἀνάπαλιν δ' οὐ λέγουσι σφόδρα πάνυ, quorum prius in uno Aeliani libro, qui Variae Histor. inscribitur, tredecies legitur II. c. 1. et 16. III. c. 9. 22. 25. VI. c. 2. IX. c. 20. 27. XII. c. 15. XIII. c. 1. XIV. c. 6. et 43. contrarium nunquam, semel πάνυ σφοδρῶς VII. 4. [70]) Eodem pertinet quodammodo illud, quod Grammaticus Hermanni tradit N. 147, 341. μεθ' ἡμέραν nunc dici pro interdiu, contra quam ferat propria praepositionis significatio; id autem novatum esse, οἱ γὰρ παλαιοὶ ῥήτορες νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ὅπερ ἐδήλου μετὰ τὴν νύκτα τὴν ἡμέραν· οἱ δὲ μεταγενέστεροι τὸ παρηλλαγμένον ἀεὶ ζητοῦντες τῆς φράσεως καταλιμπάνοντες τὸ νύκτωρ μόνον τιθέασι τὸ μεθ' ἡμέραν. Thomas Νυκτὸς καὶ ἡμέρας Ἀττικοί — νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν Ἕλληνες. Hoc usi sunt Alciphro II. Ep. IV. 326. Philo de Fort. §. 2, 376. de Legg. Specc. §. 3, 302. Plut. de Virt. et Vit. p. 315. T. VII. Theophyl. Hist. II. 18, 56. B. aliique v. Boissonad. ad Marin. p. 68. sed νυκτὸς καὶ μεθ' ἡμέραν Plutarch. Aq. et Ign. Comp. II. 123. νυκτὸς καὶ ἡμέρας de Is. c. 44, 164. Vitt. Oratt. VII. 254. νύκτα καὶ ἡμέραν Thucyd. VII. 77, 6. Liban. T. I. 307. et 601. T. II. 75. In utroque autem genere vocabula saepe sedes suas

---

69) Ὅμοιος καὶ παραπλήσιος Herodo. III. 101. Isocr. Areop. p. 156, 79. Demosth. Olynth. III. 36. ἴσος καὶ παραπλήσιος Thuc. VII. 42. Dial. Herm. de Astrol. II. 12, 46. etc.

70) De λίαν ἄγαν dubitat Meinekius ad Menand. p. 152. λίαν κομιδῇ Procop. Arc. XXVI. 190. πάμπολυ λίαν Lucian. πάγχυ μάλα ταὐτολογεῖται ἀττικῶς κατὰ τὸ λίαν πάνυ Eustath. 972, 46.

permutant: μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ Phil. de Fest. Coph. §. 3, 6. μεθ' ἡμέραν καὶ νυκτός Epict. III. 24, 24. μεθ' ἡμέραν καὶ νύκτα Paus. IV. 21, 6. ἡμέρας τε καὶ νύκτωρ Plut. de Prof. Virt. I. 245. ἡμέρας καὶ νυκτός Herodo. II. 133. Liban. T. II. 34. ἡμέραν καὶ νύκτα II. 518. postremo καθ' ἡμέραν καὶ νύκτωρ Phil. de Legg. Specc. §. 7, 306. Diod. XVI. 74, 179. sed καθ' ἡμέραν καὶ νυκτός XV. 26, 332. quibus locis καθ' ἡμέραν non quotidie significat sed interdiu, quod Schaeferus ad Demosth. T. II. p. 190. fieri posse negat [71]) et jam olim negavit Schwebelius ad Onosandr. Strat. VI. p. 35. Et in Theophr. Causs. VI. 17. 3. τῆς νυκτὸς μᾶλλον ἢ καθ' ἡμέραν postrema verba in codd. desunt, sed in Aesch. Choeph. 817. νύκτα σκότον φέρει, καθ' ἡμέραν δ' οὐδὲν ἐμφανέστερον, nulla est librorum dissensio, idemque καθ' ἡμέραν praebent plerique in Onosandri l. c. omnes Diodori. Ad aliud genus spectat Planudes in Grammatica Etym. Gud. subjecta p. 660, 20. καὶ λέξεις μετατίθενται, οἷον εἴ τις τὰς σεμνὰς θεὰς θεὰς σεμνὰς λέγει, καὶ τὸ θεῖον ἄπυρον ἄπυρον θεῖον· ἡ γὰρ καθωμιλημένη συνήθεια τὸ σεμνὰς προτάττει καὶ τὸ θεῖον. Τὸν ἴσον δὲ τρόπον καὶ λόγοι μετατίθενται ὡς τὸ καλούμενον σχῆμα πρωθύστερον, οἷον οἳ δ' ἀνεσάν τε πύλας καὶ ἀπῶσαν ὀχῆας, quod schema, si ab aurium consuetudine abhorret, prioribus exemplis adnumerandum est. Nam ut nos in collocandis certarum rerum nominibus ordinem a natura praescriptum servamus,

---

71) Μεθημερινοὶ γάμοι ap. Demosthenem interpretatus sum *quotidianae nuptiae*, non temere festinanterque, ut Schaefero videtur, sed secundum Auctorem ad Herenn. IV. 34. qui hoc ipsum fortasse sumsit ex Demosthenis oratione a Cicerone in latinum conversa, et quia ex Plaut. Cist. I. 1, 43. *haec quidem cotidie viro nubit* intelligitur meretriculis exprobrari *quotidianas nuptias*. Saepe quidem κῶμοι et ποτοὶ μεθημερινοί, id est coenae tempestivae, exprobrantur luxuriosis Plut. An seni resp. IV. 106. Aristid. XL. 505. Vales. ad Dion. Cass. T. V. p. 59. ed. Sturz. sed quid criminis habent *diurnae nuptiae*? Si concubitus intelligi voluit orator, certe obscurius quam argutius loquutus est. — De festinatione mea certe miror eos conqueri, quorum libri meorum numerum decuplo superant.

Mann und Weib, Weib und Kind [72]), *gross und klein*, idem Quintilianus praecipit IX. 4, 24. *est et alius naturalis ordo ut viros ac feminas, ortum et occasum dicas potius, quam retrorsum.* Atque hoc modo dicitur *ἀρχὴ καὶ τέλος*, *δοῦναι καὶ λαβεῖν*, sed nec illa improbantur *γυνὴ καὶ ἀνήρ* Demosth. p. 1017, 12. *κόραι καὶ κόροι* Strab. X. 467. Liban. T. II. 417. *noctes et dies* v. Heindorf. ad Hor. Sat. I. 1. 76. *ἄχρι τέλους ἀπ' ἀρχῆς* Plut. de Anim. Procr. X. 298. neque naturalem solum, sed positivum quoque ordinem permutari docet Priscianus XVII. 1. p. 9. *Nec non etiam dictio transmutatur, ut plebis tribunus pro tribunus plebis, et publica res pro res publica; orationes quoque, ut nutrivit filios et peperit*, quod est homericum Od. XII. 134. *τὰς μὲν ἄρα θρέψασα τεκοῦσά τε*, a Rhetoricis saepe hyperbati causa adnotatum v. Phoebamm. IV. 502. Cocondr. XV. 792. T. VIII. cf. Schaefer. Melet. p. 16. Consuetudo evicit, ut *indicta causa, versa vice, sua sponte, aqua et igni interdicere* (v. Struve de Lat. decl. et conj. p. 32.) eodem semper ordine collocarentur, quem excedere solis poetis concessum; ac pariter fixa videntur *Liber pater* (ut Marspiter, Diespiter, sed Matuta mater et contra), *pater patratus, praediis praedibusque* aliaque ad Aj. p. 138. cumulata et quae juris consulti suppeditant *castrense peculium, in manum conventio.* Ratio vero sanxit, ut nomen gravius anteponatur leviori, postponatur autem definiens, quod dicitur, definiendo; sed haec ratio revincitur saepe aliis, quae ex propria cujusque loci conformatione pendent neque regulis subjici possunt. Cujus rei unum e multis, quae suppetunt, exemplis adjiciam *λόγῳ καὶ ἔργῳ* in II. Ep. ad Thessal. II. 17. ubi in multis et luculentis codd. scriptum *ἔργῳ καὶ λόγῳ*, ut saepissime Plato, et *οὔτε ἔργῳ οὔτε λόγῳ* Demosth. c. Neaer. 1345, 8. pro quo Bekkerus e plurimis edidit *οὔτε λόγῳ οὔτε ἔργῳ, qui ordo*, ut Schaeferus ait, *in his locutionibus solemnis.* Sed vix dici potest, utrum solemnius; *οὔτε ἔργῳ οὔτε λόγῳ* Hippocr. de Septim. p. 447. Epidem. V. 552. T. III. an *οὔτε*

---

72) Graeci promiscue *παῖδες καὶ γυναῖκες* et *γυναῖκες καὶ παῖδες* v. Maetzner. ad Lycurg. p. 75. Sintenis ad Plut. Themist. X. 68.

λόγου οὔτε ἔργου p. 545. Psephisma II. ap. Plutarch. V. Oratt. p. 277. *καὶ λόγῳ καὶ ἔργῳ* Aristid. Or. XXXIX. 504. Julian. Or. II. 96. A. Liban. T. II. 585. Diog. La. II. 50. et Plato ipse in Men. p. 86. C. et Min. p. 318. E. sed contrario modo Aristid. XIII. 166. XXII. 272. Julian. III. 123. A. *ἔργῳ καὶ ἔπει* Plat. Legg. IX. 878. C. *ἔπος τε καὶ ἔργον* Herodo. III. 135. *ἔργον τε ἔπος τε* Hom. Od. II. 272. *πᾶν μὲν ἔργον πᾶν δὲ ἔπος λέγοντες τε καὶ πράττοντες* Plato Civ. VI. 494. E. chiasmo usus; *αἴτε ἔπος αἴτε ἔργον* Inscript. Elea XI. 26. similiterque *ὄνομα καὶ πρᾶγμα* et *πρᾶγμα καὶ ὄνομα* in locis a Boissonadio allatis ad Eunap. p. 420. Sed de Grammaticorum praeceptis satis dictum videtur, quibus multa alia ordinis permutati exempla addi possunt *πάντα ταῦτα* et *ταῦτα πάντα* v. ad Aj. v. 1023. *ταύτῃ ταῦτα* et contra v. Jacobs. ad Ael. p. 134, 11. *ἄλλοι πολλοί* et *πολλοὶ ἄλλοι* v. Krueger. ad Dionys. p. 444. *πρῶτος καὶ μόνος* et mutatis vicibus v. Fritzsch. ad Lucian. p. 12. *καλῶς τε καὶ εὖ* Herodo. I. 59. Aeschin. c. Tim. p. 33, 32. *εὖ τε καὶ καλῶς* Athen. 322. D. Plat. Lach. p. 188. A. et aliis locis v. Heindorf. ad Crat. 440. D. *εὖ καὶ καλῶς* Stob. Flor. LXXIX. 51. p. 458, 48. Aelian. V. H. III. 25. IV. 5. Liban. T. I. p. 19. T. II. 136. Plutarch. Conviv. II. 3. Discr. Adul. 23, 190. ad quae animum diligenter adverti oportet, primum ut mutabilia discernantur ab immutabilibus, deinde, si quid ex solito variaverit, ut id quoque pervestigetur qua ratione factum sit.



DISSERTATIO SECUNDA.

DE

NOMINIBUS GRAECAE LINGUAE MONOSYLLABIS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXX.)

DISSERTATIO SECUNDA.

DE NOMINIBUS GRAECAE LINGUAE MONOSYLLABIS.

CAP. I.

In Grammaticos monosyllaborum scrutatores extat Herodici epigramma Anall. T. II. p. 65.

Φεύγετ', Ἀριστάρχειοι, ἐπ' εὐρέα νῶτα θαλάσσης
Ἑλλάδα, τῆς ξουθῆς δειλότεροι κεμάδος,
γωνιοβόμβυκες, μονοσύλλαβοι, οἷσι μέμηλε
τὸ Σφὶν καὶ τὸ Σφῶν καὶ τὸ Μὶν ἠδὲ τὸ Νίν.

quod ne illi quidem, adversus quos scriptum est, facetum esse negaverint. Nihilo secius non solum, qui istas casuum pronominalium formas, sed multo magis, qui nomina et verba monosyllaba speculati sunt, laudem gratiamque meruere. Velut Trypho, ut Suidas refert, περὶ τῆς ἐν μονοσυλλάβοις ἀναλογίας scripsit, Philoxenus autem περὶ μονοσυλλάβων Schol. Ven. *K*. 290. Etym. M. p. 442, 39. etc. vel περὶ μονοσυλλάβων ῥημάτων Schol. Ven. *B*. 269. Schol. Ambros. *Ξ*. 485. Etym. Gud. 415, 18. Orion. p. 59, 22. etc. quo utroque titulo unum eundemque librum designari vel illa ostendit de verbo φρῶ adnotatio idemtidem repetita, cui modo hoc modo illud nomen subscribitur v. Schol. Eur. Phoenn. 264. Etym. M. 691, 37. Et ex hoc opere, quod fortasse pars fuit τοῦ ῥηματικοῦ ab Etym. M. saepius nominati, sumta videntur, quae Grammatici nostri de hoc genere vocabulorum multifariam praecipiunt, saepe addito auctoris nomine v. Eustath. p. 154, 1. Schol. Ven. *A*. 375. alibi omisso, ut de septem significationibus verbi ἕω sive ἔω Schol. Il. *B*. 432. de totidem verborum θῶ et ῥῶ Etym. M. p. 461, 5. et 705, 29. de quadruplici differentia verborum νῶ, γῶ et πρῶ v. Suid. s. *Νῶ*, Etym.

M. p. 244, 6. et Gud. p. 484, 15. de quinque potestatibus verborum *ῥῶ* et *τρῶ* Schol. Eur. Hec. 320. Etym. Gud. p. 537. Quas et ceteras hujusmodi notationes qui revolverit, ultro concedet graecorum verborum pleraque perpaucis constare literis primitivis, sed ut omnium primordia demonstrentur fieri posse negabit, arguetque veterum Etymologorum temeritatem, lineas, quas ultra progredi non licet, violento impetu transilientium. Verum de verbis monosyllabis alius erit nobis opportunior ad dicendum locus; nunc propositum habemus de nominibus hujus moduli disserere, quoniam quod Phocas fecit, ut monosyllaba vernaculi sermonis congereret Segm. II. id graecorum Grammaticorum, qui supersunt, nullus facere conatus est. Dicam autem tantummodo de declinabilibus et iis quidem communibus nec contractis aliove modo affectis, sed integris; exotica autem et propria non complectar, nisi admodum ad rem pertinebit.

§. 1.

Initium sermonis esto praeceptum prosodiacum Arcad. p. 193. *πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον μακροκατάληκτόν ἐστι φύσει ἢ θέσει, Στύξ, πᾶς, λίς, κίς, κάρ, πλὴν τοῦ τίς*, quod accuratius exponitur in Regg. Pros. ab Hermanno editis n. 57. 433. *πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον ἀπαθὲς εἰς ν λῆγον ἢ εἰς ρ ἢ εἰς σ ἀρσενικὸν ἢ θηλυκὸν ἢ οὐδέτερον ἀπαρασχημάτιστον, εἰ ἔχει δίχρονον, ἐκτείνει αὐτό, πᾶς, γραῦς* [1]), *πρᾶς* (*Πράς*), *κῖς* (*κίς*), *μῦς, πῦρ· διὸ τὸ πᾶς* (scr. *τίς*) *σεσημείωται· τὸ δὲ στᾶδα* (*στάδα*) *λίμνην ἢ κλᾶδα* (*κλάδα*) *χρυσεόκαρπον*, adde *πεπόνθότα ἐστί*, quare haec in monosyllabis non censeri solent. Neque minus affectum est *ἦλ*, si Euphorio hoc pro *ἧλος* usurpavit, omninoque nullam graecum nomen in λ terminari docent Anecd. p. 1174. *Βήλ* syriacum est, *Βάλ* aegyptium Plutarch. de Is. c. 80, 212. gentium barbararum nomina *Τράλλες* Steph. (nisi *Τράλλεις* scripsit) et *Βάκαλες* sive *Κάβαλες* Herodo. IV. 171. Nonn. XIII. 376.

1) Scrib. *Γρᾶς*, quod nomen saepius in *γραῦς* pervertitur v. Mueller. ad Lyc. T. II. p. 1017. Tzschuck. ad Strab. XIII. 256. Siebelis ad Paus. T. II. p. 5.

in singulari numero non reperiuntur; alia graecanico more inflexa sunt *Μαάρβας*, *'Ατάρβας*, *'Ασδρούβας*. Itaque semivocalium tres relinquuntur, quarum prima est *ν*. Arcadius 124, 21. *πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον εἰς ν λῆγον ἀρσενικὸν καὶ θηλυκὸν ὀξύνεται, Πάν ὁ δαίμων, Ἄν κύριον, Ζήν, μήν, χήν, χωρὶς τοῦ Θῶν, Θῶνος.* Pro inaudito *Ἄν*, quod in Regg. Pros. p. 450. n. 127. omittitur, neque codex Havn., neque memoria, quod juvet, suppeditat, nisi forte peregrinum *Δάν*, a quo regionis Asianae nomen v. Hesych. s. h. v. Nomina Jovis *Δάν*, quo Pherecydes usus est, et *Ζάν*, quo Alcman in Anecd. Barocc. Musei Philol. Cantabr. Vol. II. 413. perinde ut doricum *σάν* consulto praetermisit Arcadius, sola scrutatus *τὰ κοινολεκτούμενα*, quoniam *ἡ γραμματικὴ ἐπὶ μόνῃ τῇ κοινῇ διαλέκτῳ τὸ κράτος ἔχει καὶ δι' αὐτὴν συνεστάθη* Schol. Pind. Ol. III. 181. Urbis Creticae nomen *Πᾶν* scribitur in Scylacis Peripl. c. 48, 265. nisi is Gailii error est a pedisequo Clausenio iteratus, sicut *Ζᾶν* editum in Porphyr. V. P. XVII. p. 17. *ἶν ἡ δύναμις* Lex. de Spir. p. 226. *πρῶν* Schol. Aesch. Pers. 132. *σῆς* Schol. Hesiod. Opp. 428. et Hesych. *Γνῆς* apud Stephanum, *Θεῦθ* ante Bekkerum Plat. Phileb. p. 18. B. *ἡ κλεὶς* Schol. Ravenn. ad Arist. Thesm. 423. aliaque hujusmodi. *Γλᾶνες* in Marcelli Sid. Fr. I. v. 11. ex *γλανίδες* (*γλάνιες*) concisum putant, ut *λόφες* v. 12. ex *λοφίδες*, pro quo Schneiderus in Lex. Gr. *ἔλοπες* corrigit. In *ειν* nulla vox terminatur; sed Syracusanum esse dicitur *ὁ δεῖν* pro *ὁ δεῖνα* Apollon. de Pron. p. 335. C. (p. 76.) In *ην* compluria, quae enumerant Herodianus *π. Μον.* p. 15. [2]) Choerobosc. Anecd. p. 1198. Philemo Lex. §. 266. p. 187. Etym. M. 799, 42. *Ζήν, μήν, ῥήν, σπλήν, σφήν, χήν, ψήν, φρήν*, quod a ceterorum et genere et declinatione discrepare docent; nam illa omnia aut masculina esse aut communia, *γλήν* vero

2) Versus Naupactiorum, quos hic affert, *ἀλλ' ὁ μὲν οὖν ἐπινευσὶ θαλάσσης εὐρυπόροιο οἴκια ναιετάασκε πολύῤῥην, πουλυβοώτης*, sic corrigi oportet *ἀλλ' ὁ μὲν οὐκ ἀπάνευθε* — In sequentibus p. 17, 4. *πηρήν καθ' Ἡσίοδον πατὴρ υἱός*, scribendum *Πειρήν — πατὴρ Ἰοῦς*. [Hoc anticipavit Dindorfius ad Hesiod. Fr. XCI.]

in Hermesianactis Fragm. I. *μούνη δέ οἱ ἐφλέγετο γλήν*, femininum quidem esse, ut *φρήν*, sed *ἀποκεκομμένον ἐκ τοῦ γλήνη*, non integrum. Jovis nomina *Ζήν* et *Δήν* attingit Herodianus p. 6, 15. quorum prius legitur in Tzetzae Antehom. v. 35. Pro *Πρήν ταῦρος* Hesychio restituendum est *πηρίν*, nam *πηρίς* sive *περίναιος* ab eodem explicatur *ταῦρος*, neque mendo vacat alterum *Σκήν ψυχήν, φάλαιναν*, quod cum *Κήνυγμα σκιά, εἴδωλον, φάντασμα*, quoquo modo conjunctum videtur [3]). *Πτήν* in Anecd. Barocc. p. 418. Mus. Cant. Vol. II. ex *ψήν* depravatum.

Litteris *ιν* finiuntur tria: *ἴν, θίν* et *ῥίν*, quae a Grammaticis inter dicatalecta referri solent. Orion p. 136, 33. *πραπίδες ἀπὸ τοῦ πρoϊῶ, πρῶ καὶ φρῶ, ἔνθεν καὶ φρήν* [4]), *Ἀπὸ τοῦ* (adde *φρῶ*) *παράγωγον φραπὶς ὡς λέπω λεπίς* [5]). *Οὐδὲν γὰρ εἰς ην μονοσύλλαβον ἐν μόνῳ θηλυκῷ γένει συνεσταλμένον* (scil. *ἔχει τὸ φωνῆεν*)· *τὸ γὰρ ις καὶ ιν εὐθεῖαν ἔχει σν καὶ ἐκτέταται· οὕτω Φιλόξενος*, vitiose scripta pro: *τὸ γὰρ θίν καὶ ἴν τὴν εὐθεῖαν ἔχει* (*δικατάληκτον*) *εἰς ς καὶ ν*, quo discrepant a *φρίν*, id est *φρήν*, cujus rectus unam terminationem, obliqui vocalem brevem habent. Monocatalectum *ἴν*, unde Eustathius p. 1182, 52. siculum *ἡμίνα* compositum putat, hebraicum est, *πρίν* vero, quod legitur apud Philoponum Stephani: *Πρίν prius, πρὶν arbustum*, ex mendosa scriptura Plutarchi Thes. c. XVII. *πρινός* pro *πρίνου* natum. — In *ουν* syllabam nullum exit graecum vocabulum; namque nominativum *γοῦν*, a quo nonnulli obliquos *γουνός* et *γουνί* repetiverunt, merito explosit Herodianus p. 34, 22. et quod Etym. Gud. p. 192. de masculinis et femininis cujusvis mensurae praecipit: *τὰ εἰς ν λήγοντα ἀρσενικὰ ἢ θηλυκὰ οὐ*

3) Schneiderus ad Aristot. H. Ann. T. III. 614. apiariorum noxam nescio quam huc refert.

4) Idem p. 161, 1. *φρὴν παρὰ τὸ φρῶ· τί γὰρ φρονιμώτερον τῆς φρενός* scrib. *φοριμώτερον*, sicut Plutarchus de Is. c. 60. *φρόνησις* interpretatur *φορὰ νοῦ*.

5) Hoc alienum est exemplum, convenit *ὡς ἀπὸ τοῦ ῥῶ ῥαπίς*, cujus synonymum *ῥᾶβδος* sive *ῥάβδος* ab eodem verbo *ῥῶ* (*ῥάσσω, ῥαβάσσω*) arcessunt v. Etym. Gud. p. 489.

θέλουσι πρὸ τοῦ ν ἔχειν δίφθογγον, id de omnibus tribus primitivorum monosyllaborum generibus valet. — In *ων* terminantur tria appellativa, duo masculini generis *κλών* et *πρών*, unum femininum *χθών* Herodian. p. 32, 1. Etym. M. 809, 3. Nam quod apud Suid. legitur *χῶνες οἱ χωνευταί*, parum exploratum duco. Propria sunt *Ὦν* urbis Aegyptiacae nomen indeclinabile et *Ῥών* Indicae Steph. *Χών Χωνός ὄνομα ποταμοῦ ἐξ οὗ καὶ ἡ Ἤπειρος Χωνία* Theognost. in Anecd. Cram. II. 131. sq. *Χῶνες* gens italica ab Hercule Chone appellata Etym. M. 816, 27. tum *Θῶν Θῶντος ὄνομα κύριον, ὅπερ σεσημείωται ὡς μόνον ἐκ πάντων τῶν μονοσυλλάβων περισπώμενον καὶ διὰ τοῦ ντ κλινόμενον* Anecd. Cram. l. c. 132. Bekk. 1222. et oxytonum *Θὼν Θῶνος*, accentu anomalo non solum in Homeri libris, sed etiam ap. Philostr. V. Apoll. VII. 22, 302. Steph. s. *Θῶνις*, Gregor. Naz. Carm. 50. p. 119. aliosque, quem Grammatici, quos nominavi, et Joannes de Ton. p. 10. repetunt ex pleniore genitivi forma *Θέωνος*, qua Justinus utitur Paraen. c. 28. p. 27. vel *Θώνιος* Nicand. Th. 313. vel *Θόωνος* in codd. Lucian. Alex. §. 5. Eodemque accentu scribitur *Πρῶνος* genitivus nominis topici Pausan. II. c. 34, 10. et 35, 3. (ubi Siebelisius *Πρωνός* scripsit) vel ad significandam synaeresin ut *λᾶος*, *κῆρος*, *ἦρος*, vel ut *Ὦπος πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ προςηγορικοῦ* Anecd. p. 1222. Etym. M. p. 826, 18. quod a proprio parum distinxit Buttmannus in Indice Nomm. Anomm. s. h. v.

§. 2.

Sequitur litera *ρ*. Etym. M. 817, 42. *δύο μόνα εἰσὶν ὀνόματα εἰς αρ, ψάρ καὶ κάρ, ἅπερ προςθέσει τοῦ ος κλίνεται*. Appellativum neutrius generis *κάρ*, unde compositum est *ἔγκαρος* i. e. *ἐγκέφαλος cer-ebrum*, non legitur nisi praepositionibus adjunctum *ἀνὰ κάρ*, *κατὰ κάρ*, interdum uno sub accentu, uti adverbia solent; commune *κάρ* significans *πρόβατον* et *φθεῖρα* (Hesych.) nonnulli in homerico *τίω δέ μιν ἐν καρὸς αἴσῃ* invenire sibi visi sunt, cujus genitivi alpha naturaliter longum ionice correptum esse, ut *λελασμένος* Schol. Il. *Π*. 776. Ceterum significationum illarum vestigium

superest nullum, nisi quod Cariae mons *Φθείρ* vel *Φθιρῶν ὄρος*, accolae *Φθῖρες* vocati sunt v. Schol. Il. IX. 378. Schol. Lyc. 1383. cf. Schneider. ad Theophr. T. III. 102. de ovibus vero si dicitur, cum *ἀρνός* cognatum videri potest, quod ab obsoleto *ἄρ* [6]) productum est ut *κάρνος φθείρ, βόσκημα, πρόβατον* Hes. a *κάρ*, *Νάρνος* fluvius Steph. a *Νάρ*. Tertium *Πάρ*, regionis Thraciae nomen addunt Arcadius p. 125. Draco p. 76, 14. Choeroboscus Anecd. p. 1408. eaque omnia longa esse testantur. Neque aliter statuendum de *Ῥάρ*, quod nomen Triptolemi patrem habuisse Photius refert; ceteri *Ῥᾶρον* vocant. *Φᾶρ τὸ ἱμάτιον* Arcadius p. 124, 15. perispomenon esse docet ut cetera, quae sint neutrius generis, *στῆρ, δῶ, κρῖ*, quorum prius ex synaeresi natum, cetera apotroctis adnumerantur; idemque accentus est latini *far*, quod acuitur in Aret. de Cur. Acut. II. 2, 256. ed. Spreng. Graeci autem *φῆρος* dixisse videntur v. Aglaoph. p. 866. In Schol. Guelph. ad Eur. Hec. 1038. *μάρ ἡ χεὶρ κατὰ Δωριεῖς· ἐξ οὗ καὶ μάρπτω*, sine dubio *μάρη* scribendum; nam *μάρη ἡ χεὶρ κατὰ Πίνδαρον* Schol. Il. *O*. 137. et ab hoc nomine, quod Coraes Atact. I. p. 140. in novitia Graecitate perdurare testatur, vulgo verba *μάρπτειν, μάρνασθαι, εὐμαρής, δυςμαρής* repetere solent v. Etym. Gud. 380, 27. Eustath. p. 1009, 26. sicut a synonymis *εὐχερής, εὐπαλής, ἀπάλαμνος*. Plurale est nomen gentis Ponticae *οἱ Μᾶρες* Herodo. VII. 77. Praetermitto Hesychii aenigmata *Βάρ μικρόν, Κλάρες αἱ ἐσχάραι* et ex vicinis terminationibus *Αἴρ ὀξύβαφον, Κτέρες νεκροί*, quae nullius graeci vocabuli similia sunt. —

Τὰ εἰς ειρ λήγοντα μονοσύλλαβα τρία μόνον εἰσίν, ἓν μὲν θηλυκόν, τὸ χείρ, δύο δὲ ἀρσενικά, Εἴρ ὄνομα ποταμοῦ καὶ τὸ φθείρ Anecd. p. 1200. Herodian. Epim. p. 220.

---

6) De similitudine nominum *ἀρνός, ἀρνειός*, aries (arvina, aruga) *ἔῤῥαος, ἄρσην*, barrus, *ἔριφος* (ut *στέριφος*), verres, vervex, *χήρ, χοῖρος, πόρκος*, vir, fircus, jam plurimi superiorum admonuerunt, neque ea fortuita videtur; v. Interpr. ad Hesych. s. *Ἄρθεος* et *Βαρεῖον πρόβατον, βοῦς*. Idem *Κάρτην τὴν βοῦν Κρῆτες καὶ τὸν οἰκέτην*, quod recte sic emendant *κάρ τὴν βοῦν*. Pro *οἰκέτης* valet in proverbio *θύραζε Κᾶρες, οὐκέτ' Ἀνθεστήρια*.

Arcad. p. 20. quorum postremum Galenus Ther. ad Pison. XVIII. 290. T. XIV. a verbo *φθείρω* repetit. De primo, quod latinum *hir* s. *ir* esse creditur, consentit Eustathius p. 110, 38. *μονῆρες ἐν θηλυκοῖς τὸ χείρ*, Herodianum fortasse sequens, cujus est illa de genitivis *χεῤῥός* et *χηρός* disputatio; etsi in libro *περὶ μονήρους* praeteritur. Secundum diverse interpretatur Moschopulus Opusc. p. 51. *εἴρ λαίλαψ ἢ λαμπηδὼν ἢ ὄνομα ποταμοῦ*, cujus mentio est ap. Basilium in Anecd. Boisson. T. III. 439. appellativi memoria evanuit nec scitur graecum sit an barbarum. Quartum accumulo *Σείρ σειρός ὁ ἥλιος καὶ σείριος* Suid. unde *σειραίνω* manat, quod idem interpretatur *ξηραίνω*, latinum *serus* (*ξηρός*), *serenus*, *seresco*. — Celebrior est terminatio *ηρ*, *θήρ* sive *φήρ* [7]), *κήρ*, *σήρ ὁ σκώληξ* Moschop. Sched. p. 54. (ut *χάλυψ* a gente denominatus) *χήρ* (heres), andronymicum *Ἤρ* Platonis fabula nobilitatum et gentilicia *Σῆρες*, *Τρῆρες*, *Τρᾶρες* Steph. Ex bisyllabis contracta sunt *κῆρ*, *στῆρ* Galen. de Comp. Med. s. Locc. V. 861. T. XII. qui multo saepius *στέαρ* scribit, et *ἦρ*, quod Theodosio p. 198. reddendum pro *φῆρ*, nam quae Goettlingius proposuit *φᾶρ* et *φρῆρ*, eorum prius non satis convenit cum reliquis exemplis media e consuetudine sumtis quotidianoque sermone, alterum inusitatum est. Item contractionis notam prae se fert *Βλήρ αἰολικῶς τὸ δέλεαρ* Etym. M. *Βλήρ δέλεαρ· τὸ δὲ αὐτὸ καὶ ἆσθμα* [8]), *παρ' Ἀλκμαίωνι ἡ λέξις* Hesych. hoc est, puto, apud philosophum Crotoniensem, cui nomen aeolicum melius convenit quam poetae comico, cujus mentionem injiciunt interpretes; *Βληρόν δέλεαρ* Suid. litera delta, quae cum lambda consociari recusat, in *β* mutata aeolice ut *ὄδελος*, *σάμβαλον*. Postremo quod Herodianus ad ex-

---

7) Feminino *ἡ θήρ* usi sunt Aelianus H. Ann. VI. 24. XVII. 12. Oppian. Cyn. III. 440. Nicand. Ther. 357. et 814. Nonn. XV. 197. XLVIII. 738.

8) Haec significatio aliunde tracta, fortasse a *φλᾶν*, *flare*, *παφλάζειν*, nisi alio ducit Hesychii glossa *Αἶθμα δέλεαρ*. Cur vero *ἆσθμα* ubique scribitur contra Technicorum auctoritatem et, nisi ab *ἀάζω* ortum habet, contra rationem? *Βλήρ* ex *δέλεαρ* contractum inflecti debere docet Goettling. de Acc. p. 239. *Βήρ τὸ φρέαρ παρ' Ἀσσυρίοις* Schol. Dionys. 911. eodem accentu apud Stephanum et Hesychium.

plicandum homericum ἐπίηρα 'φέρειν assumsit nomen ἦρ ἡ ἐπικουρία, οὗ ἡ γενικὴ ἠρός Schol. Ven. I. 572. Eustath. p. 152, 31. id si certis exemplorum documentis confirmare potuisset, non stetisset Aristarchi sententia, accusativum illum ab ἐπίηρος repetentis. In ιρ tantummodo tria finiri dicit Etym. M. 107, 28. ἴρ καὶ φθίρ καὶ φίρ ὄνομα κύριον, quorum postremum ignotum; ἴρ pro εἶρ valere videtur, sicut Endymionis filius modo Φθείρ nominatur Schol. ad Lyc. 1383. modo Φθίρ Anecd. p. 1200. Eustath. p. 368, 1. et cur ita nominatus sit, conjectare liceret, si Phthirem Cariae montem Latmo vicinum fuisse sciremus; Γίρ sive Γείρ Libyae fluvium Geographi memorant, gentilicia Σῖρες et Φθῖρες Stephanus; sed quod apud Hesychium legitur Ἴρες λόγοι, magna suspicio est, ne aut metaplastum sit pro ἶραι sive εἶραι, aut ex hoc ipso corruptum. Ultro progredientibus duo occurrunt brachycatalecta, quae Hesychius offert: Ζόρ ἡλικία ἐλάφου ἢ δορκός et Πόρ πούς Λάκωνες, quorum illud removerunt viri docti probabili correctione ζόρξ, huic opitulatur proprietas dialecti, de qua paullo post dicetur. De ceteris assentimur Theognosto Anecd. Cram. I. 122. αἱ παρὰ τῷ Τρύφωνι εὐθεῖαι δόρ καὶ δούρ, ἀφ' ὧν δορός καὶ δουρός, κακίζονται, neque ullum aliud nomen in ουρ terminatum reperitur praeter peregrina, ἀσοῦρ κρατήρ (αἵματος) ὑπὸ Φοινίκων Hesych. quod Romani *assir* dixerunt, potionis genus, ut Festus ait, ex vino et sanguine temperatum v. Tzschuck. ad Mel. II. 1. 12. et Σούβουρ Ptolem. II. 6. sed Tibur Graeci transnominarunt Τίβυρις et Τίβουρα, Anxur Ἄνξωρ (sic) Diod. XIV. 16.

Sequitur vocalium quarta. Herodianus π. Μον. p. 12, 18. οὐδὲν εἰς υρ οὐδέτερον μονοσύλλαβον, ἀλλὰ μόνον τὸ πῦρ, ὃ Σιμωνίδης (iambographus, reor) ἕνεκα μέτρου δισυλλάβως ἀπεφήνατο, τοῦτο γὰρ μάλιστα φῆρες ἐς τύγε πύϊρ· quorum facile remedium φῆρες ἔστυγον πῦιρ, leones videlicet, quos Aristoteles H. Ann. IX. 31. (44.) 2. dicit φοβεῖσθαι μάλιστα τὸ πῦρ, Homero assensus Il. XI. 544. leo autem praecipue ὁ θήρ dici solet [9]. Deinceps ita nos docere pergit exi-

9) Reisigii correctio φρὲς ἐς τόγε πύϊρ silentio praetermitti debebat. [Eam qui nuper probarunt, meminerint haec prius edita esse.]

mius magister: τὸ Σῦρ οὐ σύνηθες παρ' Ἕλλησιν ἄλλως τε οὐδ' ἄντικρυς οὐδέτερον· οὕτω γὰρ ἐκαλεῖτο ἡ Φοινίκη. Interim nomen graecanicum nescio unde expiscatus est Theognostus Cram. II. 133. εἰς ῡρ μονοσύλλαβα δύο ἐστί, σῦρ τὸ φορτίον καὶ πῦρ· ἀμφότερα δὲ κλίνεται διὰ τοῦ ρος. Illud procul dubio cum σύρη, σύρμα, συρφετός et ceteris verbi σύρω germinibus [10]) cognatum est potiusque φορυτόν quam φορτίον significat; nam φορυτός et συρφετός synonyma sunt. Praetermitto κῦρ decrepita aetate receptum pro κύριε, exempli causa ὦ κῦρ Βασίλειε Eustath. Opusc. 337, 48. v. Ducang. Gloss. Nominum in ωρ exempla quatuor proponit Theognostus Cram. I. 133. φώρ, qui nominativus legitur in Julian. Epigr. XIII. male circumflexus ap. Gellium I. 18. et alios, Νώρ ὄνομα ἔθνους, σώρ, σκώρ τὸ οὐδέτερον, ex quo colligimus id quod antecedit esse urbis Tyri nomen femininum, quod alibi Σόρ et Σούρ scribitur; Nores gens iterum memoratur in Anecd. T. I. 440. incertum Noranis an Noricis affinis. Σκώρ oxytonum est in Edd. vett. Aristoph. Rann. 146. Plut. 305. ubi Brunckius σκῶρ', tanquam masculinum esset, scripsit, in Anecd. Bekk. p. 1208. aliisque locis ad Phryn. p. 293. indicatis, sed circumflectendum esse, ut cetera neutra, credimus antiquis v. Theodos. de Accent. p. 198. Regg. Pros. p. 449. exceptis qui dorice scripserunt; etenim Joannes de Ton. p. 7. τὸ σκῶρ Δωριεῖς φασιν ὀξύνειν· quod si verum est, male nuper in Epicharmi versibus Athen. VII. 319. F. 320. C. pro oxytono e codd. successit circumflexum. Romani

10) Ῥῤῥάξ sive ὑράξ, quod Suidas et Hesychius interpretantur μίγδην, idem est quod φύρδην et fortasse rectius scribitur ὕῤῥαξ ut aeolicum; barytonum certe est in Anecd. Cram. II. 23, 22. Eustathius p. 13, 45. Ὕῤῥας κύριον αἰολικόν, διὸ καὶ ψιλοῦται· ἀφ' οὗ πατρωνυμικὸν Ὑῤῥάδης, ὅπερ οἱ Αἰολεῖς Ὑῤῥάδιος. Sed id alios pro adjectivo usurpasse ex Hesychio apparet Ῥῤῥάδιος ὁ ἄδοξος, εἰκαῖος, ubi aspiratum est ut nomen proprium apud Diogenem; et Συῤῥάδιος μικτός, εἰκαῖος. Herodianus π. Μον. p. 18, 9. cum ὑῤῥάδιος componit θνητάδιος, κρυπτάδιος, μουσάδιος, μιχθάδιος, μολπάδιος, ὑσσάδιος, quorum tertium in Μυσάδιος mutandum, nomen aeolicum v. Stephan. s. Μυσία. cf. Anecd. p. 859, 16.

quum *Dori* possent dicere, maluerunt *Dores* ut *Aeoles*, de quibus valet quod de multis aliis *εὔθειαν ἀναπλάττειν μὴ εἰρημένην εὔηθες* v. C. III. §. 3. Neque in monosyllaborum numero referri debet *ὦρ ἡ γυνή*, quippe contractum *ἐκ τοῦ ὄαρ ὡς ἦρ* Philem. Lex. p. 218. Eustath. 573, 29. cujus prima positio non reperitur. *Ὦρες πύργοι ὠχυρωμένοι* Hesych. vix dubium erit, quin idem declarent, quod *ὦροι* sive *οὖροι* id est *φύλακες*, quos et *οὐρεῖς* appellari tradit, sed utrum is sit metaplasmus, qui dicitur, aeolicus, *ὦρες* pro *ὦροι*, an librarii terminationem corruperint, in incerto relinquam [11]).

§. 3.

Hinc progredimur ad literarum finalium ultimam. Nominum in *ας* magnum numerum congregavit Technicus Anecd. p. 1181. primum circumflexa hominum et fluviorum vocabula *Βᾶς*, *Δᾶς*, *Θᾶς*, *Χνᾶς* [12]) et appellativa *λᾶς*, *πᾶς* (*ἄππας*, *ὁ τροφεύς* Hesych.) id est pater, quae omnia pares in declinando syllabas servant, tum oxytona, *Ζάς Ζαντός*, *Πράς Πραντός* [13]), *Φθάς Φθαντός*, cujus accentum participiis assimilatum esse, postremo appellativum *κράς παρὰ Σιμωνίδῃ* (*Σιμμίᾳ*) *τῷ Ῥοδίῳ χρυσῶτυ φαέθοντι πολύλιστος φαίνεται κράς* [14]) idque diverse declinari, quia unicum sit appel-

---

11) Idem *Ὄραες ἀναγκαῖοι*, *προσήκοντες*, et *Ἀόρκτους ὁμιλίας*, hic *ἀόρους* id est *ὀάρους*, illic *ὄαρες* scripsisse videtur vel *ὄρεες* pro *ὤρεες*, quae commutantur in Schol. Il. IX. 324. cf. Muetzell. de Hesiod. Theog. p. 61. sq.

12) Omissum est *Γρᾶς* v. Arcad. p. 125, 15. unde *Γράδης*, et *Λᾶς* viri et urbis nomen, a quo veteres *Λαπέρσης* compositum esse volunt probatque Bekkerus ad Harpocr. p. 104, 17. sed repugnat correptio syllabae primae et insolentia compositionis; nam *Λαπέρθης* dici debebat vel *Λάπορθος*, nec *Θουριοπέρσαι* significat Thuriorum eversores, sed Thurios *περσίζοντας* v. Meinek. Quaest. Scenn. II. 53. Feminina *Χνᾶ ἡ Φοινική* et *Φνᾶ νῆσος* memorat Joannes p. 8, 5. *Χᾶς* in Regg. Pros. p. 449. vitiose scriptum pro *Χνᾶς*. [*Νᾶς* in Phryn. p. 434. operarum errore subrepsit pro *Λᾶς*, non ut Goettlingius suspicatur de Acc. p. 116.]

13) Sic Herodianus in Catholica; sed in Onomatico *λέγει τὸ Πρᾶς περισπᾶσθαι·* et scribitur ita apud Stephanum s. h. v. et Eustath. p. 436, 20.

14) Versus facile restitui potest *χρυσῷ τοι – πολύλλιτος ἐμφέρεται*

lativum oxytonum: ὡς διήλλαξε περὶ τὸ σημαινόμενον, διήλλαξε καὶ περὶ τὴν κλίσιν, quod pertinet ad notum canonem ὅπου εἰς ἓν ἡμάρτηται, ἡμάρτηται καὶ εἰς ἄλλο Anecd. p. 1196. Ac macrocatalecta illa nulla ratio est cur dubitemus per omnes casus declinari potuisse, sed eorum, quae unum tempus habent, nullae probantur formae, nisi quae pluribus constant syllabis sive declinando sive componendo effectis. Etenim communis consuetudo et Grammaticorum auctoritas v. Etym. M. p. 446, 24. 635, 21. 809, 23. Arcad. p. 193. nullum fert monosyllabum nisi aut natura aut positione intentum, praeter aeolicum πάν et literae σάν nomen doricum, praeterque numeralia et pronomina, quorum in omnibus linguis liberior fictio, ἴ sive ἵ v. Drac. 106, 14. τίς, ἕν et δέν, quo Democritus usus est Plutarch. c. Col. IV. 143. μὴ μᾶλλον τὸ δὲν ἢ τὸ οὐδὲν εἶναι, et Alcaeus Fragm. LXXXIX. 62. οὐδὲν ἐκ δενὸς γένοιτο, uterque in antithesi, de cujus licentia dixi ad Aj. v. 24. ad Phryn. 563. Verum hoc quoque ab usu quotidiano remotum est pariterque aeolicum πάν et πόρ, quod paullo ante protulimus, et πός, cujus in proximis erit mentio. Itaque κλάς, quod Matthiae Gramm. §. 92. p. 253. tanquam usitatum affert, ipsum non legitur sed casus bisyllabi κλαδί, κλάδα, κλάδεσι, κλάδας· nec ab ejusdem notae verbis propagantur nomina βάς, στάς, σπάς etc. sed obliqui στάδα λίμνην v. §. 1. et composita βουστάδες αὖλαί Sophocl. Ion. Fr. II. (Oeh. 417.) χοροστάδες ἑορταί Callim. συστάδες ἄμπελοι v. Schneider. Lex. Gr. quod apud Hesychium reponendum pro Ὑστάς ἡ δασεῖα ἄμπελος et Ὑστάς παστὰς ἀμπέλων, similiterque figurata προστάς vestibulum et prostibulum, παραστάς, ex quo Wyttenbachius ad Ecl. Hist. p. 356. nomen παστάς concisum putat, sed est potius a παστός denominatum

---

κρᾶς, id est προςφέρεται sive ἐμφερής ἐστι, sententia nullo modo; nescimus enim, utrum de Phaethonte aureo an de auro splendido sit loquutus et cujusnam significetur caput. Schol. Hecub. 429. κοινῶς μὲν ἡ κρὰς λέγεται, ἡ δὲ τραγῳδία τὸ κρᾶτα cf. Matthiae ad Schol. Phoenn. 1159. Simmiae nomen pro Simonide reposuit Buttmannus Gramm. §. 58. 228. cf. Schneidewin. ad Simon. p. 88.

v. Reisk. ad Constant. p. 256. Schneider. ad Vitruv. T. II. 477. ἄκλαδας ἀμπέλους, ἀκλαδεύτους Αἰολεῖς Hesych. ἐμβάς, ἐπεμβάς [15]), ὀκριβάς ἔνιοι τὸν ἄγριον κριόν Hesych. ὀροβάδων νεβρῶν Id. de quo genere adnotavi ad Phryn. p. 610. [16]) aliaque in Dissert. III. C. III. §. 1. allata, quorum omnium simplicia non extant. Simplex κάς δέρμα Hesych. [17]) haud dubie a verbo brachyparalecto σκάω ductum est, cui affinia sunt σπάω, σκύλλω, σκῦλον *spolium*, σπόλια τὰ παρατιλλόμενα ἔρια Hesych. σπάτος δέρμα, σκύτος Id. κάσκανα κασσύματα Id. σπατίλη et παστίλη κόπρος καὶ ἀπόξυσμα τῶν δερμάτων Suid. Schol. Ven. ad Arist. Pac. 42. (48.) ipsumque σκῶρ, cujus obliqui τοῦ σκατός et τῷ σκατί orti sunt ab obsoleto σκάς, unde σκατοφάγος et νεοσπάτωτον id est νεοκάττυτον Athen. XIV. 622. A. brevi utrumque vocali, ut et ἔγκατα (laconice ἔγκυτα) viscera cuti subjecta, *intercus*. Postremo qui latini nominis *scortum* intellectum duplicem reputaverit, non dubitabit indidem repetere graeca κάσσος et κάσα. Arcadius p. 76, 16. κάσσος ἀπὸ τοῦ κάσος γίνεται κατὰ πλεονασμὸν τοῦ σ. Ἔστι δὲ εἶδος ἱματίου, quod latine, puto, scortea dicitur, alias σίσυρα· prostibuli nomen est κάσα, κατάκασσα, et paragoga κασωρίς, κασαύρα, illud ut

15) Ἐπιβάς Schol. Pind. P. IV. 249. fortasse fictum ad explanandum nomen ἐπίβδα. Κεραβάς (sic) Etym. Gud. 315, 11. rectius in Lex. MS. Albertii ad Hesych. s. Κέρατα scribitur κεροβάτης. Ὀκρίβας paroxytonum et per ντ declinatum non magis huc pertinet quam κιλλίβας, ἀλίβας, λυκάβας, quorum origo solis nota est Grammaticis symbolice doctis. Μιμαρτοβία ναῦς ἐν ᾗ ἄνθρωποι βεβήκασι Hesych. fortasse de cymba charonia, a βίω eo, unde βίομαι sive βείομαι homericum cum significatione futuri ut πίομαι.

16) In Antiphanis versibus, quos tractavi ad Phryn. p. 637. βοῦς ἀγελαῖος, τράγος ὑλιβάτης, αἴξ οὐρανία, nunc praefero ἠλιβάτης ut Schol. Ven. O. 273. ὁ αἴγαγρος τῶν ἠλιβατούντων ἐστί· et apud Anaxilaum τοὺς μὲν ὀρεινόμους ποιήσει δέλφακας χιληβότας, ad exemplum homericum σῦς ληϊβότειρα. Lycophro 677. socios Ulixis, de quibus ille loquitur, χιλῷ vescentes inducit.

17) Quod sequitur Κασπέλῃ στορνύει, sic corrigam καστέλῃ στορνύῃ, doricum illud pro καταστέλλῃ, ut κάστρωμα pro κατάστρωμα, κάσσεε pro κάθες. Κόσαρνεῖς ἀνύεις Λάκωνες scrib. κασάνεις ab ἄνω, ἀνύω.

ὀπώρα fructus succulentus, θεωρός, θυωρός, κνέωρον v. Adn. ad Aj. p. 404. [18]) hoc ut a λάστη (πόρνη Hesych.) λάσταυρος, ab ἀγλαός ἄγλαυρος. Dehinc κασαυρεῖον alpha correpto [19]). Quodsi primitivo κάς sive σκάς eadem tribuenda est brevitas, haud controversum erit, quin propter tenuitatem inconcinnam ab elegantioribus scriptoribus repudiatum sit. Verbo tangam γάς apud Herodianum π. Μον. p. 7, 16. γῆ καὶ γάς εἴρηται καὶ γέα καὶ γαῖα καὶ αἶα, vitiose scriptum vel pro δᾶ vel pro γάνα, quod Hesychius interpretatur χέρσος, γῆ, Gregorius γυνή, sic ut idem nomen et frugiparam et puerperam significasse appareat. — Nomina in ης pleraque complexus est Choeroboscus p. 1188. primum duo perispomena parisyllabae declinationis ὁ Δρῆς, quod etiam ab Etym. M. affertur p. 635, 29. Anecd. Cram. T. I. 389. et ὁ Τρῆς, quae unica hujus terminationis exempla esse dicit; tum oxytona, quae magis huc pertinent: σής [20]), Κρής [21]), θής, Γνής καὶ Ἴγνης ὥσπερ Ἔγκρης (scrib. Ἐτεόκρης): Apollonius vero de Pron. p. 329. sq. Ἵγνης spiritu aspero notat ut a pronomine compositum. His addi poterit Ζής, quo Pherecydes usus pro Ζεύς

---

18) Hesychius Κεωρεῖν πασχητιᾶν, scrib. κνεωρεῖν i. q. κνησιᾶν prurire.

19) Cum σκάς, κάσα, *corium*, *scortum* conferenda μάσθλη id est δέρμα, μάσθλης exoletus, λωγάνιον paleare, λωγάς πόρνη, λωγάλεοι πόρνοι, λώγασος ταυρεία μάστιξ (ut μάσθλης ὁ μεμαλαγμένος λῶρος) quibus respondent verba depsere et subigere, unde subactus dicitur pro molli, pathico. Regum Cypriorum speculatores et otacustae προμάλαγγες sive προμάλαγγοι Athen. VI. 256. simillimi Siculorum tyrannorum ποταγωγίδαις v. ad Aj. p. 390. not. 2. fortasse ab illecebris lenoniis nomen adepti sunt. Hesychius Προμαλχατεύειν, μετατροπεύειν· nescio an μαστροπεύειν scripserit, id est προαγωγεύειν. Ad significationem flacci et exoleti etiam μάραγνα sive μάραινα ταυρεία μάστιξ, μαραίνω, marcor, convenire videntur.

20) Pro τοὺς σῆτας Theophr. H. Pl. IX. 11, 11. Schneiderus in Syllabo p. XXXII. ex Urbinate affert τοὺς σεῖς, sed in Auctar. Lectt. p. 74. ex eodem τοὺς σῆς. Οἱ σῆτες Menand. Fragm. Inc. XII. 198.

21) Aeschyl. Fragm. 173. ἐγὼ γενὸς μὲν εἰμι Κρὴς ἀρχίσταρος, a Grammatico affertur tanquam simile ionicis ἀφθονέστατος, αἰδοιέστατος. His simile foret ἀρχαιέστατος, quod metro repugnat; ἀρχίσταρος non est. Quapropter Κρὴς ἀρχίστρατος scribi oportet, non ἀρχέστατον ut Reisigio visum ap. Wexium ad Antig. T. II. p. 79.

v. Herodian. p. 16, 16. cf. Spitzner. ad Il. XIV. 265. gentilicia *Φρής*, *Γλής*, *Τλής* a Stephano allata, *Μής πόλις καὶ λιμήν* Scylax Peripl. CX. *Κλής* fluvii nomen ut Theognostus ait Anecd. Cram. II. 134. qui nonnullos *Ζῆς* scribere syllaba inflexa tradit, cetera autem hujus declinationis nomina acui praeter *κρῆς* dorice contractum atque ea quae Arcadius p. 126, 7. *κατὰ διάλεκτον γινόμενα* dicit, namque haec servare suum et proprium accentum *ἧς* et *πῆς* [22]) pro *εἷς* et *παῖς*, ut *δής* pro *δαΐς* et pro *μήν* sive *μείς μής*, quod in Chia editione legebatur Il. *T*. 117. et hodieque legitur Hippocr. de Septim. p. 447. T. I. Haec vero, quae recensuimus, omnia substantiva sunt, eoque plus mirationis habet adjectivum, quod Theognostus et Schol. Eur. Or. 16. huic numero aggregant, *βλής*. Idque adeo Schol. Il. *Ψ*. 254. veteris cujusdam poetae exemplo confirmat; *πᾶσα δοτικὴ δισύλλαβος ἐπ' ὀνομάτων εἴς τι λήγουσα ὀξύνεται, χρωτί, δαιτί· οὕτως οὖν καὶ λιτί. Τούτῳ δὲ τῷ λόγῳ βλητί ὀφείλομεν κατ' ὀξεῖαν τάσιν ἀναγινώσκειν Νύμφα φίλη, καὶ βλητὶ λίθῳ ἐνὶ δάκρυον ἧκας*. Neque tamen animo impero, ut rem confectam atque compositam putem. Nam adjectiva, quae extant in *ης* et *ως* verbalia, composita sunt omnia; simplicia substantivorum significationem habent, *Γνής*, *θής*, *πλώς*, *δμώς*, postremum et nonnunquam tertium (v. Goettling. de Acc. p. 247.) etiam declinatione differt; *χρής* a Philoxeno etymologiae causa fictum est ad derivandum *ζαχρηής* et *ἀχρεῖος* v. Schol. Il. *B*. 269. et Orion. p. 67, 1. *πένης* verbale quidem sed a longe diverso verborum genere. Verum ut concedatur scriptori ignoto aliquanto plus quam grammaticis rationibus probari potest, quid tandem illo loco significat *lapidi jacto?* Requiritur *ἀδμῆτι λίθῳ* ut Ovidius dixit Art. Am. I. 659. *lacrimis adamanta movebis*, id est *ἀδμῆτι λίθῳ ἐνὶ δάκρυον ἥσεις*, vel *σκληρῷ*. Neque tamen audeo hic *σκλητί* supponere ad sententiam aliquanto aptius, sed analogiae non minus alienum quam *βλητί*. Hujus est etiam in Etym. M. p. 358, 5. aliqua mentio: *τὸ ἐπιβλής οἱ μὲν βαρύνουσιν ὅτι δοκός ἐστιν· οἱ δὲ ποιότης*

22) Haec boeotica perhibentur in Anecd. Cram. T. I. 346, 7.

δοκοῦ· οὐ γὰρ βαρύνεται· οὐ γάρ ἐστι βλὴς μονοσύλλαβον καθ' ἑαυτὸ ἐπὶ ταύτης τῆς ἐννοίας, ἵνα ἐν συνθέσει βαρύνηται ὡς Ἐτεόκρης, quibus haec subjecta videtur sententia: si substantivum βλής in usu esset trabem significans, tum ejus ποιότητας sive differentias retracto accentu notandas esse, πρόβλης obex, ἐπίβλης subex, κάβλης ὁ μάνδαλος Hesych. ὑπόβλης sublex sive sublica v. Schneider. ad Vitruv. III. p. 201. eadem ratione qua certum genus Cretum Thracumve Ἐτεόκρης et Σαμόθραξ nominatur; quum vero substantivum βλής non extet, retractionis causam esse nullam, sed ἐπιβλής scribi oportere, sicut προβλής, συμβλής, ὑποδρής, ἀκμής, ἰθυτμής et cetera, quorum simplicia desunt. Verum de accentus inconstantia in progressu sermonis dicetur accuratius; nunc, quo intendimus, pergamus.

De nominum in ις syllabam desinentium paucitate Theognostus Anecd. Cram. II. 135. τὰ εἰς ις μονοσύλλαβα μὴ ὄντα δικατάληκτα οὐκ ἔστι πολλά, τίς τὸ ἐρωτηματικόν, κίς, λίς ὁ λέων, Ἶς ὁ ποταμός, Δίς ὁ Ζεύς· τὸ γοῦν ἴς καὶ θίς καὶ ῥίς δικατάληκτα. De mensura Herodianus π. Μον. p. 19. τὰ εἰς ις πάντα ἐκτείνεται, λίς, κίς, ῥίς· σημειῶδες ἄρα τὸ τίς. Horum unum θίς pro significatione variat genus, cetera inanimatarum rerum vocabula feminina sunt, animantium masculina, eoque numero comprehenditur etiam Ἶς Babyloniae et Italiae fluvius Herod. I. 179. Lycophr. 724. et plurale Φθῖοι καὶ Φθῖες Steph. Appellativi formam singularem asservavit Hesychius Γίς ἱμὰς καὶ γῆ καὶ ἰσχύς, quae interpretationes fere omnes conveniunt cum primitivo ἴς *vis*, unde ἶφις, ἰσχύς, ἰσφαίνω, ἴσφατον βίαιον Hesych. (ἰσφότατον Theognost.) ὀσφύς, ἰσχίον, ἰξύς, *vieo*, *vimen* (ἱμάς), *vincio*; a γίς γῆ compositum videtur γίγας. Praeterea affert Γνίς γέρανος Τυῤῥηνοί, cui latinum grus apponunt, Δρίς δύναμις, quae glossematica sunt et inaestimabilia, aliorumque inclinamenta varia Σχίδα (nisi nominativus est doricus) σινδόνος πῆγμα (scr. ῥῆγμα), Βλίδες (βλύδες) ψεκάδες, Σφίδες χορδαὶ μαγειρικαί [23]), Ψίδες ψιάδες, ψεκάδες, Νίδες

23) Idem est σφίζω et σχίζω. Ab hoc *scindo* proficiscitur, ab illo

αἰδοῖα παιδίων Suid. pro quo apud Hesychium *Νιίδες* scribitur, fortasse pro *ἰνίδες nervuli.* Horum si nominativos ad amussim fingimus, emergent monosyllaba brachycatalecta, quale est *κτίς* ap. Apollonium in Lex. Hom. et Hesychium s. *Κτιδέη*, sed haec consuetudo graeca non fert; Schol. Il. *K.* 334. *κτιδέη κατ᾽ ἀφαίρεσιν· ἰκτὶς γάρ ἐστιν ὡς Νίκανδρος ἰκτίδος· τὸ γὰρ μονοσύλλαβον οὐ δύναται κατ᾽ ἔκτασιν οὔτε κατὰ συστολὴν λέγεσθαι· οὔτε γὰρ ἐκτείνεται ὡς κρηπῖδος, ψηφῖδος, οὔτε συστέλλεται· ἀρκεῖ γὰρ τὸ τίς.* Neque tolerari potest quod apud Hesychium scribitur, *Φρίν φρένα*, sed ille vel *φρήν* scripsit vel *φρόνιν*. *Σχίδα* autem et *σφίδες* et similia veteres sine dubio metaplastis adnumerarunt sicut Eustathius p. 865, 32. *κνίδα* Oppian. Hal. II. 429. pro *κνίδην*, etsi prosodia discrepat, dictum esse sumit *ὡς ἰώκην ἰῶκα, κρόκην κρόκα.* *Κνίς urtica* non legitur nisi in Gloss. Philox. neque probari potuisse apparet ex illa argumentatione, qua nominativum *Δίς* a Rhinthone usurpatum reprobant Anecd. Bekk. p. 1194. Sic enim disputant, obliquos hujus nominis casus iota semper breve habere, quare iis nominativum longum (ut est latinus *Dis*) praestrui non posse, brevem autem repugnare analogiae. Ergo etiam *κνίδα, σχίδα, σφίδες*, quorum iota breve esse partim ex metro apparet, partim ex accentu et ex mensura latini *fides*, neque a disemo nominativo repetere potuerunt neque ab eo qui est unius temporis, sed metaplasta dicere coacti sunt. *Δίς* autem si remotum fuerit, duo sola restant pure declinata *κίς* et *λίς* Anecd. p. 1259. nam qui Il. *Λ.* 480. pro *λῖν* scripserunt *λῖν᾽ δωρικῶς*, auditi non sunt. Accusativus ille *λῖν* legitur etiam Eur. Bacch. 1174. et Theocr. XIII. 6. sequente utrobique vocali nullo cum apostrophi signo, similiterque *κῖν* scribitur Anecd. p. 1232. pro quo Lexicographi nostri tacite *κίν* substituunt ut et Hermannus apud Euripidem *λίν* edidit, útrumque contra Herodiani

---

findo, omisso sigma asymploco, ut *funda* pro *σφενδόνη*, *fungus* pro *σφόγγος*, *fallo* pro *σφάλλω*. Indidem orta *fides*, *fibra*, *fimbria*, *filum*, *filix*, quae graece propter foliorum similitudinem *πτερίς* dicitur *εἶδος βοτάνης ὅμοιον πτερῷ* Schol. Theocr. III. 3.

praeceptum Schol. Il. l. c. πᾶσα αἰτιατικὴ μονοσύλλαβος ἀποστρέφεται τὴν ὀξεῖαν, quare etiam κλεῖν scribitur et θεῦν τὴν θέσιν scr. τὴν θεόν Arcad. p. 130, 20. quamvis acutis nominativis[24]). Sed quaeritur accentus nominativi, qui modo λῖς scribitur Hesiod. Scut. 172. (ubi Ven. λίς) et Theocr. XXV. 202. 211. 232. sive λεῖς Gell. N. A. XIII. 7, 5, sicut Aristarchus ῥείς et θείς scripsisse dicitur Etym. Gud. p. 30, 48. magis, puto, prosodiae causa (ut χρεῖσαι) quam propter etyma in scholis tradita ῥεῖν et θεῖν, modo etiam λίς Theocr. XIII. 61. et 62. Oppian. Cyn. IV. 80. in Theodotionis, quae dicitur versione Job. IV. 11. Oseae V. 14. Gregor. Carm. IX. p. 79. B. XIV. p. 88. C. LX. 139. A. Suid. s. h. v. etc. quorum illud probavit Aeschrio λῖς scribens, primum ut hoc accentu diduceretur ab adjectivo λίς, deinde propter accusativum λῖν, quarum rationum prior parum valida, altera levissima est. Aristarchus autem λίς assimilavit τῷ κίς καὶ θίς καὶ ῥίς, καίτοι γε διαφόρως κλιθεῖσι πρὸς τὸ λίς[25]), quae differentia non pertinet ad κίς. Idque unum ad probationem confert, quippe et genere et declinatione et vocalis mutabilitate[26]) cum λίς perfecte congruens; ac miror cur Aristarchus non satius duxerit hoc uno niti vocabulo, cujus accentus minime controversus erat[27]), quam dicatalecta illa in auxilium vocare, quae a λίς tantum distant, quantum πούς a βοῦς.

---

24) Μὰ τὸν Ζεῦν legitur in Aeschrionis iambis, sed scriptura parum certa est.

25) V. Lehrs. de Aristarch. p. 266. Eustathius pronomen σίς adjungit, pro quo Spitznerus ad Il. IX. 239. ἴς substitui jubet ut aptius; sed aptum est neutrum. In Scholio isto τῷ χαρακτῆρι — κλιθεῖσι laborat paullulum constructio.

26) Sic enim docemur Anecd. p. 1194. iota nominum λίς et κίς naturaliter longum esse, sed corripi in tractu et declinatione pro arbitrio poetarum v. Meinek. ad Euphor. p. 78. quod si verum est, in sermone soluto κῖες potius scribendum quam κίες Theophr. Caus. Pl. IV. 15, 4. Ammon. p. 74.

27) In nostris certe libris multo saepius κίς invenitur quam κῖς, quod Goettlingius praefert de Accent. p. 242. repugnans illis Grammaticorum testimoniis, qui accentum obsoleti λίς conjectura quaerebant, sed pronunciationem usitati κίς auribus perceperant.

Aliud est λίς ὁ λίθος Etym. M. p. 513, 30. fictum fortasse exemplo synonymorum λέα, λᾶας, λίθος, (λήβολος), λάϊγξ, lapis, λέπας. Adjectivum hujus terminationis unum reperitur λίς, cujus obliquos casus λιτί, λῖτα sive λιτά metaplasmo ut κλαδί, κρόκα, detortos esse volunt, quia λίς non per τ sed, ut cetera monosyllaba, pure declinari debeat Schol. Σ. 352. Ψ. 254. Nobis haec quoque ex dissimilibus argumentatio incertior videtur, nihilque cunctamur uni adjectivo tres attribuere formas, unam primitivam λίς, λιτός, duas paragogas λιτός et λισσός.

Terminatio ος brevi absolvi potest. Herodianus enim in Etym. Gud. p. 31. et Theognostus Anecd. Cram. II. 135. simpliciter negant monosylla hujusmodi reperiri praeter pronomen. Sed Choeroboscus in Ind. Anecd. Bekk. p. 1361. Etym. M. 635, 20. πᾶν, inquit, ὄνομα μονοσύλλαβον μακροκαταληκτεῖ χωρὶς τοῦ τίς καὶ τοῦ πός, ὅπερ ἀπὸ τοῦ πούς γέγονεν, οἷον ὡς πὸς ἔχει μαινομένοισι· καὶ τοῦ ἕν καὶ τοῦ δέν, ὅπερ ἰσοδυναμεῖ τῷ τί [28]) καὶ χωρὶς τοῦ ὅς καὶ τοῦ πάν παρ' Αἰολεῦσι. In verbis poetae, quae significant ὡς ποδῶν ἔχουσι (ποσὶ μαινομένοις Mosch. Id. V. 78.) Dindorfius Praef. Corp. Scen. p. XV. nihil immutat numerum choriambicum esse ratus; si heroicus est, aptior suppetit scriptura ᾧ πός ἄγ', ἱεμένοισι ut Theocr. XV. 70. ὁ δ' ᾇ πόδες ἄγον ἐχώρει. Tria sunt in υς, δρῦς, μῦς, σῦς, circumflexa omnia Arcad. p. 126, 16. Regg. Pros. 127, 449. quibus accedit nomen regis Paphlagonum, quem Athenaeus IV. 415. D. Θῦν appellat (τοῦ Θύος accentu mendoso X. 415. D.) Aelianus Θῦον. At brachycatalectorum βλύς et κλύς nihil nisi accusativus κλύδα legitur et composita: σύγκλυς, Ἀναβλύες πηγαί Hesych.

De nominibus in ως hoc praeceptum legimus Etym. M. 770, 20. τὰ εἰς ως μονοσύλλαβα ἀρσενικὰ ὀξύνεται, εἰ μὴ ἐκ συναλοιφῆς εἴη ὡς σῶς, ἢ ὅπου Δωριεῖς καὶ Ἴωνες τὸ

---

28) Coraes Atact. T. I. 180. dubitabat antiquum δενός utrum pro τινός an pro οὐδενός valeat.

οἷς ὧς[29]) λέγουσι. Τὰ ὀξύτονα εἰ μὲν ἔχει σύμφωνον τῆς τρίτης συζυγίας τῶν βαρυτόνων, διὰ καθαροῦ τοῦ ος κλίνεται δμωός, θωός· εἰ δὲ μή, διὰ τοῦ τ φωτός, χρωτός, πλωτός, cujus accusativo utitur Xenocrates de Aquat. c. X. καλοῦσί τινες καὶ πλῶτα τὸν κεστρέα, frequentior autem est pluralis. Horum tria sunt substantiva masculini generis; duo natura epitheta, quae sequuntur genus nominum, quibus apta sunt, δμῶς (ἄνθρωπος), πλώς (ἰχθύς) propriaque utuntur positione feminina δμωΐς et πλωάς. Sed terminationem ipsam ab hoc genere non abhorrere, documento est κλώς, cujus pluralem Hesychius protulit, Κλῶθες μοῖραι, fortasse ex Homeri libris antiquis Od. VII. 197. ubi hodie κατακλῶθες sive κατάκλωθες Etym. M. legitur, veteres autem disjunctum a praepositione legerunt, τὸ κλῶθες μεταπλασμός ἐστι τοῦ κλωθοί ὡς Σαπφοί Schol. estque hoc unum nomen monosyllabum per θ declinatum. Δώς quomodo declinari potuerit, ex latino *dos* apparet, sed refertur inter aclita ἐπειδὴ τὰ εἰς ως θηλυκὰ μονοσύλλαβα περισπῶνται καὶ κύρια ἐστί Etym. M. 293, 50. Gud. p. 154, 53. Haec autem sunt, quae Joannes affert p. 7, 36. Κῶς, Γλῶς, Χῶς, Τλῶς, Κρῶς, πόλεων ὀνόματα. Pro χοῦς dorice dici χῶς, ut βῶς pro βοῦς, satis superque constat, sed Χῶς proprium haud usquam commemini, omittitque hoc Arcadius p. 126, 25. caetera servans, eaque heroum nomina esse dicit, nec refert, quoniam urbium vocacula ab eponymis heroibus heroinisve repeti solent, Τλῶς ἀπὸ Τλῶ τοῦ Τρεμίλου, Κῶς ἀπὸ Κῶ τῆς Μέροπος Steph. Item Etym. M. 741, 51. λέγει ὁ Τεχνικὸς ἐν τῇ περὶ τοῦ μονοσυλλάβου ζῶς βίβλῳ ὅτι περισπώμενά ἐστι τὸ ζῶς καὶ τὸ Κῶς καὶ τὸ Γλῶς· ἔστι δὲ ὀνόματα ἡρώων, postremum etiam hominis Aegyptii vel Asiani Polyaen. VII. 20. et Hesych. quod minus recte Γλώς scribitur, idemque vel Τλῶς reponen-

---

29) Recte Sylburgius τὸ οὖς ὦς. Hemsterhusius putat ex οἶς primum ὦς tum κῶς extitisse; sed ὦς pro οἶς non legitur, κῶς τὸ πρόβατον, quod Eustathius κόον scribit, idem est quod κῶς τὸ κῶας, ut vellus dicitur pro pecus Juvenal. XII. 4. qui et squamae usurpat pro piscis, ebur pro elephantus, ipsumque *pecus* graecum πέκος esse putatur.

dum in Anecd. p. 1196. et ap. Lascarin Gramm. lit. C. fol. VIII. τὰ εἰς ως μονοσύλλαβα ἀποβολῇ τοῦ ς ποιοῦσι τὴν γενικήν, ὁ σῶς, ὁ Κρῶς, ὁ Κῶς, ὁ Γνῶς. Joannes autem pro suspicioso illo Χῶς, quod apud Theognostum Cram. II. 135. Χώς scribitur, fortasse Λῶς posuit insulae nomen a Stephano proditum. Ignotum quoque Μώς τὸ ἔθνος Theognost. l. c. Τρώς nonnulli adjective dici existimarunt Il. V. 461. τρῶας στίχας scribentes pro τρωάς. Sed adjectivum, quod vere ita appellari possit, in hoc numero nullum reperitur praeter ζώς, quod Ptolemaeus inflecti jussit sed non obtinuit, μόνον γὰρ τὸ σῶς ἐστι περισπώμενον μονοσύλλαβον εἰς ως ἀρσενικόν Schol. Il. Ε. 887. ubi μὴ μόνως ἀρσενικόν scribendum est, nam masculina multa sunt, sed solum σῶς per genera movetur. Ceterorum nullum satis exploratum est; κῶς carcer Corinthius, quo inclusi κῶες vocantur v. Steph. s. v. metonymice, ut videtur, quemadmodum κύφων et carcer. Pro σμῶς ἀνέμου πνοή Hesych. probabiliter σμώνη corrigunt; nomen aviculae αἱ σῶδες Schneiderus ad Oppian. Ix. p. 433. vereri se ait ut sanum sit. Sed jam genus fecundum explicetur, quod diphthongis constat.

§. 4.

Suidas s. Σταῖς et Etym. M. 251, 37. τρία εἰσὶν εἰς αις, παῖς ἀρσενικόν, δαῖς (scr. δαίς) θηλυκόν, σταῖς οὐδέτερον, ἃ σεσημείωται· ob eam causam quod ut alio loco dicitur p. 657, 3. ταῦτα τὰ τρία κλίσιν μὲν ἀνεδέξαντο, κανόνι δ' οὐχ ὑπέπεσον, nam ne inter se quidem genere et accentu conveniunt. Arcadius p. 125, 19. τὰ εἰς αις μονοσύλλαβα περισπᾶται, παῖς, σταῖς, τὸ δὲ δαίς ὀξύνεται, id quod vulgo in libris nostris servatur, convenitque etymo, δαίς ἀπὸ τοῦ δαίσω ὀξύνεται Etym. Gud. 132, 50. ut δώς a δώσω. Sed fluctuat accentus tertii vocabuli, quod Grammatici perispomenon esse jubent; Regg. Pros. p. 449. πᾶν μονοσύλλαβον οὐδέτερον περισπᾶται, σκῶρ, ὦς (οὖς), φῶς, σταῖς etc. estque ea usitatior hujus vocabuli tonosis sive sebum significat sive farinam maceratam Hippocr. de Nat. Mul. p. 550. et 597. T. II. Herod. II. 36. Aristot. Probl. XXI. 9. Athen. I.

32. B. XII. 548. C. XIV. 645. B. Galen. Comm. in L. de Articc. II. 41, 469. T. XVIII. P. I. Stob. Flor. LXXXV. 21. p. 491, 11. rarius oxytonum Aristot. Meteor. IV. 9, 459. G. p. 386. ed. Bekk. cujus tot libri mirabiliter conspirant, Galen. de Antid. I. 9, 50. de Locc. affect. II. 9, 111. T. VIII. Oribas. de Fract. II. 82. Moschopul. Sched. p. 199. et in Eupolidis versu ap. Etym. M. 422, 43. quem afferens Eustathius p. 1166, 38. *σταῖς* scribit. Sed quod Photius ait *στάς ἄνευ τοῦ ι ὁ Ἀττικὸς λέγει, ὁ δὲ Ἴων σταῖς*, hodie nusquam apparet praeterquam in *στατίτης* codd. Athen. III. 110. B. et *στατίνη ἡ ἐκ στέατος (σταιτός) πεποιημένη* Hesych. ac ne *στάς* quidem, neque ulla hujus hyphesis apud Grammaticos mentio, nisi etymi expediendi causa in Anecd. Barocc. p. 414. Mus. Cambr. *τὸ σταῖς ἐκ τοῦ στέας στάς καὶ μετὰ τοῦ ι σταῖς*. Sed et quae praecedunt, adscribere juvat: *ἔχομέν τινα* (scr. *τρία*) *εἰς αις, παῖς, δαίς καὶ σταῖς παρ' Εὐπόλιδι καὶ Ἡροδότῳ· τούτων δὲ μόνον τὸ παῖς περισπώμενόν ἐστι* (adde *διὰ τοῦ δ κλινόμενον*)*· τὸ γὰρ δαίς ὀξυτονεῖται, κλίνεται δὲ διὰ τοῦ τ, παρὰ τὸ δαίω δάϊς καὶ συναλοιφῇ δαίς ὀξυτονεῖται καὶ ἐπὶ ἀπὸ* (sic) *ὀξυτόνου ἴσως πρὸς ἕτερον σημαινόμενον· ἔστι γὰρ δαῖς περισπώμενον ἐπὶ τῆς μάχης, ἔνθεν αἰτιατικὴ Εἰς δάϊν ὁπλισμένων ἵππων ἀργός, ἔχει* (scr. *λέγει*) *Καλλίμαχος*. Ille synaloephae praetextus unde natus sit, minus perspicio [30]), sed pro *καὶ ἐπὶ ἀπό* scribendum est aut *ὡς ἀπὸ ὀξυτ.* id est, quasi contractum esset ex *δαΐς*, aut *καίπερ ἀπὸ βαρυτόνου*, unde *δαῖς* proficisci debebat, sed acui dicitur propter synemptosin nominis *δάϊς*, quanquam hoc nunquam contrahitur ac ne eodem quidem ab omnibus scribitur accentu; Etym. Gud. p. 133. 1. *δαΐς ἡ λαμπάς ὀξύνεται, δάϊς ἡ μαχὴ βαρύνεται*. Sed Hesychius *Δαΐ μάχῃ ὡς γραῦς γραΐ*, ut in Aeschyli codd. Sept. 926. scribitur pro pleniore forma *δαΐδι*. Schol. Il. Ξ. 387. *δάϊ ὁ Ἀσκαλωνίτης ὡς Θέτι, οἱ δὲ πλείους ὡς φλεαί*

---

30) Anecd. Cram. I. 115. *δαΐς παρὰ τὸ δαίω, κατὰ διάλυσιν δαΐω καὶ πλεονασμῷ δαΐζω, ὁ μέλλων δαΐσω· ἡ δοτικὴ δαΐδι καὶ κατὰ συγκοπὴν (ἀποκοπὴν) δαΐ.*

scrib. ὥς φλεβί [31]) quod praeferunt, quia Θέτι ultimam longam, δάϊ brevem habeat, et quia, quae in ις purum exeant praecedente alpha, acuantur potius quam graventur: Λαΐς, Θαΐς, Δαναΐς, Ἀγλαΐς, Θηβαΐς, contraria autem Ξόϊς [32]), Σάϊς (adde appellativum βάϊς) exotica esse — οὕτως ἄρα δαΐς, εἰ μὴ λέγοι τις τοῦτο βεβαρυτονῆσθαι πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ ὀξυνομένου ὥσπερ καὶ τὸ ἀκρίς. Schol. Λ. 677. quum retulisset Menecratem λήϊδα scribere, Aristarchum ληΐδα, hoc posterius probat eodem argumento, additque δαΐς a nonnullis gravari ἐπὶ ἑτέρου σημαινομένου, quae spectant ad nomen δάϊς, unde δαίς contractum volunt, vel ad aeque commenticium δάϊς δᾷς, quod explicandae oxytonesi genitivi δᾳδός adhibent Anecd. Bekk. p. 1257. [33]) sed propter iota anecphoneton huic numero nominum in αις non admiscetur; Ἡρωδιανὸς παραδοὺς τὰ εἰς ας ὀξύτονα διὰ τοῦ δ κλίνεσθαι οἷον στιβάδος, ἰσχάδος, ἓν μόνον ἐκ τούτων εἰς αις φησὶ λήγειν τὸ δᾴς Eustath. p. 1571, 30. Jam restant duo barytonesis auctores, Gregorius Cor. de Aeol. VII. 582. τὰ εἰς αις μονοσύλλαβα διαιροῦσι, πάϊς, δάϊς, quem de perispomeno δαῖς loqui ita apertum est, ut mirer Schaeferi cautionem, et Etym. M. 266, 35. παρὰ τὸ δαίω γίνεται βαρύτονον δάϊς· Καλλίμαχος ἐς δάϊν ἐρχομένων. Hae sunt fere Grammaticorum de accentu nominis δάϊς sive δαΐς sententiae dissonae et dissociabiles, quarum neutra certo fundamento nititur; nam illud est vocabulum ἀπαράθετον, nulli eorum, quae apponuntur Θαΐς, Λαΐς, simile; neque suppetunt nomina in ηϊς, quibuscum comparari possit; nam quod Herodianus affert Epim. p. 20. δηΐς ἡ μάχη κλίνεται δηΐδος ὅθεν καὶ δήϊος, et Schol. Apoll. II. 114. μενεδήϊος ἀπὸ τοῦ δηΐς, etymologiae causa fictum esse suspicari licet ex eo, quod Etym.

31) Heynius Φλεῖ reponit scilicet dativum nominis proprii Φλεύς, qui nusquam legitur.

32) Hoc exemplum, de quo dixi ad Phryn. p. 88. non convenit nisi regula ita concepta τὰ εἰς ις καθαρόν.

33) Τὰ ὀξυνόμενα ἐν τῇ συναιρέσει πάλιν ὀξύνεται, δαΐς, δᾴς Schol. Hesiod. Scut. 275. Anecd. Cram. II. 4. Bekk. p. 708.

M. l. c. adjungit καὶ ἐκτάσει δῆϊς καὶ πλεονασμῷ δῆρις, quod ipsum substituendum est in Schol. Hom. l. c. καὶ τὸ δῆϊς (scr. δῆρις) συνομολογεῖ τῷ τόνῳ· τραπέντος γὰρ τοῦ α εἰς η καὶ τοῦ ι (scr. τοῦ ρ) πλεονάσαντος ἐγένετο; quod nomen δῆρις non plus ad comprobandum confert quam μῆνις, ἔρις, ἐλπίς, vel aliud simile; ληΐς autem ipsum in controversia versatur; homonymi ληΐς sive λῆϊς, quod Hesychius interpretatur βούλησις, casus non extant. Quod reliquum est, Callimachi verba ita corrigi oportet ἐς δάϊν ὁπλιτῶν ἵππιον ἐρχομένων, *si pedites cum equitibus congrediuntur*, duoque ejus fragmenta CCXLIII. et CCCCLXX. in unum conflari debent.

Εἰς αυς δυὸ μόνα θηλυκὰ μονοσύλλαβα περισπώμενα· κλίνεται δὲ ἀμφότερα διὰ τοῦ ος, ναῦς καὶ γραῦς Etym. M. 240, 29. Tertium admetitur Joannes p. 7, 34. perispomena in ας, ους, αις, αυς afferens: μόνως δὲ θηλυκὰ ναῦς καὶ νᾶς, γραῦς, βαῦς, quod quid sit non habeo dicere, neque certum adminiculum praebent Hesychii glossae *Βαῦ* εἶδος ἄνθους et *Βλαῦδες* ἐμβάδες, κρηπῖδες. Idem Lacones αὖς, αὐτός pro οὖς, ὠτός, dixisse auctor est. Praeterea haec apud eum legimus *Ταύς* μέγας, πολύς, quod tamen ταῦς scribi poterit cum diaeresi, quae in similibus apparet: *Ταΰσας* μεγαλύνας, *Ταϋγέταις* μεγάλαις πύλαις, et in ipso nomine montis similiter composito ut τηλύγετος ὁ τῆλε γενόμενος Schol. Od. III. 11. — Nomina in εις Etym. M. 304, 52. strictim attigit, unum femininum afferens, κλείς, nec plura novit Theodosius Gramm. p. 66. τὰ εἰς ις θηλυκὰ διὰ τοῦ ι, πλὴν τοῦ κλείς καὶ ἀντήρεις, et duo masculina κτείς et δείς, tantummodo ut eorum in declinando diversitatem ostenderet; quae causa fuit cur μείς ab Arcadio adnumeratum p. 125. praetermitteret; id enim in casus declinari negant: Ὦρος καὶ Ἀρκάδιος ἄκλιτον εἶναι λέγουσιν· εἰ δὲ ἐκλίνετο, μενός εἶχεν εἶναι ἡ γενικὴ ὥσπερ κτενός Choerobosc. Anecd. p. 1397. Etym. Gud. p. 385, 2. Exc. Koesii p. 192, 3. ubi Eudaemon appellatur pro Eudemo. Schol. ad Il. *Τ.* 117. ἐν τῇ Χίᾳ, inquit, μής, ἄλλως μείς αἰολικῶς· ὥσπερ δὲ ῥείς ῥεινός καὶ θείς θεινός, οὕτω καὶ μείς, μηνός (scr. μεινός vel μεῖνος) κατὰ τὴν ἀναλογίαν. Atque hic genitivus legitur in Inscript.

Boeotia N. 1569. et saepius, nominativus *μείς* apud Hesiodum, Pindarum, Platonem Tim. p. 39. C. Theophrast. de Sign. Pluv. I. 12. II. 2. Stob. Ecl. I. 27. p. 556. (male *μεῖς* scriptum) Tzetz. Anteh. 80. aliosque, *Ζείς* pro *Ζήν* in nummo syracusano. In accentu haec vocabula sibi constant, nisi quod *κλείς* circumflexum habet in Aristot. Probl. XXIX. 14. p. 952, 21. et in codd. Laur. et Paris. Nicom. V. 2. p. 1129, 30. contra Grammaticorum praeceptum *οὐδὲν εἰς εις μονοσύλλαβον περισπᾶται εἰ μὴ τὸ εἶς* Anecd. Cram. I. 171. Regg. Pros. N. 127. p. 450. Eusth. 857, 40. neque quod in diastasi *κληΐς* dicitur (*κλαΐς* aeolicum est), extra diastasin barytonum esse potest; itaque etiam atticum *κλῄς* scribitur. — *Τὰ εἰς ευς λήγοντα ὀνόματα ἀρσενικὰ εἴτε μονοσύλλαβα εἴτε ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἅπαντα ὀξύνονται, δηλονότι κοινολεκτούμενα* (non aeolica ut *Πήλευς, Ἄρευς*) *Ζεύς, Φεύς* (sic) *ὁ Διόνυσος, Νεύς ὄνομα ποταμοῦ, Δνεύς ὄνομα πόλεως ἐν Λυκίᾳ, ἔνθα ἀνετράφη ἡ Χίμαιρα, σεύς ὁ σκώληξ. Τὸ φλεύς* (sic) *καὶ Νεύς οὐ συνήθη τοῖς Ἕλλησι· τὸ δὲ σεύς οὐδὲ ἐν χρήσει κατὰ τὴν εὐθεῖαν. Πρόςκειται ἀρσενικὰ διὰ τὸ νεῦς καὶ γρεῦς περισπώμενα* Etym. M. 189, 39. Hoc loco *Φλεύς* (*Florus*) pro *φεύς* scribi oportere significavi in Aglaoph. p. 402. idemque nomen Arcadio restituendum pro *φθεύς* p. 125, 26. ubi *εὖς* et *εὖς* subrepserunt pro *Νεύς* et *νεῦς*. Herodianus *π. Μον.* p. 6. *τὸ Νεύς ἐπὶ ποταμοῦ κείμενον, ὥς φησι Φιλέας, ἀπεξενωμένον ἐστι· τὸ δὲ θεύς ἐκ συναλοιφῆς ἐστι ποιητικόν, τὸ δὲ εὖς ἀπὸ ἀναλογιάς πλασσόμενον* (adverbii *εὖ*), *τὸ δὲ φεύς ἐπὶ Διονύσου κείμενον καθ' ἱστορίαν ἐστὶν εἰρημένον· τὸ δὲ μῆν* (sic) *δνεὺς χειμέῤῥαν ἄγριον ὀφλήσεις, ἐθνικόν·* hoc est, ut arbitror, *Δνεύς* nomen gentilicium est proditum in vetere proverbio *μὴ Δνεὺς Χίμαιραν ἐκτρέφων ὄφλῃς βλάβην*, *ne, ut Dneus, Chimaera educanda malum tibi arcessas;* nam de hac excetra valet quam maxime, quod Aeschylus dicit, *οὐ δή τις αἶα τοῦτ' ἐπεύχεται γένος τρέφουσ' ἀνατεὶ μὴ μεταστένειν πόνων.* Hinc corrigendum *Δνεύς ὄνομα πόλεως ἐν Λυκίᾳ* in Anecd. p. 1365. ubi et ionica *γρεῦς* et *νεῦς* afferuntur p. 1236. *Δεύς* pro *Ζεύς* dici Grammatici testantur, sed *λεύς* id est *λίθος*,

quod Sylburgius Pausaniae reddere conabatur, et *πρεύς*, unde *πρευμενής* pendet et *Πρευγένης* Pausan. VII. 18, 4. nulli illorum innotuisse videtur, nec magis monosyllabum *ἦυς* in Inscript. Phanag. N. 2727. Vol. II. Corp. Inscr. *ἦυν δὲ συνηρώων χῶρον ἔχοις φθιμένων*, cujus emendatio facilis sed incerta est.

Οὐδὲν εἰς οις λήγει ὅτι μὴ μόνον τὸ οἶς καὶ παρ' Ἀττικοῖς τὸ φθοῖς Schol. Ven. III. 198. Paullulum immutat Etym. M. 620, 23. *εἰ μὴ μόνον τὸ οἶς παρ' Ἀττικοῖς καὶ τὸ φθοῖς*, quae pariter attica sunt. Nomen *φοῖδες* Aristot. Probl. XXXVIII. 7. quod plerumque *φῷδες* scribitur, singularem habere negat Phrynichus App. p. 70. — Monosyllaba in *ους* parisyllabae declinationis et imparisyllabae permixte exhibet Herodianus p. 14, 23. *Γλοῦς ὁ λῃστής* (v. Wessel. ad Diod. XV. 3.), *κνοῦς, βοῦς, οὖς, πούς*, quod unum huc pertinet temereque cum prioribus confusum est; nam illa diphthongum vel vocalem longam habent, *πούς* vero et *ὀδούς* auctis syllabis ad nativam brevitatem (*πός* et *ὀδόνς*) relabuntur. Unde arguitur Grammaticorum error, contra rationem fieri affirmantium quod utrumque acuitur v. Apollon. de Adverb. p. 544, 31. Joann. p. 7, 33. Anecd. p. 1159. etc. Atque *ὀδούς* nunquam aliter notatum est; alterius accentus minus sibi constat, sed quod Buttmannus dicit Gramm. §. 41. Adn. 8. multo saepius *ποῦς* legi quam *πούς*, adeo falsum est, ut prae decem circumflexionis exemplis centum contraria proferri possint. Soli Hesychio notum *Στροῦς ὁ στροῦθος καὶ ὄσπριον* quaestionem detrectat. Neutrum in hoc numero unum deprehenditur; *τὸ οὖς ἄκλιτόν ἐστιν, οὐδὲν γὰρ οὐδέτερον εἰς ους λήγει, εἰ μὴ μόνον τὸ οὖς* Choerobosc. in Etym. M. 639. 8.

§. 5.

His percursis pauca subjicienda sunt de consonis sigma finale antecedentibus. Est autem unicum hujus terminationis nomen primitivum idemque in communi usu positum *ὁ ἅλς* Herodot. IV. 185. Aristot. Probl. I. 38. VII. 9. et alio intellectu *ἡ ἅλς*, quanquam illud plerumque pluraliter dicitur,

hujus obliqui tantum casus frequentantur [34]). Ceterarum liquidarum nulla huic literae juncta reperitur, praeterquam in vocabulis deviis obsoletisque, *χέρς* in Timocratis versu ap. Hephaest. I. 2. Toupii emendatione plausibili repositum, et pauca bisyllaba *Τίρυνς* et *μάκαρς*, quae cum *χέρς* et *ἅλς* componit Hephaestio, *περίηρς* Etym. M. 663, 55. et quartum *Σάλαρς* insulae nomen v. Stephan. cui simile *Sars* Hispaniae fluvius a graecis geographis praetermissus. Nec omnino multo plura esse testis est Schol. Dionys. Gramm. p. 823. *πολλὰ εἰς δύο σύμφωνα λήγοντα οὐκ εἰσίν, εἰ μὴ τὸ ἅλς, Τίρυνς, μάκαρς, δάμαρς*, quorum nullum publico usu celebratum est, ne *Τίρυνς* quidem, de quo postmodo dicetur.

§. 6.

Pergimus ad duplices. *Τὰ μονοσύλλαβα εἰς αξ θηλυκὰ μὲν ὄντα συστέλλει τὸ α, σπάξ ἡ κύων, κλάξ, πλάξ, γλάξ, δράξ. Ἡ δὲ ῥᾶξ (ῥάξ) ἐκτέταται. Τὰ δὲ ἐκτείνοντα ἀρσενικά εἰσι, βλάξ, κράξ, πτάξ· τὸ δὲ Πράξ ἱστορεῖται μὲν ἐκτείνεσθαι* (sic), *ἐγένετο δὲ Ἀχιλλέως ἀπόγονος, ὅθεν οἱ Πρᾶκες* Draco p. 19. et 80. Regg. Prosod. N. 63, 434. Primum nomen persicum est, secundum corruptum, ut videtur, pro *στάξ* quod in arte praetexitur obliquis v. Schol. Apoll. IV. 626. tertium *ἡ πλάξ* in casu recto legitur Theophr. de Sens. 73, 677. Lucian. Somn. §. 3. Paul. Silent. Amb. 37. Schol. Theocr. I. 57. Photius: *Πλάξ ἡ γαστὴρ καὶ τὸ ἐν πλακοῦντι ῥύμμα, πλάκα τὴν χώραν ἢ τὴν γαστέρα*, quarum interpretationum posterior convenit cum *planus venter* Ovid. Amm. I. 5, 21. prior cum brachyparalecto *plaga*. Quartum *γλάξ βοτάνη γαλακτοποιός* Arcad. p. 125, 5. Etym. M. 232, 37. Eustath. 1251, 19. quae a Dioscoride et Plinio *glaux* (antiquitus eugalacton) vocari videtur, originem traxit a themate *γάλ*, quod quum alpha ut *θάνω, δάμω, ταλάω*, haberet mo-

---

34) Eos, qui *ἅλς* nisi adjuncto *χόνδρος* dici negarent, errasse demonstrant Anecd. Bekk. p. 1317. Obliqui casus persaepe leguntur apud Hippocratem. Sed saepius etiam *ἅλς χόνδρος* pro *χονδρίτης* vel *ἁλὸς χόνδρος* v. Elmslej. ad Arist. Ach. 526. Jacobs. ad Anth. T. II. p. 113.

bile, in *γλά*→*γ* abiit, iterata gutturali, quod saepe usu venit, ut consona vocabuli prima repetatur vel ante secundam *πολύς* *poplus*, *κώληψ* *poples* (ubi *p* pro *κ* successit ut *σκῦλον* *spolium* etc.) *κέλομαι* *κέκλομαι* Oppian. Hal. III. 311. Orph. Lith. 177. Apollon. I. 716. et fortasse *κόλος* *cocles*, *μέλος* sive *μέρος* *membrum*, *μέλεται* *μέμβλεται* v. Goettling. ad Theog. 61. *Μῆλος* *Μεμβλίς* Hesych. nomen insulae, quae *Μιμαλίς* quoque vocata est Hesych. et *Βύβλος* Steph.[35]) modo post secundam consonam *βηλός* *βαλβίς* limen, *βόλιτον* *βόλβιτον*, *μήρινθος* *μέρμις*. Quum vero Graeci neque *γλάγ* effari possent, quia gamma terminale non est, neque etiam *γλάξ* ut *ἅλς*, quia haec terminatio a genere neutro abhorret v. Apollon. de Adv. p. 549. coacti sunt ad primitivum *γάλ* redire assumto alpha finali ut *κάρα*, *λίπα*. Utriusque autem formae vestigia impressa sunt affinibus. Etenim a *γλάγ*, cujus similitudo apparet in latino *lac*, ducta sunt haec: *τὸ γλάγος* sive cretice *κλάγος* v. Valckenaer. ad Adoniaz. p. 351. A. *γλαγερός*, *γλακᾶν*, *εὔγλαξ* (*τοῦ εὔγλαγος*), *εὔγλαγος*, *γλαγής* v. Spitzner. ad Il. XVI. 642. *νεογλαγής*, *φερεγλαγής*, ad ultimum *γλακκός* i. q. *γαλαθηνός* Hesych. Ab altera stirpe pullularunt *γάλακες* conchae, *Γαλακώ* fons a colore denominatus Paus. III. 4, 5. *γαλακτίδες* *lactes*, *γάλλια* *ἔντερα* Anecd. p. 230, 4. (hirae, hillae) *γάλιον* herba *ἀπὸ τοῦ τὸ γάλα πηγνύειν* Paul. Aeg. VII. 3, 234. ut *lactilago*, *lactuca* etc. *ἔγγαλος*, *πολύγαλον* et *ὀρνιθόγαλον* herbarum vocabula. Quintum erat *δράξ* *ξέστου τὸ μέτρον* Hesych. *δράξ ἀλεύρου* Zonar. Ann. II. 90. D. *τοὺς δράκας* Stob. Ecl. I. 52, 40. p. 968. et *χείρ ἢ δράξ* Hesych. unum activae potestatis, alterum passivae. De postremo *ῥάξ* dixi ad Phryn. p. 75. Masculinorum primum est *βλάξ*, *flaccus*, *laxus*, quod contractum esse diu ante Butt-

---

35) Sic *plumbum* natum est ex graeco *μόλυβος*, primum synaeresi *μλύβος*, tum transmutatione *βλύβος* ut *βλώσκω* pro *μλώσκω* ὅτι τὸ *μ* εἰς *β* ἀσύμπλοκον Schol. Plat. p. 116. ed. Ruhnk. cf. Aglaoph. p. 568. postremo repetita, quae vocem orditur, consona, *βλύμβος*, plumbum, adhibita insuper generis enallage; nam metallorum nomina Graecis masculina sunt, Romanis neutra.

mannum docuit Orion: *μαλακός συγκοπῇ μάλξ, τροπῇ (καὶ μεταθέσει) βλάξ,* ut modo dixi plumbum e *μόλυβος* ortum esse; quarum formarum ea mihi magis primitiva videtur, quae ad pronunciandum facilior est, neque Buttmanno accedo principiis duplices assignantis *μλο, θνα, κλε, πτε,* quorum primum ab ore Graecorum prorsus abhorret, sed potius *ἔμολον, ἔθανον,* primitivam verbi speciem repraesentare statuo. *Κράξ* fortasse sermonis plebeji et comici vocabulum est, idem significans quod *κέκραξ* Drac. p. 51, 12. Lascar. Gramm. p. D. *ii.* quanquam Spitznerus de Prosod. p. 40. et 45. pro hoc *τέτραξ* supponit, pro illo *Θρᾴξ,* quod vereor ne a proposito alienius sit, quippe commune duobus generibus et natura bisyllabum. Schol. Odyss. XI. 408. *βέβακται πεφλυάρηται, ἔνθεν καὶ βάξ ὁ κράκτης,* pro quo Schol. Mediol. *βάβαξ* ut Suid. *παρὰ τὸ βάζω βάξ καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμόν βάβαξ.* Nominis *πτάξ* pluralem *πτάκες* exsignarunt veteres Lexicographi, accusativus *πτάκα* legitur apud Aeschylum correpta priore junctusque adjectivo feminino; quam generis mutationem Passovius in causa fuisse putat, cur alpha contra rationem corriperetur. Verum enimvero nomen verbale *πτάξ,* sicut *ἅρπαξ* (*ἅρπαγες αὖραι* Nonn. XLVI. 351.) et omnia hujus notae, utriusque generis natura particeps est, neque unquam cum genere mutatur prosodia, ac vocalis brevis est in *καταπτακών,* cui cognatum videtur adverbium *πτακάδις* Theognost. Cram. II. 163. *Πράκες* (cod. *Πρᾶκες*) Stephanus in catalogum ethnicorum referre non omisit s. *Πρακίαι, τὸν Πράκα* Paus. III. 20, 8. correpta, si accentum sequimur, priore; sed pro *Πράκες ἔλαφοι* Hesych. jam priores viderunt *πρόκες* scribendum esse. *Δάξ* affertur a Lascari Gramm. p. D. *ii.* cujus pluralis in usu est *Δάκες* et *Σάκες.* *Θρᾴξ* cur Draco praetermiserit, et *κλᾴξ,* causa in aperto, sed addere poterat *Ῥάξ* insulae nomen a Stephano memoriae proditum et fortasse compluscula alia; *Κνάξ γάλα λευκόν* Hesych. cujus arcta est cum adjectivo *κνηκός* seu *κνακός* cognatio, eodemque pertinet Porphyrii interpretatio ap. Bentlej. Ep. ad Mill. p. 493. *κνάξ ὁ τράγος ἀντὶ τοῦ κνάκων.* Idem Hesychius *Βράκες ἀναξυρίδες,* quae vulgo *βράκη* et *braccae* dicuntur. Tertium est *λάξ ὁ ὑπὸ τοὺς*

δακτύλους τοῦ ποδὸς ψόφος (*τόπος*) *ἢ τὸ ὑποκάτω τῶν τοῦ ποδὸς δακτύλων* Schol. Apollon. II. 106. *λάξ λάκτισμα* Hesych. *λάξ calcia, calx, carcer* (calces) Gloss. Cyrill. ex quo manifestum fit, fuisse aliquem substantivi usum, verbo *λάξαι* conjugati, etsi repudiat Apollonius de Adverb. p. 551, 13. *τὸ πύξ καὶ τὸ λάξ οὐ πάντως διὰ τὴν μετάληψιν τὴν εἰς τὸ πυγμῇ, καθότι τινὲς ᾠήθησαν, ὀνόματα ἂν εἴη. Λάκας* autem accusativus pluralis, quem Hesychius interpretatur *φάραγγας*, ad protocliton *λάκη* referendus videtur fissum quiddam, ut suspicor, significans, unde *λακίς* lacinia. Quartum ejusdem Glossographi *πάξ ὑπόδημα εὐυπόδητον*, interpretes apte cum latino *baxeae* comparant. Quintum suppeditat Etym. M. s. *Ἑταῖρος*, hoc nomen ex *ἔθος, ἰθαῖος* extitisse scribens, litera *θ̄* mutata in *τ̄ καὶ πλεονάσαντος τοῦ ρ̄, ὡς τάξ τράξ, Ἄτεμις Ἄρτεμις, ἴδις ἴδρις*, sed exemplum haud dubie corruptum est pro *στάξ στράγξ*, ut p. 729, 43. *στράγξ παρὰ τὸ στάζω, στάξω, στάξ καὶ πλεονασμῷ τοῦ γ̄ καὶ τοῦ ρ̄ στράγξ*. Sextum affert Schol. Eur. Hec. 566. *σφάξ λέγεται τὸ κοῖλον τοῦ λαιμοῦ, ἐξ οὗ καὶ διάσφαγες τὰ κοιλώματα τῆς γῆς· ἀπὸ τούτου γοῦν λέγεται καὶ σφαγή*. Sed simplex *σφάξ* et quod hinc progenitum est latinum *faux*, ab usu politiorum scriptorum pariter remota videntur; nam et hujus nullum vestigium superest praeter casus inferiores et illius locum obtinent composita *διάσφαξ, διάσφαγμα, διάσφαξις, αἱ διασφάξιες* Hippocr. Epidem. II. c. 121. p. 434. T. III. quorum postremum perrarum est et vix a Lexicographis animadversum, illud multorum usu tritum sed ambiguae modulationis. Jacobsius ad Aelian. H. Ann. I. 23, 10. *pro διασφαγάς*, inquit, *διασφάγας scripsi; est enim a nominativo διασφάξ*; et eodem modo correxerat Ruhnkenius ad Tim. p. 83. sed tacite; neque res in vado est. Arcadius quidem p. 18, 22. praecise *τὸ διασφάξ ὀξύνεται*, cui consentiunt Draco p. 19, 9. *τὰ ὀξύτονα συστέλλει τὸ ᾱ, διασφάξ, βλεφαροσπάξ*, et Anecd. Cram. I. 34. *τὰ εἰς ᾱξ βαρύνεται εἰ μὴ ἀπὸ ῥήματος εἴη, Φαίαξ, θώραξ, ἄναξ· τὸ δὲ διασφάξ καὶ ἀποσφάξ ἐπιῤῥήματα* scr. *ἀπὸ ῥήματος*. Et ex hac regula scribitur *τῆς διασφάγος* Lucian. Tragodop. v. 24. Schol. Lycophr. 314. *τὴν*

διασφάγα Strab. XI. 593. Plutarch. de Curios. I. 129. T. X. Aristid. XXII. 272. T. I. αἱ διασφάγες Oppian. Halieut. I. 744. Herodo. II. 158. III. 117. et adjective ἀποσφάγι βήσσῃ Nicand. Ther. 521. ἐρίφοιο νεοσφάγος idem ap. Athen. III. 126. B. pro quo Schneiderus in Fragm. I. tacite νεόσφαγος posuit. Sed ἀπόσφαξ, ἀπόσφαγος editum est in Anecd. Bekk. p. 1199. διάσφαγες Gregor. Corinth. p. 538. ubi alia hujus notationis exempla afferuntur, tertio τῆς διασφαγός in codd. Lycophr. v. 317. et 1062. διασφαγί Galen. de Admin. Anat. VI. 8. p. 141. T. IV. retento accentu simplicis, ut fit interdum in similibus: αἱ ἀποσχίδες Aretaeus de Cur. Acut. II. 2. 248. Oribas. de Fract. I. 81. τὴν ἀποσχίδα Galen. de Admin. Anat. VI. 12, 578. T. IV. τὰς ἀποσχίδας Hippocr. de Oss. Nat. IV. 3. 506. T. I. Epidem. II. 4, 456. T. III. Galen. de Us. Part. IX. 15, 145. T. III. de Uteri dissect. V. 895. T. II. de Facult. Med. Nat. II. 5, 94. T. II. τὰ σκέλη, ὧν τὴν διασχίδα διχάλαν λέγουσι Introduct. c. X. 707. T. XIV. Hippocr. de Fract. p. 130. T. III. παρασχίδας p. 102. sed αἱ ἀπόσχιδες de Oss. Natur. IV. 3, 507. T. I. ut codd. Strabonis XI. 539. ed. Tzschuck. Similiter πρόκνις legitur apud Eustathium et Hesychium in codice, si Schowius satis attentus fuit, ipso, προκνίς vero apud Photium et προκνίδες Athenaeus XIV. 653. A. librariis in diversum actis, quum Grammaticorum alii accentum simplicis servandum, alii autem retrahendum ducerent, quia simplicia σφάξ, σχίς, κνίς, defiunt v. §. 3. Verum de hoc satis. De declinatione nominum in αξ in Anecdotis Barocc. Musei Cantabrig. p. 418. traduntur haec: τὰ εἰς ξ μὴ μετὰ τοῦ γ (στράγξ) ἔχοντα καὶ τὸ α συνεσταλμένον, διὰ τοῦ κ κλίνεται, δράξ, σάρξ, πτάξ, σημαίνει δὲ τὴν πτῆσιν, πράξ, πάξ· ἀναλόγως ἄρα τὸ πλάξ πλακός, παραλόγως δὲ γλάξ γλακός, βοτάνη γάλακτος αὐξητική, quo loco pro πάξ scribendum σπάξ, pro πτῆσιν fortasse πτόησιν· namque πτάξ, ut ἅρπαξ, et actorem significare potest et actionem. Ῥάξ ῥαγός non adversatur regulae, quia alpha longum habet.

§. 7.

In αιξ quae desinunt, Etym. M. p. 243, 28. per opportunitatem alius quaestionis enumerat: ἀπέλειψεν ἡ γύναιξ εὐθεῖα· τὰ γὰρ εἰς αιξ κοινά εἰσι τῷ γένει, αἶξ, Γραίξ, Θρᾷξ. Numerum auget Theognostus Cram. II. 132. σπάνια τὰ εἰς αιξ, ἃ καὶ ὀξύνονται· αἶξ, Γραίξ, Ῥαίξ· καὶ τὸ Θραῖξ περισπώμενον, ὅπερ οὐδὲ ἐκφωνεῖ τὸ ι. Duobus omissis Eustathius p. 1922, 10. ὁ ταῦτα παραδοὺς (Herodianus, ut videtur) τὰ εἰς αιξ εἰς δύο μόνα περιγράφει, αἶξ καὶ Θραῖξ, nec plura Arcadius, qui αἶξ et Θρᾷξ ab Atticis circumflecti dicit p. 125, 6. Horum prius ubicunque inveni, oxytonum est Aristot. H. A. II. 2, 8. Theophr. Fr. XV. 3. Theocr. X. 3. Polyb. XII. 3, 9. Galen. de Comp. Med. Fac. XI. 1. 320. T. XII. Artemid. I. 79, 121. Longus III. 21, 90. etc. alterum modo perispomenon Xenoph. Anab. VII. 3, 26. Paus. V. c. 12, 5. 26, 3. Appian. Civ. IV. 136. lege synaeresis ἀπὸ τοῦ Θράιξ βαρυτόνου ὀνόματος Eustath. ad Dion. 322. Regg. Pros. N. 126. p. 449. Anecd. Cram. T. I. 25. modo oxytonum Polyb. V. 65, 9. Strab. XIV. 611. Appian. Civ. I. 116. Athen. VII. 272. F. XI. 489. A. Sext. c. Gramm. III. 288. Schol. Il. Ο. 741. ut Bekkerus scripsit Plat. Charm. p. 156. D. et in iisdem Regg. Pros. N. 6, 423. sancitur v. Goettling. ad Aristot. Polit. p. 406. De declinatione Anecd. Barocc. p. 418. τὰ εἰς ξ μονοσύλλαβα μετὰ διφθόγγου διὰ τοῦ κ κλίνεται, προίξ, γλαύξ, δαύξ (scr. Ταύξ), οὐχ ὑγιῶς δὲ τὸ γραίξ γραικός, ὑγιῶς ἄρα τὸ ῥαίξ ῥαικός, οὐχ ὁμῶς δὲ αἶξ αἰγός (scrib. ὑγιῶς ἄρα τὸ Γραίξ Γραικός, οὐχ ὑγιῶς δὲ τὸ αἶξ αἰγός· ἀλλ') ἐπειδὴ μόνα (μόνον) ἀπὸ φωνήεντος ἤρξατο· παραλλάξαν δὲ κατὰ τὴν ἄρχουσαν, ἤλλαξε καὶ κατὰ τὴν κλίσιν, quae eadem ratio affertur in Etym. Gud. p. 588, 22. Θρᾷξ generis communis esse Technico credimus vel sine exemplorum prolatione; nam similiter dicitur ἡ ἄναξ et ἡ Γραῖξ. Stephanus Γραῖκες παρὰ Ἀλκμᾶνι (Fragm. XCIII.) αἱ τῶν Ἑλλήνων μητέρες καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ ἐν Ποιμέσι (N. 455. Dind.). Ἔστι δὲ ἢ μεταπλασμὸς ἢ τῆς Γραῖξ εὐθείας κλίσις ἐστίν· quo nominativo Graeci fortasse nunquam usi sunt. Non major est numerus

nominum in αυξ. Herodianus π. Μον. p. 41, 21. οὐδὲν ὄνομα εἰς αυξ λῆγον θηλυκὸν ἀλλὰ μόνον τὸ γλαῦξ· προςέθηκα δὲ θηλυκόν, ἵνα μή τις τὸ Ταῦξ ἀντιθῇ· ἱστορεῖται γὰρ οὗτος ποταμὸς περὶ Σικελίαν. De accentu admonet Etym. M. p. 36, 53. οὐδὲν εἰς ξ περισπᾶται (adde ἀπὸ φωνήεντος ἀρχόμενον)· τὸ τοίνυν αἴξ ὀξύνεται, τὸ δὲ Θρᾷξ περισπᾶται καὶ τὸ Ταῦξ. Mantissam adjicit Technicus Anecd. p. 1230. πᾶσα αἰτιατικὴ εἰς α διφθόγγῳ παραληγομένη προπερισπᾶται, οἷον γλαῦκα, καῦκα, προῖκα, αἶγα, δαῖτα, sed illud καῦξ quid sit, nescitur; in Gloss. Cyrill. legitur καῦκα *patera*, quae καῦκος dici solet; apud Hesychium Κραυγή νόσημα παιδίων· καὶ γὰρ ἡ κραῦξ σεριφία ἐστὶν ἡ λεγομένη βασκανία, ubi quod Sopingius substituit γραῦς egregie convenit cum σεριφία, sed κραῦξ magis cum κραυγῇ clamosorum infantium, quam nutriculae, ut videtur, fascinantium livori tribuebant. Sed haec in conjectura posita. Ceterum in Etym. Gud. 512, 15. οὐδέποτε δίφθογγος εἰς διπλοῦν λήγει πλὴν τοῦ προίξ, manifestum est post δίφθογγον excidisse verba ἀπὸ τοῦ ο ἀρχομένη; nam ut cetera ignoraverit hujus canonis perscriptor, vulgatissimum nomen γλαύξ eum nullo pacto subterfugere potuit, de cujus tonosi attica [36]) Joannes p. 7, 26. multique alii loquuti sunt v. ad Phryn. p. 76.

§. 8.

Σπάνια τὰ εἰς εξ, κρέξ, ἐπίτεξ, Λέλεξ Eustath. p. 1922, 8. Theognostus II. 132. addit monosyllabum λέξ et p. 40. quae supra syllabam sunt: Βέβρεξ ὄνομα ἔθνους, ἀγχίτεξ, πινυτάλεξ, idemque hanc terminationem perraram esse testatur. Ex quo emergit, cur Graeci romanum *Simplex* in Σίμπλιξ verterint Dio Cass. LXV. 17. *princeps* in πρίγκιψ Niceph. Greg. III. 5, 42. A. Sed dispiciamus singula. Grammaticus in Anecd. Barocc. p. 418. quum docuisset nomina in ξ exeuntia vocali brevi per κ declinari, illico subjicit τί οὖν τὸ

36) Γλαῦξ Aristot. H. Ann. IX. 2. (1.) 3. sed ibidem II. 12. (11.) 14. et aliis locis γλαύξ ut Theophr. de Sign. Pluv. IV. 3, 798. Γλαῦξ — καὶ φυτόν τι Hesych. γλαύξ πόα γάλακτος γεννητική Paul. Aeg. VII. 234. 42.

φλόξ; οὐκ ἔστι μόνον ἀλλὰ καὶ τὸ λέξ λεγός, ῥηματικά, τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ φλέγω, τὸ δὲ ἀπὸ τοῦ λέγω, quo non exputo quid aliud significatum sit nisi Λέξ τὸ ἔθνος, quod Arcadius inter monosyllaba oxytona in ξ numerat, decurtatum, ut opinor, ex Λέλεξ, quod nomen λεκτούς hoc est, ut Strabo interpretatur, συλλέκτους τινὰς καὶ μιγάδας ostendere crediderunt. Βέβρεξ sine dubio idem nomen est, quod apud Stephanum scribitur Βέρεξ, ceteroqui ignotum; βρεκεκέξ aliorsum pertinet. Ἴλεξ, quod Hesychius affert, latinum est idemque macedonicum. Sed ad monosyllaba redeo. Nominativo κρέξ usi sunt Herodotus II. 76. Euphorio Fr. IV. 58. et Aelianus H. Ann. IV. 5. aviculam denotantes, quam Eustathius p. 1279, 47. a verbo κρέκω dictam censet satis probabiliter, quando κρέξασα κίσσα Anth. Pal. c. VII. n. 191. documentum praebet, κρέκειν de avium voce dici et κερκάς ab Hesychio exponitur κρέξ ὄρνεον. Κρέξ cirrum significans sive κροκύδα ortum videtur a secundaria ejusdem verbi potestate, unde κερκίς et κρόκη v. Scaliger. in Varr. VI. 244. Bip. Aliud hujus formae monosyllabum non suppetit praeter suspiciosum illud Hesychii Νέκες νεκροί, ἄνιαι, ἀρχαῖοι, νέοι, cujus pars referri potest ad νέακες, νεαροί, νεανίαι. In ειξ nullum exire graecum nomen affirmamus non solum nostra memoria freti, sed etiam veterum auctoritate: τὰ εἰς ξ λήγοντα ἀποστρέφονται τὴν ει δίφθογγον Etym. Gud. 338, 47. Neque est quod in ευξ terminetur. Theognostus II. 39. οὔτε ἡ ευ δίφθογγος εὑρίσκεται πρὸ τοῦ ξ. Saepius vero eta. Primum βήξ nomen duorum generum [37]), tum θήξ teredo, cujus genus conjectatur ex ceteris vermium nominibus ἴψ, θρίψ etc. Ad haec κήξ, quod feminine appellavit Homerus sed commune esse ostendit forma plenior καύηξ (κάηξ Lex. Apollon.) sive καύης

37) V. Thom. M. p. 151. ἡ βήξ Arist. de Animm. II. 8. p. 420, 34. cod. βῆξις, βῆχα ξηρόν Theophr. H. Pl. IX. 13, 2. Urbinas ξηράν, τοὺς βῆχας IX. 18, 1. idem τάς. Βῆχας χρονίους Geopp. XII. 30, 4. cod. χρονίας. Ἡ βήξ Hippocr. Epid. VII. 659. T. III. Phrynichus Athen. II. 53. A. Aristid. XXV. 312. T. I. Galen. Comm. in Aphor. c. 39. p. 64. T. XVIII. P. I. Paul. Aeg. II. 47. etc. ὁ βήξ Schol. Hippocr. T. II. 272. τὸν βῆχα Galen. Eup. III. 563. T. XIV.

et Ceycis mutatio in κήϋκα, quam ipsam scripturam in homerico loco codd. Vindob. et in Schol. Pind. P. VIII. 10. cod. Goetting. exhibet, videlicet κηΰξ monosyllabum, quemadmodum etiam nomen proprium, sive Alcyonae maritum sive Trachiniae regem sive alium significat in Schol. Lyc. 804. et alibi reperitur sine punctis diacriticis, quibus Bekkerus utitur Schol. Il. IX. 562. et Klotzius in Clem. Protr. IV. §. 54. (p. 47. Pott.) sed opus non est, non solum quia bisyllabum esse poetarum versus docent et barytonesis genitivi *Κήυκος* Apollod. II. 7, 7. Antonin. Lib. c. XXVI. Lucian. Halc. §. 1. Athen. V. 188. B. Schol. Theocr. VI. 57. sed et propter canonem; *κανών ἐστιν ὁ λέγων, οὐκ ἔστιν ἐπινοῆσαι τὸ η καὶ τὸ υ ἐν μιᾷ συλλαβῇ* Etym. M. 763, 4. excepta clisi et synaeresi v. Apollon. de Adv. p. 560. (*νηΰς, δηΰτε, ηὖτε*, quod ambigitur). Itaque ut syllaba ηυξ inter graecas recipiatur catalexes, non suaserim. Quomodo declinetur illud nomen, apparet ex Hesychio *Κῆκες λάροι*. Etymon latet, nisi avis a proprietate vocis denominata est, ut Eustathius censet verbum κηκάζειν hinc repetens, firmatque Oppianus Ixeut. II. 7. halcyones κήϋξ κήϋξ canere; aut a colore, ut Etym. M. 519, 14. ubi de adjectivo κηκάς agit, *οἱ δὲ κῆκα τὴν μελανίαν φασίν, ὅθεν Ῥωμαῖοι τὸν τυφλὸν κέκον λέγουσι·* sed fides non extat; nomen κνηκίς a Lexicographis redditur μελανία, nec multum distat aeque scrupulosum κηλάς. Contra notissimum est masculinum σφήξ vespa, quam Eustathius ita nominatam putat *παρὰ τὸ διασφάγα κατὰ τὸ μέσον ἔχειν*. Horum autem monosyllaborum duo praetermisit Theognostus II. 132. *εἰς ηξ μονοσύλλαβα τρία ἐστι, σφήξ, κήξ, ῥήξ*, sed unum βήξ ipse addit p. 41. nec ignorare poterat; ῥήξ autem, quod et in Regg. Pros. N. 127, 450. legitur, haud definiam utrum sit paraschematismus nominis ῥώξ sive ῥῆξις, an mendose scriptum pro δήξ vel pro δρήξ *στρουθός*, quod Vossius ad Hesych. s. *Δρῆες* ex Cyrillo affert; nam latinum ῥήξ, τοῦ ῥηγός Anon. de Fig. p. 696. T. VIII. ed. Walz. quod Byzantii ad se transtulerunt uno cum finitimo δούξ, Grammaticos mentione dignum habuisse non puto.

De nominibus in ιξ testes habemus idoneos: τὰ εἰς ιξ

μονοσύλλαβα συστέλλει τὸ ι ἐπὶ ὅλης τῆς κλίσεως, ἔχοντα δύο σύμφωνα πρὸ τοῦ ι, στίξ, πλίξ, θρίξ. Τὸ μέντοι ἴξ καὶ φίξ ἐκτείνεται ἐπὶ ὅλης Draco p. 27. et 93. Regg. Pros. p. 435. Nominis στίξ, quod exempli causa affert Arcadius p. 125, 6. a Schol. ad Il. III. 196. IV. 251. usurpatum, apud antiquiores duntaxat obliqui casus inveniuntur. Πλίξ Schol. Arist. Ach. 218. non solum τὸ βῆμα significare tradit, sed etiam τὸ ἀπὸ τῆς χειρός (fort. τοῦ ἀντίχειρος) ἐπὶ τὸν λιχανὸν δάκτυλον διάστημα. In Schol. Pal. Od. Z. 318. Δωριεῖς τὰ βήματα πλίχας καλοῦσι, semel hoc modo, bis πλίκας quod Buttmannus probat, scriptum est, parque vicissitudo aspiratae et tenuis in contiguis πλιχάς, quod Galenus Comm. in L. de Fract. II. 70, 321. T. XVIII. a nonnullis πλιγάς (ut a πλήσσω πληγάς) scribi perhibet, πλόκανον, πλόχανον, πλέγμα, πλοχμός, *plicare*, cujus principium *plica* nullum auctorem habet, sed pro eo *ruga* dicitur; neque nosceretur *plix*, nisi in Glossariis servatum esset Πτυχή *plix*. Quod sequitur φίξ, Bastius ad Greg. p. 748. vocabulum nihili dicit, pro quo φρίξ reponendum esse, oblitus Hesiodei φῖκ' ὀλοήν. Sed Draco fortasse utroque exemplo usus est, ut Grammaticus Leid. Valckenarii ad Ammon. p. 103. τὰ εἰς ιξ μονοσύλλαβα ἂν ἔχῃ τὸ φ, διὰ τοῦ κ κλίνεται, φρίξ, φίξ. Φρίξ in nominativo legitur Hippocr. de Morb. II. 284. T. II. ac, si lectio tralaticia valet apud Homerum ipsum, Ζεφύροιο ἐχεύατο πόντον ἐπὶ φρίξ, ubi altera scriptura ἐπιφρίξ id est φρὶξ ἐπιπολάζουσα constructionem turbat, probata tamen Eustathio Epist. XXVIII. 334, 87. λεπτή τις ὑπέτρεχεν ἐπιφρίξ. Obliquorum casuum exempla Jacobsius protulit ad Aelian. p. 544. ex poetis potissimum depromta; nam soluto sermoni aptius est φρίκη Hipp. de Morb. I. 201. III. 302. Epidem. VII. 694. T. III. Herodo. V. 134. Theophr. de Lassit. 17, 806. etc. Contrarium valet de πνίξ Hipp. de int. affect. p. 478. de Nat. Mul. p. 550. de Mul. p. 611. T. II. ἡ ὑστερικὴ πνίξ Paul. Aeg. III. 71, 119. et in proverbio μερὶς οὐ πνίξ Phot. τῆς ὑστερικῆς πνιγός Galen. Comm. in L. de Humor. II. 36, 339. T. XVI. pro quo τῆς ὑστερικῆς πνίξεως scripsit de Puls. XII. 489. T. VIII. de Locc. affect. IV. 6, 249. τὴν πνῖγα Hipp.

de intern. affect. p. 525. αἱ πνῖγες Aretaeus de Sign. Diut. II. 13, 183. Dioscor. I. 39, 60. Galen. de Antid. II. 13, 181. T. XIV. etc. sed multo rarius est ἡ πνιγή Philo Quod mund. incorr. p. 961. E. ὑστερικῇ πνιγῇ Paul. Aegin. III. 70. Haec autem omnia generis feminini sunt praeter ἶξ, quod masculinum esse non solum cognoscitur ex Alcmanis versu Fragm. CXXIV. ποικίλον ἶκα τὸν ὀφθαλμῶν ὀλετῆρα, sed etiam ex genere affinium vermiculorum ἴψ, θρίψ, κίς, σής, ψήν, quae quum universa genus nominis σκώληξ sequantur, non dubitamus idem tribuere vocabulis δήξ et τρώξ, quae Tzetzes ad Hes. Opp. 418. illis adjungit. Commune est ψίξ, cujus rectus casus legitur ap. Alex. Aphrod. Probl. I. 40. et in Gloss. Ψίξ mica. Photius et Suidas Ψίχες ἀρσενικῶς· ὁ δὲ Θεολόγος ψὶξ παραδραμοῦσα, quod ubi legatur parum memini, sed δὸς ψίχας ἀλλοτρίας scripsit in Carm. XLIII. p. 111. D. eodemque modo αἱ ψίχες Aretaeus Cur. Acut. II. 10, 290. Plutarch. de Profect. Virt. p. 248. T. VII. Alex. Trall. I. 14, 60. VI. 1, 272. Eustath. Epist. V. 312, 42. Anon. Progymn. p. 646, 16. in Rhet. Graec. T. I. Anecd. Bekk. 461, 25. Hesych. s. Ἀντάραχοι, quibus locis paroxytonum est ut et Galen. de Praenot. ad Epig. c. 10, 652. T. XIV. Paul. Aeg. IV. 21, 141. et femininum, sed τοὺς ψίχας ἑψηθέντας Alex. Trall. VIII. 1, 391. et producta priore Gregor. Carm. LI. p. 132. C. Verum hujus poetae auctoritas nulla, et cetera, quae per χος declinantur, iota breve habent, longum vero quae per γ et κ, excepto gentilicio Βρίγες, si quidem a Dracone stamus; Βρυγοί tamen et Βρυγῆϊς vocalem longam habent. Unum est quod consonam variat, φίξ, nomen boeotium ut Scholiastes ait ad Hesiod. Th. 326. doricum ut Festus s. Sphinges. Plato Crat. p. 414. D. ἀντὶ σφιγὸς σφίγγα καλοῦσιν, ubi Bekkerus pro σφιγός scripsit φιγγός, pro σφίγγα cod. φίκα exhibet; Hesychius Βίκας σφίγγας et Φίγα φίκα, σφίγγα, quarum formarum ea, quae syllabam penultimam positione longam habet, quo accentu notari debeat, difficilis est cognitionis. Theognostus Cram. T. II. p. 41. et 132. praeter haec affert τρίγξ εἶδος ὀρνίου ὅπερ τινὲς καὶ διὰ τοῦ λ γράφουσι στλίξ, quo nescio quid significari possit nisi *strix*, cujus exemplo Ver-

heyckius *στρίξ* sive *στρίγξ* Antonino c. XXI. et Hesychio reddidit, fortasse a graeco *τρίζω* derivatum. Ignotiora quaedam Hesychius promit: *Κρίκα κρίκον*, quod in metaplastis tractabitur; *Βρίξ εἶδος ἄνθους, οἱ δὲ περιστερεῶνα*, pro quo Schneiderus in Lex. Gr. Suppl. s. *Θριδακίνη* proponit *βρένθιξ*, neque scio ex multis hujus herbae vocabulis quod propius sit quam *τριξαλίς* Dioscor. Mat. IV. 60, 549. *βρίζα* vero a peristereone longius distat. Ad haec adverbii simile *Βλίξ συνεχῶς*, quod auctius sed non clarius reddit Theognostus Cram. I. 184. *βλίξ τὸ συνεχῶς βλιχᾶσθαι* [38]). Et *Φρίκες χάρακες*, nescio an pro *Φρύκες* id est *φύρκες* sive *φύρκαι* *furcae, valli*, quibus nomen est *φοῦρκος* et *ὕργαι* v. Aglaoph. p. 866. ubi quae allata est Hesychii glossa *Φύρκος τεῖχος*, ea quidem pertinet ad Thucydidis locum V. 46. sed eo loco *Φύρκος* est nomen topicum, proprie idem significans quod *φοῦρκος, ὀχύρωμα*, sicut vocabula plurima ex communibus facta sunt certorum locorum propria: *πύργος* Herodo. IV. 148. *χῶμα* Paus. VIII. 44, 4. et vulgo nota *ἴδη, ὕλη, ἕλος, δρυμός, πορθμός, ῥίον*. Restat quintum *Λίξ πλάγιος καὶ λίθος πλατύς*, et paullo ante *Λίγξ πλάγιος καμπτὴρ ἢ σχαστηρία*, cui interpretes vocabula similis formae et significationis apponunt, *λέκροι, λίκροι, λικριφίς, λεχριός* et latina *liquis, obliquus, sublica*. Moschopulus Sched. p. 166. *λίξ ἐπίθετόν*.

§. 9.

Οὐδὲν εἰς $\overline{\text{οιξ}}$ *λήγει ὄνομα πλὴν μόνον ἡ προΐξ* Herodian. *π. Μον.* p. 41, 19. *μόνον τὸ προίξ* Theognost. Cram. II. 132. ubi oxytonum est, ut multis aliis locis Demosth. c. Onet. I. 868, 10. c. Boeot. 1012, 23. Isaeus de Hagn. Her. 88, 13. Strab. IV. 172. Stob. Flor. LXXII. 5. p. 480, 30. Plutarch. de Aud. Poet. c. III. Ammon. de Differ. p. 145. Schol. Eur. Med. 945. Moschopul. Opusc. p. 125, 6. Hesych. s. *Φέρνη*, idque Arcadius tuetur p. 125, 6. et ratio ipsa, si ex

---

38) Hesychius *Ἐπίπλαξ συννεφὴς νιφετῷ*, et *Ἐπίβληξ συννεφής* fortasse adverbium est *ἐπιβλὺξ συνεχῶς*, quod pro re nata adjectivo *συνεχής* reddi potest.

προῒξ contractum est. Eustathius p. 321, 44. *στὶξ ἀπὸ τοῦ στείχω διὰ διχρόνου παραγόμενον, ἐπεὶ μηδὲν ὄνομα εἰς δίφθογγον λήγει μετὰ διπλοῦ ἀπαθῶς, διὸ καὶ ἡ τῆς γυναικὸς εὔθεια σεσίγηται, ἡ δέ γε προῖξ* (sic) *καὶ ἡ αἲξ ἀπὸ συναιρέσεως ἔχει τὰς διφθόγγους.* Neque paucorum est haec opinio sed fere in vulgus recepta, *προίξ* indidem compositum esse, unde *προΐσσομαι* clariusque quam latinum *prex*, unde oriunda sunt *procus* et *procax*, originis notam ostendere. Sed ab hoc absoleto *ἴξ* sive *ἶξις* compositum *προῒξ* utrum servet accentum simplicis an retrahat ac proinde *προίξ* scribendum sit an *προῖξ*, eadem est quaestio, quae de *διάσφαξ* et *διασφάξ* omnibusque similiter compositis agitatur. Properispasis accusativi *προῖκα*, quem *οἱ Ἴωνες διαιροῦντες πρόϊκα λέγουσι* Etym. M. 495, 32. nullius habetur ad probationem momenti; nam idem est accentus accusativorum *βεβῶτα, κερχνῆδα, κλᾶδα, πρῶνα* etc. quae nemo sic ut Bernhardy scivit ad Dion. p. 868. scribere animum inducet.

Τὰ εἰς ωξ ἅπαντα διὰ τοῦ ω γράφεται, πλὴν τοῦ φλόξ Etym. Gud. 554, 58. ubi excidit *καὶ τοῦ πρόξ*, quod Grammatico ignotum esse non potuit, neque praetermittitur ab Herodiano ap. Eustathium p. 1922, 8. *σπανίζεται τὰ διὰ τοῦ οξ φλόξ, πρόξ*, quibus Theognostus II. 40. addit *κρόξ*, fortasse Hesychio usus auctore *Κρόξ κρόκος*, vel quia Hesiodus *κρόκα* dixit pro *κρόκην*, Antipater Thess. *κρόκες* pro *κρόκαι*. Nominativo *πρόξ* usi sunt Aristoteles de Part. Anim. IV. 2. p. 676, 27. Hist. Anim. II. 15. p. 506, 22. Schol. Apoll. II. 279. Suidas s. h. v. et s. *Πρόκα*, nulla cum generis notatione; pro hoc etiam *προίξ* dici testatur Etym. M. 689, 15. quod in composito *Προικόννησος* apparet v. Wessel. ad Diod. XIII. 49. Krueger. ad Dionys. de Thuc. p. 69. Bernhardy ad Dion. p. 923. Cum metaplasto *κρόκα, κρόκες*, maximam similitudinem habet *πόκες* Arist. Rann. 186. *τίς εἰς τὸ λήθης πεδίον ἢ εἰς ὄνου πόκας*, quae graecus interpres ita edisserit: *φαίνεται παροιμιῶδες εἶναι ὄνου πόκον τὸ ἄχρηστον· οὐδὲν γὰρ αἱ τοῦ ὄνου πόκες χρησιμεύουσι.* Sed Buttmannus Gramm. §. 56. Adn. 13. locum Utopicum probabilius asini tonsuram (*πόκαι*) quam asini vellus sive floccos (*πόκοι*) dici ju-

dicat repudiato metaplasmo, cujus patrocinium equidem non suscipiam, sed illa probabilitas mihi parum explorata videtur nomenque tonsuram significans dubito an ποκή potius quam πόκη scribendum sit. — Sequitur terminatio υξ, cujus decem exempla profert Theognostus Cram. II. 132. νύξ, στύξ, Φρύξ, Βρύξ, σφύξ, στρύξ, τρύξ, πτύξ, λύγξ, λύξ. Dimidio minus sed definito genere et numero Helladius Photii C. 279, 874. πέντε εἰσὶ μονοσύλλαβα εἰς υξ λήγοντα θηλυκά, τρύξ, στύξ, νύξ, πτύξ καὶ πνύξ, quorum ultimum per κ declinari, duo prima per γ, reliqua per χ, nam genitivi νυχός formam apparere in πάννυχος, sed pro χ inductum esse antistoechum kappa et huic adjungi literam formandis genitivis destinatam νυκτός, ut ἄνακτος et γάλακτος, qua de re quae in Etym. Gud. 558, 32. traduntur: τὰ εἰς υξ διὰ τοῦ γ κλίνεται· πλὴν τοῦ νύξ, librariorum incuria truncata sunt; nativa nominis forma elucet non solum e compositis et derivatis αὐτονυχί, νυχαυγής, νύχιος etc. sed etiam ex adverbiali νύχα id est νύκτωρ, νυκτί, apud Hesychium, et paragogico νύχος, quod Lexicographi graeci νύξ, σκότος interpretantur. Nominativi τρύξ et στύξ leguntur non raro, posterius quidem pro nomine proprio; appellativo τῆς στυγός, αἱ στύγες, Aeschylus et Theophrastus usi sunt. Πτύξ, πτυχή ab Hesychio et aliis Grammaticorum refertur; Schol. Phoenn. 84. πτυχας, ἐὰν μὲν ἀπὸ τοῦ πτύξ, πτύχας, ἐὰν δὲ ἀπὸ τοῦ πτυχή, πτυχάς, unde sunt πτυχαί Inscr. Corcyr. N. 1907. Corp. Inscr. ἀναπτυχαί et διαπτυχαί, nec mirum hujus vocabuli exempla pleraque esse pluralis numeri v. Matthiae ad Bacch. 62. cui hoc solum assentior, πτύξ apud bonos Graecitatis auctores non reperiri temereque Elmslejum pro πτύχας apud Tragicos ubique πτυχάς invexisse. Neque βρύξ testimonio ullo nititur, de quo Schol. Od. Ε. 319. τὸ ὑπόβρυχα εἴτε ἐπίῤῥημα εἴτε ἀπὸ τοῦ βρύξ, προπαροξύνεται, quod sequutus Oppianus ἐς νεάτην βρύχα dixit; sed Schol. Il. I. 461. δίπτυχα ὡς ὑπόβρυχα. Idem esse videtur, quod apud Hesychium legimus, Βύξ βύθος. Haud testatius est ejusdem Λύξ λύτρον, et accusativus τὴν πύγα Aristot. Physiogn. VI. 810. 1. in quo codices omnes consentiunt et congruit compositum λισπόπυξ

Eustath. p. 1288, 46. Addatur his *Γρύξ ὁ ῥύπος τοῦ ὄνυχος* Suid. et Hesych. quibus verbis particulam *γρῦ* explicare solent, geminumque ap. Etym. Gud. p. 130, 10. *γρὺξ παρὰ τὸ γρύζειν, ἰσχυρὸς ἐν τῷ ἁρπάζειν καὶ ἀνασπᾷν τὴν θήραν,* quae interpretatio convenit in nomen *γρύψ;* postremo *φὺξ παρὰ τὸν φύξω μέλλοντα* Etym. M. 802, 46. quod ambigo utrum adjectivum an substantivum esse voluerit; illud non extat usquam nisi cum praeverbio compositum *πρόςφυξ,* alterum Ptolemaeus in homerico *φύγαδε* superesse sibi persuasit v. Schol. Il. *Π.* 697. sed merito desertus est. Ethnica sunt *Βρὺξ* et *Φρὺξ,* suspecta quae Theognostus admiscet p. 132. *στρὺξ* et *σφὺξ,* quorum prius fortasse est nomen herbae *στρύχνον,* alterum pro *πνὺξ* subrepsisse videtur.

Εἰς ωξ μονοσύλλαβα πέντε εἰσὶ βῶξ, πτῶξ, ῥῶξ, πρῶξ, ὦλξ Theognost. p. 40. *σπάνια τὰ εἰς ωξ, πρῶξ* (sic), *βῶξ, ῥῶξ ὃ διὰ τοῦ γ κλίνεται* Herodianus Eustath. p. 1922, 5. uterque praetermittens simplex *τρὼξ* (nisi ille pro *ὦλξ* scripsit) cujus singularis non invenitur, sed *τρῶγες θηρία ἐν τοῖς ὀσπρίοις* Phot. qui et *τρῶκται* dicuntur Hieracosoph. p. 131. et *τρωξαλλίδες*. Ac vermiculi nomen haud dubie masculinum est; femininum vero substantivum *τρῶγες τρῶγλαι* Hesych. ut *γρώνη* a *γράω,* unde et *γραβὴ βόθρος* Hesych. duci potest et latinum scrobs id est *locus exesus,* nisi utrumque cum *γλάφω* cohaeret. Neque omittendum erat *πρὼξ ἡ πρωΐνη δρόσος ἀπὸ τοῦ πρωΐ* Schol. Theocr. IV. 6. quod doricae adscribitur dialecto v. Gregor. p. 274. perperam a Lexicographis nostris masculinis adnumeratum v. Callim. H. Ap. 41. Ac *γλῶχες* quoque huc referri meruit ex Hesiodo Scut. 398. quod in nonnullis libris *περιγλῶχες* scribitur, eodem, ut arbitror, genere signatum quo affinia *γλῶσσα* et *γλωχίς*. Sed revisamus ad Eustathium. *Ῥὼξ* illud, cujus solus superest apud Homerum accusativus *ῥῶγας,* femininum esse et ratio probat et auctoritas Eustathii ipsius l. c. alterum vero, quod modo acinum significat modo uvam, utrumque genus participat: *γλυκυσίδης ῥῶγες πυῤῥοὶ εἰσιν ἐσθιόμενοι* Dioscor. Eupor. II. 111. p. 309. et aliis locis ad Phryn. p. 76. allatis; diversitas autem accentus, quam Suidas tradere videtur, *ῥὼξ εἶδος φα-*

λαγγίον, ῥῶξ κόκκος καὶ εἶδος πέτρας, librariis imputanda. Minus recte Gregorius p. 419. Ionibus tribuit βῶξ, quae est vulgaris forma; hoc eruditior Athenaeus VII. 286. E. ionice βόηξ dici, attice βόαξ παρὰ τὴν βοήν, idoneis confirmat testimoniis; quo loco et VIII. 356. B. codices aliquot βώξ exhibent deleta contractionis nota, et genitivus utriusque numeri βωκός et βωκῶν Anecd. p. 991. et 1200. acuitur tanquam a nominativo non contracto, sed hoc idem fit in Θρᾳκῶν et similibus, ac diserte Arcadius p. 125, 4. τὰ εἰς ξ̄ ὀξύνεται, τὸ δὲ αἶξ οἱ Ἀττικοὶ περισπῶσι καὶ τὸ Θραίξ καὶ βώξ. Joannes Philoponus de Creat. Mund. L. V. 1. 563. βῶξ λέγεται βόαξ τις ὢν τοῦ ο̄ καὶ τοῦ ᾱ συνῃρημένων, ἐξ ὧν καὶ περισπωμένην ἔχει τὴν προςῳδίαν αὐτὴν (ἅτε) σύνθετον οὖσαν. Theognostus l. c. εἰς ω̄ξ ὀλίγα, πτώξ, πρώξ, ὦλξ, βῶξ ὃ καὶ μόνον ἐκ πάντων περισπᾶται· παρὰ γὰρ τὸ βόαξ cf. Anecd. Bekk. p. 1159.

§. 10.

In ξ̄ non purum quae terminantur, haec sunt: στράγξ ὁ διὰ λεπτοτάτης ὀπῆς σχολῇ κατιὼν σταλαγμός Schol. Arist. Nubb. 131. cujus nominis solus mihi notus est accusativus potissimum e proverbio κατὰ στράγγα ῥεῖν Aristot. de Plant. II. 9. p. 829, 20. Theophrast. H. Pl. IX. 18, 9. Galen. de Usu Part. V. 16, 415. T. IV. Comm. in Aphor. c. 48. p. 153. T. XVIII. P. I. Eustath. Opusc. p. 295, 20. ὕδατος στράγγα Menander dixit, μικρὰς στράγγας Meleager. Hesychii Λάγγα ἡ τῇ τροφῷ διδομένη μερίς, cui latinum *lanx* apponunt, fortasse cum λαγχάνω cognationem habet, a quo λόγχη ducitur, id est μοῖρα. Ejusdem glossam Πλάγγας sive ut cod. exhibet Πλάγας τὰς συμπληγάδας πέτρας tuetur ordo literarum. Stephanus Λίγξ ποταμὸς Μαυρετανίας· τινὲς δὲ Λίξον γράφουσι. Lix vocatur apud Geographum Ravenn. v. Tzschuck. ad Pomp. Mel. III. 10, 6. p. 378. sq. Urbis in eadem regione sitae τῆς Λιγγός mentio est Strab. XVII. 826. ubi duo codd. Λυγγός praebent pariter discrepantes p. 829. ubi editum est πρὸς τῇ Τιγγί. Λίγξ et σφίγξ supra attigimus; famosissimum κόγξ, de quo nuper multus

ultro citroque fluxit sermo, Aglaophamus rite composuit condiditque sepulcro T. I. 775. *Πτύγξ* avis nomen semel legitur Arist. H. Ann. IX. 13, 3. nec scriptura constat. Sed in omnium usu versatur nomen *λύγξ*, quod quum affectum ventriculi significat, generis est communis: *ἡ λύγξ* Thuc. II. 49. Plat. Symp. 185. D. Aristot. Probl. XXXIII. 6. Aret. de Cur. Acut. II. 4, 269. *τὴν λύγγα* Plat. l. c. rarius *τοῖς λυγξί* Galen. de Art. Med. XX. 356. T. I. quae forma tanquam attica praefertur vulgari *λυγμός* v. Phot. et Thom. Ferae nomen quum apud Latinos communis sit generis, idem de graeco existimandum videtur; quomodo declinetur docet Theodosius Anecd. p: 996. *τὸ λύγξ, ὅτε μὲν τὸ ζῶον δηλοῖ, διὰ τοῦ κ κλίνεται, ὅτε δὲ τὸ πάθος διὰ τοῦ γ.* Sed et ab hoc propagatur verbum *λυγκαίνειν*, quod Suidas *ἀναλύζειν* interpretatur, et e contrario pro lynces *λύγγες* exhibent codd. plurimi Aristot. H. Ann. V. 1. p. 538, 23. Mirabb. c. 75.[39]) et aliis locis v. Mueller. ad Tzetz. v. 1125. Jacobs ad Aelian. p. 277. ad Philostr. p. 479. *τὰς λύγγας* — *τὸ λυγγούριον* Plut. de Sol. Anim. IV. 146. T. XIII. ut saepius scribitur lyncurii nomen v. Spanhem. ad Call. H. in Dian. 89. et Maussac. ad Psell. de Lap. p. 4. nec raro in herois nomine media apparet pro tenui. *Λύγξ τὸ τόξον* Hesych. Schneiderus in Lex. s. *Λίζω* depravatum putat ex *λίγξ*, quod certe intelligi potest quomodo ortum sit. — In *λξ* num ulla vox finita sit nimis quam dubium videtur; namque eo, quod Hesychius aliique antiquorum tradunt *ἀλκί ἀπὸ εὐθείας τῆς ἄλξ ὡς σάρξ*, non efficitur ut nominativus in consuetudinem receptus fuerit, cujus si exempla innotuissent Technicis, ad explicandum *ἀλκί* et *ἄλκα* neque metaplasmi neque apocopae excusatione usi fuissent; quo accedit alia ratio. Romani quidem *calx, falx*, non repudiarunt, etsi in diastasi praetulerunt molliora *alsi, fulsi* etc. nisi quod nonnulli, ut Priscianus ait, perfectum verbi mulgeo *mulxi* scribere conati sunt. Sed Graecis contra *ἄλξις, ἔπαλξις, Ἀλξίων, ἕλξω*, offensione non fuerunt, displicuit vero

39) Hoc loco pars codd. *λύγα* praebet et Theognostus p. 132. *λίξ* conjuncte cum aliis in *υξ* recenset.

earundem literarum, in una syllaba comprehensio. Nam ὦλξ illud, unde accusativum ὦλκα arcessunt, non extat nisi apud Grammatices doctores; Philoxenus ἐν τῷ περὶ μονοσυλλάβων ap. Orion. p. 120, 11. ὄψ, inquit, παρὰ τὸν ἕψω μέλλοντα· ὡς ἀπὸ τοῦ ἕλξω ἕλξ καὶ τροπῇ ὄλξ καὶ ἐπεκτάσει ὦλξ, quod si ita esset, ὦλξ scribi deberet, ut legitur ap. Theognostum p. 132. sed Grammatici vulgo circumflectunt ut ex ἄλοξ contractum cum translatione consonantium, ut neutra ἦρ, κῆρ, ὦρ Eustath. p. 573, 29. 956, 9. Philemo §. 312. Itaque Arcadio p. 126, 5. et Grammatico in Anecd. Barocc. p. 418. ὄλξ et ὦλξ relinqui possunt ut scholae inventa. — In ρξ exeunt σάρξ, pro quo Aeoles σύρξ dixerunt ἐτυμώτερον, παρὰ τὸ σύρω σύρξω, ut ait Etym. M. 708, 31. sed quis subsignabit? et δόρξ sive ζόρξ, quod in Anecd. Bar. l. c. reponi debet pro βόρξ. Prioris nominativus usitatissimus est, alterius fortasse apud solos legitur Grammaticos. Neque νάρξ extat sed accusativus νάρκα apud Oppianum, et pluralia ab Hesychio relata Φάρκες νεοσσοί ac Φόρκες (furcae) χάρακες.

§. 11.

Superest litera ψ ceteris paullo abundantior. Nam ἡ ζάψ a Simmia, Euphorione aliisque verborum obliviorum venatoribus usurpatum est v. Meinek. ad Euph. p. 57. Aglaoph. p. 1184.[40]) et in communi usu positum φάψ, quorum prius τὴν ζέουσαν significare creditum, alterum cum φέβω cognatum videtur (φάβα φόβος Hesych.) ut synonynum τρήρων id est pavida cum τρέω. Adhuc Grammatici turbam ignotorum vocabulorum concient; Regg. Pros. N. 67, 436. ἐν τοῖς εἰς αψ μονοσυλλάβοις τὸ δράψ ἐκτείνεται παρ' Ἀριστοφάνει (Dindorfius omisit) καὶ τὸ λάψ παρὰ Ταραντίνοις, ἡ δὲ γράψ καὶ φάψ θηλυκῷ γένει συστέλλουσιν. Arcadius p.

40) De Simmiae versu Clem. Strom. V. 674. ἀμασιγνήτων καὶ Τελχίνων ἔφυ ἡ ἀλυκὴ ζάψ quum fere desperatum sit, periculum faciam tanquam in Care: μνάμονας (sive μνάμους) Ἰγνήτων Τελχῖνας ἄφυσσ' ἀλυκὴ ζάψ. Sic enim fama fert, Telchines undis haustos esse. Eosdem tamen alii posteros Ignetum fuisse prodiderunt.

126, 18. τὰ εἰς ψ μονοσύλλαβα ὀξύνεται, κνάψ ὁ δειλός, μάψ ὀρνεόν τι, quae si forte omissa esset designatio, quid tam veri simile videretur, quam μάψ illud ipsum esse, quod Strabo VIII. 364. inter apocopae exempla homerica refert, Grammaticos sequutus qui μάψ e μαψίδιον sicut ἄψ ex ὀπίσω extitisse affirmarunt. Adeo lubrica est vocabulorum sine interpretatione traditorum tractatio. Interim si conjecturam periclitari libet, δράψ e δράπων sive δραπέτης coactum cumque Δρώπτης ἀλήτης Hesych. cognatum videtur, γράψ fortasse idem est quod γραπίς membranam sive exuvias serpentum significans, quae quum nomen habeant γῆρας et senecta, γραπίς illud crediderim nihil aliud esse quam γραῦς, ut vocatur ἐπίπαγος sive rugosa lactis mellisque crusta, quae et γραυίς dici potest id est anicula. Λάψ Eustathius p. 898, 9. in λαίλαψ versum dicit reduplicata syllaba ut παιπάλη, παιφάσσω. Id vero nomen si quis a Grammaticis originationis gratia fictum putat, aliud sub manu est consilium; nam ut delta et lambda permutantur in δάφνη, λάφνη, laurus, δεῦκος, omisso gamma pro γλεῦκος, Ὀλυσσεύς, *adeps*, ita sumi potest, tarentinum λάψ esse latinum *daps*, graecum δαίς, adjectivaque δαψιλής et ἀμφιλαφής et inter se et cum illis vinculo quodam cognationis contineri. Κνάψ quo redigam nescio; nisi forte scripsit γνύψ contractum ex γνύπεσος sive γνύπων ut κνώψ pro κινώπετον. Neque discrepat significatio; γνύπετοι δειλοί Anecd. Bekk. p. 233, 10.

In αιψ nullum nomen terminari colligitur ex Theognosti verbis Anecd. Cram. II. 135. Bekk. p. 1418. τὰ εἰς εψ μονοσύλλαβα διὰ τοῦ ε γράφεται· ἔστι γὰρ τὸ κλέψ ὃ δηλοῖ τὸν κλέπτην, καὶ τὸ φλέψ καὶ τὸ σκέψ, quorum ultimum ex Hesiodeo loco οἳ σκέπα μαιόμενοι derivatum esse eo credibilius videtur, quod Proculus hoc σκέπα ex σκέπασμα imminutum putat, ab aliis in numero metaplastorum relatum ut φύγα, κρόκα Schol. Il. VIII. 157. Eustath. 1080, 17. Huic praemissum κλέψ et Zonaras in ordinem recepit p. 1217. nec praetermisit Phrynichus App. p. 11, 31. ἄτριψ παρὰ τὸν μέλλοντα ὡς ἅρπαξ κλέψ καὶ βούκλεψ καὶ τέξ καὶ ἐπίτεξ, quae tantum abest ut monosyllaborum istorum usum compro-

bent, ut ea duntaxat ad explanandam compositorum originem et analogiam fingi appareat, sicuti adjectivo *παραβλώψ* simplex praestruitur *βλώψ* a *βλέψω* v. Orion. p. 86. Zonar. l. c. etc. Declinationis regulam tradit Anonymus Schedogr. p. 335. T. III. Anecd. Boisson: *τὰ εἰς ψ διὰ τοῦ π κλίνεται πλὴν τοῦ λίψ ὁ ἄνεμος, νίψ ἡ κρήνη, φάψ καὶ φλέψ,* quod masculine enunciavit Nonnus XLVII. 111. *φλέβες οἰδαίνοντες,* ipsaque terminatio utrique generi pariter apta. Diphthongorum inquisitionem nobis remittit Etym. M. 481, 3. *τὰ εἰς ψ τὴν δίφθογγον ἀποστρέφεται,* neque multum ponderis tribuam Hesychii testimonio *Σκοίψ ψώρα,* quae interpretatio cum *scabies, κνύζα,* congruit. In *ηψ* terminatum unum solum indagavimus *σήψ,* quod ubi putredinem significat idem genus habet quod paragoga *σῆψις, σηπεδών.* Apud Hippocratem, unde Erotianus p. 324. affert, hodie non reperitur, sed Diosc. I. 68, 73. *εὐχρηστεῖ εἰς τὰς σῆπας.* Serpentis nomen, cujus nominativus legitur Paus. VIII. 4, 4. Artemid. II. 13, 164. Aelian. H. Ann. XVI. 40. masculine dicitur Aristot. Mirab. c. 164. feminine Schol. ad Nic. Ther. 517. eademque in latino sermone diversitas. Idem aut simile nomen Zonarae reddendum pro *Ῥήψ, ὄνομα ζώου,* ubi in cod. Aug. *ῥίψ* scriptum. — Terminationis *ιψ* tria exempla promit Etym. M. p. 568, 13. *λίψ σημαίνει τὸν ἄνεμον καὶ τὴν ἧτταν παρὰ τὸ λείπω καὶ τὴν λιβάδα παρὰ τὸ λείβω· κνίψ, κνιφὸς καὶ κνιπός, Νίψ νιβός, ὄνομα κρήνης,* quatuor Arcadius p. 126, 19. *ἴψ ὁ σκώληξ, λίψ, νίψ ὄνομα κνίσσης (κρήνης) καὶ κνίψ.* Prosodiae nos certiores facit Draco p. 53, 16. et Regg. Pros. n. 66. *τὰ εἰς ιψ μονοσύλλαβα μακρὸν ἔχει τὸ ι ἐπὶ ὅλης τῆς κλίσεως, διὸ ἡ λιβὸς γενικὴ σημειῶδης ὅτι συστέλλεται.* Id certissimum est de nomine venti Libyci, quod est generis masculini; feminini, quod ille affert, cum verbo *λείπω* cognati inclinamentum nullum reperitur, nec magis homonymi, quod Hesychius e latebris vetustatis protraxit *Λίψ ἐπιθυμία,* cujus qui flexus fuerit ex latino *libeo* colligi potest. Sed quod addit Hesychius *καὶ πέτρα ἀφ' ἧς ὕδωρ στάζει,* a verbo *λείβω* ductum, unde latina *liquo* et *lix* (germanicum *Lauge*) saepius legitur non de loco quidem sed pro

λιβάς sive *λίβος*, ejusque genitivo *λιβός* et accusativo *λίβα* Aeschylus usus est Choeph. 292. et Fragm. N. 65. Dind. Theognostus in Ind. Anecd. p. 1402. *Νίψ Νιβός ὄνομα κρήνης*. Photius et Suidas *Νίβα χιόνα· καλεῖται δ' οὕτω καὶ κρήνη ἐν Θράκῃ*, unde fortasse urbium nomina *Νίψα πόλις Θράκης* Steph. et *χῶρος Θεσσαλονίκῃ τῇ Μακεδονίτιδι γειτνιῶν Νίβας* Aelian. H. Animm. XV. 20. sicut alia loca nomen *Κρήνη, Κρηνίδες, Κρουνοί, Πηγαί, Λείβηθρα*, adepta sunt. Neque quidquam hinc distat appellativum *νίψ χιών*, quod ita ex usu recessit, ut veteres accusativum *νίφα* ex *νιφάδα* mutilatum tonumque retractum crederent v. Procl. ad Hesiod. Opp. 530. Joann. p. 12, 20. etsi apertum est, *νίψ, χέρνιψ*, ad *νείφω, νίπτω*, *nimbus* et genitivum *nivis* eandem rationem habere, quam habent *nix, ninguis, ningo* ad *νίζω*, cujus futurum, si extaret, *νίξω* foret, unde nix pendet et auctius ninx, ningis, ut conjunx, Meninx, *φόρμιγξ, ἄστριγξ* v. ad Phryn. p. 72. quanquam ninx ipsum non receptum est, sed quia a *νίψ* qui oriuntur casus, produci non possunt, praesternitur producendis obliquis. *Σκνίψ κλίνεται διὰ τοῦ π καὶ διὰ τοῦ φ, κνίψ δὲ διὰ τοῦ π μόνον* Cherobosc. in Etym. M. 718, 19. Zonar. p. 1310. *οἱ κνῖπες* Aristoph. Avv. 590. Aristot. H. Ann. IV. 8, 15. *τοὺς σκνῖπας* IX. 5. (3.) 4. et eodem loco *κνιπαλόγος* ut in libro de Sens. V. 444, 12. *κνίπας* editum, pro quo codd. complures *σκνίπας* et *σκίπας* exhibent, contra quam Theognostus narrat Anecd. Cram. p. 135. Bekk. p. 1418. b. *σκνίψ ὁ μὲν Ἀριστοτέλης μετὰ τοῦ σ λέγει, οἱ δὲ λοιποὶ χωρὶς τοῦ σ*, sed et Galenus de Simpl. Med. IX. 1. 187. T. XVII. *οἱ σκνῖπες*, aliique; *μυῖαι καὶ σκνῖφες* Orig. c. Cels. V. 582. B. et in versione Alexandrina; *τοὺς κνῖπας* Anton. Lib. c. 14. v. ad Phryn. p. 399. Haec vermium nomina *σκνίψ, ἴψ, θρίψ*, masculina sunt; *ἡ θρίψ*, quod Wyttenbachius mirabatur ad Plut. de Discr. Adul. p. 422. Menandri versu jam sublatum est p. 198. commune vero *ῥίψ-ἡ ῥίψ* Eustath. 1533, 53. *ταῖς ῥιψί* Aristot. Probl. XV. 6. paullo post *τοῦ ῥιπός*, et *ῥίπεσιν οἰσυΐνοις* Nonn. XL. 461.

In *οψ* perpauca desinunt; nam Hesychii glossa *Δνόψ χιτῶνος εἶδος, βάθος·* dubitatione non vacat; neque fidem in-

venerunt, qui homericum τρόφι, ut Apollonius refert in Lexico, oxytonos scripserunt ὡς ὀπί, ἀπὸ εὐθείας τῆς τρόψ. Igitur sola restant ὄψ ἡ φωνή, διὰ μικροῦ Hesych. et ὄψ ἡ ὄψις, quod Aristoteles Poet. XXI. aphaeresi imminutum dicit οἷον τὸ κρῖ καὶ τὸ δῶ, Straboque loco notissimo VIII. 364. cum aliis hujus affectionis affert exemplis, uterque, ut videtur, Grammaticorum more loquutus, qui *gubernacula* quia longe usitatius est quam *guberna*, rite et legitime formatum, alterum affectum dicunt; id quod ad Δωδώ, Συρακώ, Μέσση transferri licet. Perinde clarum est, ἄλφιτον, πηδάλιον, γλαφυρός, τρόφιμος derivativa esse, ac si quis principia eorum nominum anquiret effabilia, recta ad illa ipsa deducetur, quae, quia a communi usu repudiata sunt, propterea decurtata vocantur[41]). Sed aliter se habent κρῖ et δῶ. Nam si prioris exemplum nullum extaret, κριθ-ή nemini non primitivum videretur peraeque ut πίθ-ος. Ac si κρῖμνον derivati speciem habet, tamen etyma ejus plura reddi possunt, κριβ, κριμ[42]). Verum ut hoc quoque concesserim, κρῖ vel fuisse primitivum vel ex nominibus κριθή et κρῖμνον probabiliter exsculpi potuisse, tamen δῶ, quod Gregorius cum Ποσειδῶ confert, veteres autem per omnes casus et numeros immotum traducunt, *suam*

41) Graeco πηδόν appositissimum est *gubernum*, quod ipsum radices suas in Graecia habere videtur propter accentum nominis κυβερνήτης. Ἄλφι Aristoteles eo loco, ubi sola tria in ι terminari dicit, silentio praetermittit v. Dissert. III. c. 1. §. 2. fortasse quia postrema sui parte truncatum putavit.

42) Κρῖμνον κατ' ἀποκοπὴν ἀττικὴν κρῖ Moschopul. Sched. p. 156. quod et Scholiastes Il. *E*. 196. a κρίμνον potius quam a κριθή repetit propter epitheton εὐρυφυές. Prudentior utroque scriptor Epimerismorum in Anecd. Cram. I. 255. κρῖ ἡ κριθὴ οὐ κατὰ ἀποκοπήν, ἐπεὶ οὐ περιεσπᾶτο ἄν, ἀλλὰ κατὰ διώνυμον ὥςπερ ἡμέρα καὶ ἦμαρ. Apollonius Lex. Ἀρίσταρχος οὐ κατ' ἀποκοπὴν εἰρῆσθαι ἀλλὰ μετεσχηματίσθαι, quae Albertius ad Hes. T. II. 347. per errorem Photio tribuit. Κρίμνα πύρινα, κρίμνα κριθίων saepius legitur apud Hippocraticos de Nat. Mul. p. 587. de Morb. III. 322. τὰ ἁδρομερῆ κόμματα τοῦ σίτου κρίμνον ὀνομάζεται Theophil. de Urin. p. 55. eodemque accentu Galen. de Med. Simpl. VII. 54, 45. T. XII. Lycophr. 607. etc. sed rectius fortasse κρῖμνον Athen. III. 126. C.

do, χρύσεα δῶ, non dubitabo licenter corruptum dicere ex δῶμα, quod veteres per syncopen effectum esse sumunt ex δόμημα, sed nostra sententia ut δόμος, δομή, δέμας, a δέμω proficiscitur sive potius a δείμω sicuti κῶμα a κεῖμαι. Quo si ulterius progredi verbumque δέω fundamenti loco substruere volemus praeeunte Hesychio Δεσμός σῶμα, μορφή, tamen nulla est via, qua δῶ hinc derivari possit. Id igitur certum apocopae exemplum numero, pariterque δαιμόνιος ἧλ, quo significari videtur ille ἀδαμάντινος ἧλος, quem summis verticibus figit dira necessitas, re vera ἀπόκομμα λεξειδίου esse arbitror ut ψό pro ψόθος, si verum dicit Photius, ut ludicra illa Palladae Epigr. XCII. θῶ, κνῆ, κρᾶ, quod genus ab Epicharmo comico introductum ferunt v. Suidas s. Ἄλφι[43]). Sed cetera cur apotrocta dicantur, nullam causam esse video. Namque ὄψ ad ὄψις eandem rationem habet quam ἄμυξ ad ἄμυξις, λίψ ad λεῖψις, ac si auctores habet minus antiquos, speciem certe gerit simplicissimam atque antiquissimam. Neque de duabus formis, ἄλφι et ἄλφιτον, ambigi potest utra sit vetustior. Similiter a Μέσση propagatum videtur Μεσσήνη, ut a Λίσσος sive Λίσσα v. Hoeck. de Creta T. I. 388. Βλισσήνη Schol. Odyss. III. 293. et ab aliis stirpibus γαλήνη, εἰρήνη v. Suid. s. Ὑπήνη et Lennep. ad Phalar. CVII. 308. Δωδώ autem non longius quam Δωδώνη abest a nomine fluvii Δώδων, unde appellata esse dicitur v. Steph. sicut Cyrene a Cyra fonte, Syracusae a Συρακώ stagno v. Goeller. de Syrac. p. 82. Denique Εἰδῶ, Ὑψώ, Ἀφρώ, Δωρώ, nemo propterea, quod Ὑψιπύλη, Δωροθέα et cetera leguntur, minoris adnumerabit. Sed absolvam pensum.

In υψ duo novimus avium nomina, γύψ Lucian de M. Peregr. §. 39. cui Atticistae αἰγυπιός praeferunt v. Suid. s. h. v. Anecd. Bekk. p. 354. et γρύψ Athen. XI. 496. E. Inscript. Att. Class. II. n. 139. ubi est instrumenti domestici nomen; saepius vero obliqui, falso plerumque accentu, in quo scriptores ipsos errasse exemplo est Gregorius Carm. LXIII. p. 151.

---

43) Num quod Suidas affert Τυρόκνη ἡ μάχαιρα, ex ejusmodi fonte profluxit? Ὁμοκλή et ἐπίκλην ad alium locum pertinent.

B. *νεκροὺς ἀμφιέπουσι γύπες*. *Τρύψ* inauditum est, sed Zeunius in Nic. Alex. v. 44. *ὅτε νέκταρ ἐΰτριβι κιῤῥὸν ἀφύσσῃς*, scribere conatus est *ἐνὶ τρυβί*, Scholiastae vestigia sequens *οἶνον πυῤῥὸν ἐν τρυβλίῳ*, quod ipsum nomen non habet quo referri possit nisi *τρύψ*, (trua, trulla) *τρύβλη*, ut *τρώξ* v. §. 9. *τρώγλη*, *ζεύξω*, *ζεύγλη*. Sed fortasse ille *νέκταρ ἐνὶ τρυγί* scripsit significans *τρυγίαν*· nam ut *εὔτριβι*, quemadmodum Lexicographi nostri volunt, pro *εὐτριβές* positum credatur, nullo pacto impetrari potest. *Στύψ*, quod Theognostus Cram. II. 134. adnectit, nisi librarius erravit pro *στύψις* vel *στύπος* stipes, unde *stupidus*, valere videtur. Gentilicium *Ῥύψ* enotavit Stephanus: *Ῥύπαι καὶ Ῥυπαία, ὁ πολίτης Ῥύψ*. Pluralis urbis *Ῥῦπες* legebatur Strab. VIII. 387. ante Tzschuckium, qui e cod. Mosq. paroxytonum edidit, ut et aliis locis scribitur v. Adn. ad Hesych. s. *Ῥύπες*, Siebelis ad Paus. T. III. 123. et in exitu senarii Aesch. Fragm. N. 315. — Sequuntur ultimo loco nomina in *ωψ*, quorum regulam tradit Moschopulus Sched. p. 105. *ὁ ὤψ ἀπὸ τοῦ ὄψομαι, κατὰ ἀποκοπὴν καὶ τροπῇ τοῦ ο εἰς ω· τὰ γὰρ εἰς ωψ ἀρσενικὰ μονοσύλλαβα πάντα διὰ τοῦ ω γράφεται, ῥώψ τὸ κοινῶς ῥωπάκιον, θώψ ὁ κόλαξ, σκώψ εἶδος ὀρνέου, κλώψ καὶ ἕτερα· κλίνονται δὲ πάντα διὰ τοῦ ω. Ὄψ δὲ ἡ φωνή, οὐκ ἀρσενικόν ἐστι. Ὤψ*, quod Wyttenbachius ad Plut. de Aud. Poet. p. 271. a nescio quo *ἔοπα*, veteres a futuro repetunt v. Etym. M. s. v. et Zonar. p. 1494. masculinum est Aret. Cur. Ac. I. 5, 217. *ἢν ξύμπας* (sic cod. Fabr.) *πιαίνηται οἱ ὤψ* et *εἰ ὦπες οἴδε* de Sign. Diut. I. 15, 116. *φίλοις ὤπεσσι* Maxim. v. 157. *τοὺς ὦπας* Athen. VII. 287. A. IX. 367. A. Maximus Planud. in Carm. Boeth. X. 3. (ubi Weberus errat) Etym. M. s. *Εὐρύοψ*, s. *Γλαυκῶπις* et s. *Ἑλίκωπας*, sed femininum *τὴν ὦπα* s. *Ὑσσωπος* et s. *Ἐνωπῇ*, neutrum *τὰ ὦπα*, quod Bekkerus in Plat. Crat. p. 409, C. ex aliquot codd. rescripsit, non reperi; neque huc referam, quod Aretaei codd. Harlej. et Vatic. exhibent *ξύμπαν*· nam id adverbii loco positum videtur. Nominis proprii *Ὤψ* genitivus ter legitur in Odyssea prima circumflexa *διὰ τὴν ἀντέκφρασιν πρὸς τὸν ὀφθαλμόν* Schol. Od. I. 429. sed Hesychius *Ὠπός*

ὄνομα γενικῆς πτώσεως, διὸ καί τινες ἠξίωσαν ἀναγινώσκειν Ὠπός ὡς Θρᾳικός. Σκώψ ὁ σκώπτης· Ἀριστοτέλης δὲ χωρὶς τοῦ σ Theognost. Cram. T. II. p. 136. Θώψ et κλώψ testium satis habent, quo praesidio carent λώψ ἡ χλαμύς Hesych. unde λῶπος propagatum, κνώψ ὁ τυφλός Suid. quod cum σκνιπός sive σκνιφός ἀμυδρῶς βλέπων componendum videtur, νώψ ὁ ἀσθενὴς τῇ ὄψει Hesych. et Zonar. p. 1412. cui nihil magis appositum quam Νενώπηται καταπέπληκται Phot. Ultimum explicabilium est κνώψ τὸ κινώπετον, cujus obliquos casus Nicander ter usurpavit, semel feminine; hinc κνωπεύς ὁ ἄρκτος, κυνοῦπις ὁ ἄρκτος, κίκνωψ θηρίον Hes. et fortasse alia fluxerunt. In Schol. Nic. Th. 887. Κνωπὸς ὁ Ἰσμηνὸς εἴρηται ἀπὸ Κνῶπος (sic) τοῦ Ἀπόλλωνος, lectio incerta; andronymicum est ὁ Κνωπός Athen. VI. 258. F. Pro μώψ ὁ μὴ ὀξυδορκῶν Hes. et Cyrill. μύωψ reponunt; γῶπας κολοιούς Μακεδόνες Hes. inexplicatum relinquunt. Adde huc Κρῶπες demi attici nomen v. Steph. s. Κρωπία, et ignorabile δρώψ, quod Grammaticus Meermannianus p. 662. profert monosyllaba ab Aeolibus circumflecti docens; idemque, ne diffidas, Hesychius interpretatur ἄνθρωπον, a verbo δρώπτειν, δρωπάζειν Apollon. de Adv. 549, 23. ut opinor, quia *facies homini tantum* Plin. XI. 37. Cujus si memores fuissent etymorum aucupes antiqui, nomen ἄνθρωπος, quod adjectivum esse declarat constructio ἄνθρωπον ἦθος Schol. Il. Ω. 58.[44]) non ab ἀναθρεῖν sed ab ἀναδρώπτειν sive ἀναδρᾶν id est ἀναβλέπειν duxissent; quod paullo sublimius interpretatur Cicero Legg. I. 9. *nam cum ceteras animantes abjecisset ad pastum, solum hominem erexit ad coelique conspectum excitavit.* Δρόψ illud, quod legitur in literatura metrica[45]), Porphyrius in MS.

44) Eodem fert motio ἀνθρωποτέρα τέχνη Galen. Utr. Med. an Gymn. XXXI. 866. T. V. nisi ἀνθρωπινωτέρα scripsit.

45) Hanc Clemens στοιχειωτικὴν τῶν παίδων διδασκαλίαν vocat, quod Bentlejus ita accepit, certandum fuisse pueris, ut sententiam istorum verborum quovis modo indagarent. Quis autem homo sanus pueris ejusmodi Abracadabra interpretandum proponat? Sic potius statuendum

Bentleji Ep. ad Mill. p. 493. nonnullos ὄψον accipere dicit, alios ἄνθρωπον, δρῶπες γάρ οἱ ἄνθρωποι λέγονται. Quod utcunque est, nomen Δρωπίδης Plat. Charm. 157. E. Diog. La. III. 1. non aliunde ductum videtur. In ψ non purum unum desinit χρέμψ, pisciculi nomen semel apud Aristotelem lectum H. Ann. IV. 8, 10. sine ulla aut generis aut declinationis nota nec constantis scripturae: nam in Vat. χρέψ legitur, in aliis omissum, a Schneidero uncis interclusum est. Δόρψ autem, unde nonnulli homericum δόρπα declinatum putarunt Schol. Il. XXIV. 447. ex vano conflatum.

Monosyllaba in vocalem desinentia ad ultimum rejeci, quia perpauca sunt et obsoleta aut ex barbaria accepta; primum illa, quibus Grammatici syllabas finales detractas putant, ῥᾴ, βρί, λί sive γλί Hesych. Haec autem neque declinata sunt unquam neque adjectivorum modo usurpata, sed adverbialiter ut praepositiones loquelares λά, λαί, ἄρι, ἔρι, μάσι, et ut adverbia, αἶψα, ὀψέ, γάλι ἱκανόν Hesych. id est ἅλις, ἶφι[46]), ἄγχι[47]), αὖρι, ὕψι, πάνυ, τῆλυ, μάψ (quod apotroctis adnumeratur) πύξ etc. quae ipsa sunt principia vocabulorum ἀρείων, λίαν, βριθύς, βριμός, μάτις, *magnus*, ὕψος, αἰψηρός etc. assumtis literis ad pronunciandum necessariis, α, ι, υ et σ. Nam ἀέ, τῆλε, ὀψέ, procul dubio recentiora sunt quam aeolica αἴ, τῆλυ, ὄψι, quod comparet in compositis ὀψιμαθής etc. ut priora in ῥᾴθυμος, λιπόνηρος, λιώλεθρος, βριήπυος cf. Anecd. Bekk. p. 30, 31. Schol. Apoll. III. 860. Neque certum apocopae argumentum praebet aeolicum βρᾴ, quod Apollonius de Adverb. p. 567. negat existere potuisse nisi ex βρᾴδιος, quia beta illud non praeponatur nisi sequente dentali,

---

est, pueros, quo absolutius os fieret et expressior sermo, *nomina quaedam versusque affectatae difficultatis ex asperrime coeuntibus inter se syllabis concatenatos et velut confragosos quam citatissime volvere jussos esse* Quintil. I. 1, 37.

46) Passovius dativum nominis ἴς esse putat; sed is est ἰνί. Terentianus: *ἶνα quam Graeci vocamus, vim jubet me dicere.*

47) Idem esse videtur ἀμφί, quod praepositionis accentum habet, mutatis antistoechis ut πάγχυ, πάμφι. Conf. ἀμφισβητεῖν et ἀγχισβατεῖν, ῥύγχος et ῥάμφος.

excepto βράκος. Sed βρᾶναι affert Grammaticus Leid. Gregorio subjunctus p. 689. ac si id quoque rejectum fuerit, tamen vocabulum solivagum, primaeque positionis vereor ut ex communi analogia judicari possit. Si quis tamen illa neutra esse malit, id quod Vossius ad H. H. in Cer. 318. de μεσσηγύ statuit [48]), equidem non praecise negem aliquando in usu fuisse adjectiva βρίς, λίς, ῥηΐς, πρωΐς, et extat certe λίς alio intellectu, neque id refellam accentu nominis ῥά, si modo illud concessum fuerit, ea adjectiva manca esse et obsoleta. Cetera aut propria sunt eaque peregrina pleraque Λά, Χνά, Φνά, quae Goettlingius circumflecti jubet sicut literarum nomina πῖ, νῦ etc. de Accent. p. 116. 126. et Addend. p. 407. Σμύ Plutarch. de Is. LXII. 189. ῥᾶ (ῥῆον ut μῆον), σποῦ, φοῦ, aut epiphthegmatica βᾶ, μᾶ, πᾶ, quae quo facilius ab interjectionibus μῦ, φῦ, βή, ψό distinguantur, appellativa sive προςηγορευτικά (Schol. Il. VI. 518.) cognominare libet. Aut omnino, quid sint, nescitur, ut pleraque Hesychiana: Θρώ λιμός, Κλά (post κλειδοῦχος) κλινάριον, Σκώ παιδίσκη, cujusmodi nonnulla in priore quoque reperiuntur genere, quod in consonam exit.

CAP. II.

De formatione nominum primitivorum in σ, ξ et ψ exeuntium.

§. 1.

Exposita hujus universi generis varietate conjectura est perfacilis, quonam in argumento versati sint veterum Technicorum ii, qui de monosyllabis scripserunt. Etenim et genus

---

48) Hoc sumto μεσσηγύς nominativus masculini erit, pariterque ἰθύς, εὐθύς, sicut veterum nonnullis ἄνεως et ἀκέων casus recti adjectivorum visi sunt, quibuscum latina versus, prorsus, secus, fors, recens, deinceps, conferri possunt. Nobis credibilius videtur, illa sigma adscitum habere ut πέρυσι, πέρυτις, αὖθι, αὖθις, αὖθιν, χῶρι, χωρίς, γάλι, ἅλις, ἄντικρυς etc.

horum vocabulorum ambiguum et accentus instabilis et declinationis imparilitas et quorundam casuum defectus beatulis illis, qui antiquitatis copias adspexerunt illibutas atque integras, uberrimam praebuerunt disputandi materiam. Ac fortasse jam in vetere illa Grammaticorum controversia, quae fuit de analogia et anomalia sermonis, haec agitata est de monosyllabis quaestio. Tryphonis quidem memoratur liber *περὶ τῆς ἐν μονοσυλλάβοις ἀναλογίας* v. C. I. §. 1. quam huic generi abjudicasse videtur Chaeris; nam in Schol. *N.* 103. ubi accentus genitivorum *θώων, παίδων* etc. disceptatur, postrema verba *Χαῖρις δέ φησιν οὐκ εἶναι ἐν τοῖς δισυλλάβοις ἀναλογίαν*, res ipsa demonstrat sic scribenda esse *ἐν τοῖς μονοσυλλάβοις*, aut certe significari inclinamenta monosyllaborum. Sed nobis propior cura, unde nata sint et quo traducta. Veteres quidem a futuro verbi repetunt; *γλαύξ ἀπὸ τοῦ γλαύσσω* Schol. Il. *P.* 172. *ἶψ ἀπὸ τοῦ ἴπτω* Schol. Aesch. Prom. 365. *ῥίψ* et *ῥώψ* a *ῥέπω* Sch. Arist. Pac. 699. *δώς* a *δώσω* Orion. 48, 4. et item alia *ἅλξ, δόρξ* etc. subscriptorem nacti Coraium Atact. T. I. 165. Nos e diverso persuasum habemus, sigma illud non e longinquo repetitum sed in primo vocabuli satu receptum esse fingendis masculinis et femininis, *δώς, κράς, ἅλς, στίξ, λίψ, φάψ, ὄψ*, neutris in unam trium vocalium, quibus vocabula primitiva finiri possunt, deflexis, *κάρα, γάλα* (utrumque eadem metathesi effectum), *ὕφα, λίπα, ἄλειφα, μέλι, ἄλφι* [1]) *γλάφυ, φῖτυ*. Hae autem ipsae termina-

1) Stirps vocabuli sine dubio est *ᾱλφ*, cognata cum verbo *ἄλφω, ἄλδω*, alo, non *ἀλφιτ* ut Buttmannus sumit Gramm. p. 213. Nec ferri possunt, quae idem comminiscitur themata, *μελιτ, γαλακτ*. Tau prioris vocabuli cliticum est, ut in latinis Ditis (*Διός*), dotis, ut d̄ in lapidis, n̄ in tendinis, r̄ in gloris (vires, speres, regerum), quae sunt propriae Romanorum literae cliticae; Graeci solis utuntur dentalibus *δαΐδος, χάριτος, ὄρνιθος*. Nam *ν̄* in uno apparet pronomine *τίνος*, quod totum ab analogia recessit; *κτενός* a *κτήν* (ut *μεὶς* et *μήν* mensis, mensor) profectum videtur potius quam a *κτένς*, quia in stirpe *κε—άζω* literae *ν* vestigium nullum, nisi *κτεὶς* nomen participiale est, quod in declinatione tau (*κτεντός* ut *θεντός*) abjecit ut *πρίονος*. In *ἕνς* eandem literam magis thematicam esse apparet ex paragogis *οἴνη*, oenus. Genitivus *γάλακτος* guttu-

tiones adverbiis quoque redditae sunt ἀμύξ, προτύψ, ἀναμίξ, ὀκλάξ, μίγα, κρύφα, λίγα, ἄγχι, ἶφι, τῆλυ, eaque temporis progressu novis aucta sunt incrementis, μιγάδις, κρυφάδις, κρυφηδόν etc. exemplo eodem, quo nominum stirpes informes et inchoatae articulationis causa terminationes ascivere vocaliores, ἄλφιτον, ἄλειφαρ, ὕφασμα, quibus demtis nomina eum adverbiis in unum confluunt, nam λίπα et pro λίπος dicitur et pro λιπαρῶς, neque ἄμυξ ab ἀμύξ distat nisi accentu. De monosyllabis quod dixi, idem de bisyllabis intelligi debet, quorum syllaba posterior ad ipsam stirpem pertinet ἄβαξ (infans), βάβαξ, ἄμυξ, ὄνυξ, ὄρυξ. Veteres vero non haec solum a futuro repetunt, sed eandem rationem ad verba quoque derivata transferunt, ἅρπαξ, σάλπιγξ, κήρυξ, ἐλπίς, γῆρυς, ἰσχύς, ab ἁρπάξω, ἐλπίσω etc. arcessentes, etsi fieri potest ut ἐλπίς et *spes* prius natum sit quam ἐλπίζω et *spero*. Hujusmodi autem nominibus duarum et ultra syllabarum Graecorum sermo affluit, βάσταξ, κάμαξ, σάλαξ, ἀῤῥάβαξ, χάραξ, ἕλιξ, ἴλιγξ, φοίνιξ, στήριγξ, ἄμπυξ, πομφόλυξ, ἀμάρυγξ [2]) et quae in ς purum desinunt, ἅλυς, ἀχνύς, ἄρκυς, ἄρπυς, ἀχλύς, ἰθύς, οἰζύς, τονθρύς, φῖτυς, quae omnia quidem ver-

---

ralem a nominativo γλάξ translatam, tau auxiliare habet ut νυκτός, δάμαρτος, κλέπτω (clepo), πτόλις, ipsumque latinum *lacte* (ut *osse*), pro quo, si *lac* masculinum esset aut femininum, *lactis* diceretur ut Capenatis, Sarsinatis. Nominativum *lact* merito explosit Struvius de Decl. et Conjug. p. 20. sed de apocope non minus errat, quam ceteri qui Capenas, Arpinas, Urbinas, cujas, summas, nostras, ex Capenatis etc. concisa putant. Grammatici graeci haec ad anadromen retulissent ut κάρβανος, Ἀδρύμητος, χαροπός, μάρτυρος, nos paragogis adnumeramus, ut famulus, morigerus, facilis, discordis, vulturis etc. Num cui probari potest *Campas genus*, *Arpinas iter* per concisionem ortum esse ex Campate, Arpinate? Immo brevior forma eadem principalior habenda.

2) De industria praetermisi animantium nomina a sonis naturalibus ducta ἔποψ, κόαξ (rana), ἶβυξ, ἴτυξ ὄρνεον Suid. (fortasse illud, in quod Itys mutatus est) ἴυγξ, κόκκυξ, πίφιγξ, πώυγξ sive φώυξ, τέττιξ, τέτραξ, μέμβραξ v. Schneider. ad Aristot. T. III. 387. et ad Aelian. X. 44. quorum nonnullis verba adjecta sunt, τετράζειν, τιτίζειν, βαβράζειν etc. Praetermisi autem propterea, quia, nisi in omnibus, certe in upupae, ranae et cuculi nomine consona nativa inesse videtur.

balia sunt atque adeo literas finales cum verbi cognati futuro communes habent, neque tamen cogi potest, ut ab hoc fonte derivata sint, quia multa reperiuntur, quae gutturalem sigma praecedentem manifesto foris ascitam habent. Etenim ut primum de adverbiis dicam, in futuro communi eorum verborum, a quibus *ἀπρίξ*, *ἐπιβλύξ*, *ὑράξ*, ducta creduntur, literae gutturalis vestigium nullum inest, ac si quis *ὑποδράξ* vocalem a *δράω*, unde *ὑπόδρα*, consonam a *δέρκω* accepisse putat, tamen hanc vel sua sponte et sine ulla verbi antecessione subnasci potuisse ostendunt *ἀντάξ ἐν μέρει* Hesych. (nisi *ἀνταλλάξ* scripsit) *ὑπαντάξ* et paronyma, *γνύξ*, *εὐράξ*, *μουνάξ*, *κουρίξ*. Idemque apparet e nominibus; nam ut largiamur *θρίξ* a dorico *θρίξω* repeti posse, at certe *φλέψ*, *κῆρυξ*, *μῆρυξ*, *μήριγξ*, gutturalem non a principiis suis *φλέω*, *γηρύω* (*γῆρυς ὅθεν καὶ κῆρυξ* Hesych.), *μηρύω* acceperunt, sed extrinsecus ut mordex, scaturex s. scaturix. Quare sic potius existimandum consonas, quas adverbia et nomina cum futuris communes habent, non ab hoc tempore ad illa translatas, sed omnibus aequaliter proprias et nativas esse, quippe jam in stirpe verbi obscure adumbratas. Etenim cur a tribus simillimis praesentibus *ζέω*, *νέω*, *ῥέω*, tria oriantur dissimillima futura, quid tandem causae esse potest nisi quaedam primitivorum diversitas, quae in praesentis conformatione delitescit, apparet autem et promitur in derivatis? Itaque a *ψίω* duci potuit *ψίξ* cum anticipatione ejus literae, quae in *ψήχω* emergit, a *φλέω* *φλέψ*, vocali *υ* quam nomen *Φλεύς* praefert [3]), in consonantem versa ut in *δεύω* *δέφω*, *δέω* *δεύω* *ἐπιδευής*, debeo, debilis. Et eadem ratione ab *ἀλάομαι* *ἀλύκη*, elucus, *ἀλάλυγξ* i. q. *ἄλυς*, ab *ἐρύω* *ἐρίκω*, *ἔρυγξ τὸ ἔρκος* Hesych. cujus exiliorem formam nomen montis *Ἔρυξ* reddit i. q. *ἔρυμα* ut *Τμῶλος ἔρυμα Λυδίας* Eur. Bacch. 55. ut et *mons* cum *μύνη* *moene* cognatum videtur; a *μηρύω* (*μηρύκω*, *μηρυκῶμαι*) *μήρυξ* piscis, quem Aristoteles *ἀπὸ τοῦ ἔργου* vocatum esse ait, a *νύω* (*νέφω*) *νύξ* *nubs*, quae est solita labialium et gutturalium vicissitudo. Etenim talpa vulgo dicitur

---

3) Photius *Φλεβάζειν βρύειν* cf. Schneider. Lex. Gr.

σπάλαξ sive ἀσπάλαξ, attice autem σκάλοψ v. Comment. ad Aristoph. Ach. 879. a verbo σκάλλω, ut creditur; avis quaedam ἀσκάλωψ et σκολόπαξ v. Schneider. ad Eclog. Phys. p. 41. ad Aristot. T. IV. 131. neque differunt γλίχομαι, λίπτομαι, libeo, γλίξαι id est ἐπιθυμῆσαι Hesych. unde λίχνος ortum videtur; ad haec ἴψ et ἴξ v. Niclas. ad Geopp. V. 53, 6. Barker. ad Etym. p. 1093. (in adnot.) ὄψ vox, νίψ nix, ῥώξ rupes (interposita vocali ut sepes, scrobes, nubes, navis, copis, jugis pro ζύξ) σκνίψ cinips (ciniphes), κώνωψ culex, σμῶδιξ et μώλωψ a σμάω, unde σμώνη plaga, φλίβω fligo, λείβω liquo, ὀπός sucus, quibus cognata videntur sapor, nesapus, insipidus, insubidus; ἧπαρ jecur, ἵππος ἴκκος, connivi connixi, et fortasse a καλύπτω κάλυξ [4]), a τήξ, quod hodie non legitur, tabes [5]). Itaque tria distinguimus nominum genera; unum quod stirpi verborum primitivorum sigma, commune formationis instrumentum, adjungit: κλείς, δαΐς, ναῦς [6]), φλέψ. Alterum, quod eandem literam sed inserta simul vocali addit, vel puram ἐλπίς, ἀχνύς, vel implexam mutae, quae in verbi motione asciscitur, σύριγξ, ἀμάρυγξ, nisi si dicere praestat syllabas ιξ et υξ sive υγξ prosschematismo potius af-

---

4) Hesychii Κάλυγες τὰ ἔμβρυα idem esse videtur, quod κάλυκες, ut ὄρτυκες pro ὄρτυγες Anecd. p. 1400.

5) Forfex quoque sola specie differre puto a forceps v. Boettiger. Sabin. T. I. 313. quo quum proprie significetur fabrorum ferrariorum instrumentum, quod graece θερμαυστρίς id est formicapa dicitur v. ad Aj. p. 358. postea nomen ad alia decussata translatum est ob formae similitudinem; ab eadem forma denominata sunt κάρκινος, cancer, cancelli, κιγκλίδες. Hesychius Κάγχαλος κρίκος ὁ ἐπὶ ταῖς θύραις, Σικελοί· quem vulgo ῥόπτρον appellant v. Harpocr. A κρίκος derivatum κίρκινος circinus, qui et κάρκινος dicitur.

6) A νάω, νέω, νεύσομαι Grammatici v. Anecd. Cram. I. 290. recte derivare videntur et νῆσος et ναῦς sive νεῦς, νᾶς τῆς ναυός Etym. M. cujus synonymum est πλωτή v. Corais ad Aelian. p. 314. id est ἡ πλέουσα, ἡ νηχομένη. Ab eodem verbo νέπους, ναύπους et ναυσίπους i. q. νηξίπους composita, quorum pars posterior non pedem sed πορείαν significat v. Dissert. V. §. 12. not. 98. Neque aliunde νῆσσα ducitur Schol. Arist. Avv. 566. anas a nando Varr. de L. L. V. 13. et fortasse ψῆσσα piscis planus a ψάω, quia speciem rasi, ἀπεψημένον, habet.

fixas, quam ex futuri (συρίξω) declinatione anticipatas esse. Est enim tertium genus, quod et vocalem et consonantem additiciam habet: σκάλλω σπάλαξ, ἄνω ἄναξ (ut a verbis synonymis κράντωρ et τελεστής id est ἄρχων in Inscript. Elea XI. p. 26. Corp. Inscr. Vol. I.), σαίρω σήραγξ, φάρω φάραγξ (vorago) et φάρυγξ (ut ἀλάλαγξ et ἀλάλυγξ), πήσσω πάσσαξ (πάσσαλος pessulus), σάλλω σάλαξ, πλήσσω πλάστιγξ Galen. Gloss. p. 546. Haec autem si a verbis repetimus, utique verba intelligi volumus non omnibus suis partibus perfecta et absoluta sed stirpes et quasi semina verborum. Ut certum quiddam exempli causa ponam, βλάξ et deinceps μαλακός ac μαλάσσω ortum esse dico ab etymo μαλ, quod ex μωλύς, mollis, malva, μαλάχη, μολόχη, pellucet. Hoc autem μαλ quum ab ore et auribus Graecorum abhorreret, quumque, quod proximum erat, μάλς, displicuisset ob terminationem uno exemplo ἅλς parum excusatam, unum supererat μάλαξ, sed hoc quoque cessit incertum qua de causa breviori βλάξ· namque μάλξ non magis probarunt quam ἅλξ. Denique synaeresin sequuta est productio vocalis alpha natura brevis, sicuti πέρω πρήσσω, πέτω πτήσσω, σκέλω σκληρός, θάνω θνῆσις, δάμασις δμῆσις, δαματήρ δμητήρ. Neque negamus fieri posse, ut nonnulla illorum nominum, quae verbalibus adnumeramus, a nominibus ortum habeant hodie amissis, ut δρώπαξ, δόναξ. Eademque dubitatio de χάσκαξ, τρύφαξ, βόαξ, illincine ducta sint, ut latina vorax, verax, edax, emax, an a nominibus unde plurima talia, a triloclitis μῦς μύαξ, δρῦς δρύαξ, σῦς σύαξ piscis (ut σύαινα) v. Intpp. ad Hesych. s. Σύβακα, ab aliis terminationibus ἔρνυξ, φαύσιγξ (φυσαλίς), φώτιγξ (αὐγή). A protoclitis πλάτιγξ, στόρθυξ, σχίδαξ, πόρπαξ, a ψύλλος ψύλλαξ (pulex), a φάλος (palus) φάλαξ sive φάλαγξ (palanga), a πτέρον πτέρυξ, a ψῆφος φηφίς, ψῆφαξ, ψήφιγξ, quod Etym. M. cum λάϊγξ contendit, a κόχλος κόχλαξ [7]), quod ab

7) Corais ad Heliod. p. 3. idem esse putat quod κάχληξ, κάχλιξ. Utriusque origo fortasse latinum calx (calculus), unde reduplicatum κάχλιξ.

eodem cum μύρμος (vermes) μύρμηξ, ἱέραξ [8]) et νέαξ [9]) componitur; tum θρόνος (θρᾶνος) θόρναξ ὑποπόδιον Hes. quod et θράνυξ sive θρήνυξ dicunt et θρῆνυς· nam ξ et σ in hac terminatione alternant: διφράς-δίφραξ, θυννάς (θυννίς) θύνναξ, θυλάς (θυλλίς) θύλαξ, λιθάς-λίθαξ, νοσσάς (νοσσίς) νόσσαξ, συβάς-σύβαξ, ψιάς-ψίαξ, ῥυάς-ῥύαξ (ῥοίαγξ et ῥύμιγξ, id est torrens), βεμβίς-βέμβιξ v. Schol. Nic. Al. 182. ἶβις-ἶβιξ, κύστις-κύστιγξ [10]), μάστις-μάστιξ, μάστιγξ, πεζίς-πέζιξ, πεμφίς-πέμφιξ, quae permutantur in Lycophr. v. 686. et 1106. ῥηνίς (ἀρνακίς) ῥήνιξ, quod Passovius perperam pro ῥήν valere dicit, στροφίς-στρόφιγξ, σπινθαρίς-σπινθάριξ sive σπινθάρυξ v. Adn. ad Apoll. Rh. IV. 1544. [11]) τροφαλίς-στροφάλιγξ v. Schol. ad Nic. Ther. 697. χάλις-χάλιξ, μῶλυς-μῶλυξ id est *mollis*, unde μώλυγερ τὰ ἄνοζα ξύλα (enodia) Hesych. postremo ὄρνις-ὄρνιξ, quod doricum perhibent fortasse ob declinationem singularem [12])

---

8) Hesychius Κέρκαξ ἱέραξ, quod ad κίρκος referendum. Idem Κύλλας (κύλλα) σκύλαξ Ἠλεῖοι.

9) Haec ab adjectivis oriunda ut λεῖαξ, χαύναξ, ψίλαξ. A σκαιός σκάνιξ, id est ἐπαρίστερος (σκανεύεσθαι ἐπαριστερεύεσθαι Hes.) et a cognato σκαμβός non solum σκάμβυκες σκόλοπες Hes. ut vallus a varus, sed etiam σκαμβάλυξ cum epectasi ut αἴθυλιξ (non αἰθόλιξ) ταρβάλυξ a ταρβύσσω sive ταρμύσσω (non ταρβήσσω) et a βόμβος non modo γωνιοβόμβυξ sed et βομβυλίς, πομφόλυξ, quod Etym. M. a παφλάζειν repetit, a στρόφιγξ στροφάλιγξ, a πίφιγξ πιφαλίς. Ad idem illud σκαιός revocandum σκάνδυκες σκόλοπες Hesych. ubi perperam σκάνδυνες editum, et σκάνδαλον, id est transtillum.

10) Significationis differentia, quam Galenus tradit in Gloss. κύστιγγα κύστιν σμικράν, apparet etiam in λάϊγξ.

11) Aeque indisereta sunt σάνδιξ et σάνδυξ, σκάνδιξ et σκάνδυξ, πέλιξ sive πέλλιξ et πέλλυξ, πέμφιξ et πέμφυξ.

12) Ad hujus similitudinem ficta videntur nomina specialia cornix, coturnix, spinturnix. Ipsum ὄρνις et conjugata ὀρταλίς, ὀρτάλιχος, a verbo ὄρω, ὄρνυμι, descendere veterum opinio est multo probabilior ea, quam Boppius profitetur Gramm. Comp. I. 147. ὄρνις compositum esse ex sanscritico *arani* (silva) et graeco θέω (curro). Etenim, quantacunque est harum linguarum societas et contagio, tamen non eo valet, ut ejuremus omnes, quae de verborum graecorum compositione sancitae sunt leges. Sed hanc meam sententiam nemo sic calumnietur, tanquam studiis illis

et utrique linguae commune *πέλιξ* pelvis, ut *κώληψ* poples, *Κύκλωψ* Cocles, et contra *κέλης* celer, celox [13]), quibus interveniunt aliae catalexes *ηξ* et *υξ* *πάλλαξ* (*παλλάς*) *παλλήξ*, *ἄλλιξ* *ἄλληξ*, quod Etym. M. ab *ἀλλάσσω* arcessit recordatus, puto, vestimentorum quae *ἀλλάξιμα* *mutatoria* vocantur v. Reisk. ad Const. Porph. p. 43. *φήληξ* et *ψήληξ* cum *φῆλος* et *ψιλός*, ut creditur, cognata [14]), *μάλλυξ* a *μαλλός* (mallo), *τόλυξ* a *τύλος* (utrumque Hesychius *αἰδοῖον* interpretatur),

---

obtrectem; immo vero, si natura nobis concederet *νέους δὶς εἶναι καὶ γέροντας αὖ πάλιν*, duplicata vitae spatia — quoniam simplex vix unius linguae cognitioni suppetit — dividerem utrisque. Atque adeo in hac ipsa tractatione quum insideret illa mihi cogitatio, graecorum vocabulorum, in quibus haesitarem, significationem ex sanscrito erui posse, communicavi, quae collegeram, monosyllaba cum viro doctissimo P. a Bohlen. Is vero nonnulla quidem in utroque sermone similia esse me docuit, velut *δρῦς* *drus* (arbor), *μῦς* *mûsha* (fur), *μεὶς* *mâsas* a verbo *mâs* (metiri), *βοῦς* *bhûs*, *λύξ* a *loch* (lucere, videre), *χείρ* *kara* (propr. faciens), *νύξ* *nis*, *φρήν* *prâna* (anima), *γραῦς* a *jri* sive *dschri* (senescere) etc. sed de controversis illis *λάψ*, *δρώψ*, *ταὺξ*, *ζάψ*, *σής* aliisque multis nihil pronunciare ausus est, et in universum monosyllaba sanscritica pauca esse, pleraque graecis dissimillima. *Θής* conferebat cum *dhas* (positus) fortuito incidens in Buttmanni vestigia nomen illud a *τιθέναι* repetentis. Mihi a *θάω* derivatum idemque quod *θώψ* id est assecula significare videbatur, quia, ut Aristoteles ait, *πάντες οἱ κόλακες θητικοί*. Hesychius *Θήσαντο ἐθαύμασαν*, *Θήσατο ἐθήτευσε*, *Θηπαλέος βωμολόχος*. Neque tamen excludo, quod in Aglaoph. p. 1319. posui, denotari hoc nomine eum qui pascitur, *τὸν θέραπα* (a verbo *θρέπω* sive *θράπω* i. e. *τρέφω*, *τράφω*.)

13) Forsitan eodem modo cohaerent veles velox, sollus solox, ferus ferox, ater (atrus) atrox. In senex, junix, struix, pistrix, saepe subvenit sigma.

14) Incertiora sunt *βέμβηξ* v. Schaefer. Melet. p. 112. *πέλλιξ* et *φήλιξ* apud Hesychium. Idem *Βανῆκας γυναῖκας Βοιωτοί* et *Γοίνακες βλαστοί*, utrumque a *γένω*, feo, unde *γυνή* aeolicum, ut Theognostus tradit in Anecd. Cram. II. 88. pro *γονή* (ut *ὕρχη*) id est femina, *γονάς*, venus. Sullae cognomen Felix, quod Graeci dixerunt *ἐπαφρόδιτος* id est venustus, ut fidustus vetustus, a feo ductum, unde fenus (*τόκος*), fecundus. Mirabile est Buttmanni commentum *γύναιξ* contractum esse ex *γυνή* et *εἰκέναι*, quasi *γύναιξ* *Weibsbild* Gramm. I. 223. A *γυνή* producitur *γυνήξ*, ut ab aeolico *βάνα* *βανήξ*, a *μύρμος* *μυρμήξ*, ab *ἀλωπός* *ἀλώπηξ*. Vocativus consonam asciticiam amittit ut *ἄνα*.

φεψάλυξ a φέψαλος, hoc a φαύω. Sunt vero etiam quae ν et ξ alternent, τρίβων-τρίβαξ (trebax, fervitribax), μόθων-μόθαξ, λειμών-λείμαξ (a λείβω, limus), κνώδων-κνώδαξ, εἴρην-μείραξ, cujus synonyma sunt μέλλαξ, μίλαξ [15]). His igitur exemplis manifestum fit, terminationes αξ, ιξ, υξ, multo saepius additicias, quam a futuris verborum derivatas esse, ac si quis modo unius vocabuli variationes animadverterit, κάραβος, χήραψ, χηραφίς, κεράμβηλος, κεράμβυξ, qua lege haec regantur, sciri posse desperabit.

Cum hoc autem genere, quod in partitione nostra ultimum erat, concinunt Romanorum vocabula adjectivi et substantivi generis, partim verbalia: sternax, tagax, procax, vertex, tumex σμῶδιξ Gloss. apex, struix, impetix, offendix, appendix, volvox, partim paronyma: dens dentex, furnus (θερμάστρα) fornax fornix, ramus ramex (sicut hernia παρὰ τὸ ἔρνος). Sed hanc similitudinem articulatim persequi haud ab re duco. Itaque primo generi componenda sunt simplicia fors, lax (licium), pax, arx, scrobs, scobs, fons etc. quorum numerus non perinde magnus abundante compositorum copia, artifex, mellifex, auceps, forceps, manceps, menceps [16]), vesticeps, aureax, remex, aquilex, altispex, coelispex, judex; et parasynthetorum subex, applex, complex, illex, index, pollex, resex. Quorum nonnulla cum verbi inclinamentis notabiliter congruunt; *dux* et *rex* Priscianus I. 5, 28. p. 449. a per-

---

15) Hesychius Κίλλικας δημότας, fortasse pro μέλλικας. Idem Μίλακες νεώτεροι et Μίλαξ δημοτικός, sicut popularis dicitur pro sodalis ἧλιξ.

16) Niebuhrius Hist. Rom. T. I. Adn. 107. veteres literatos erroris arguit, quod *municeps* compositum esse crediderint, et levitatis, quod tria nomina in eandem syllabam cadentia, *biceps*, *princeps*, *municeps*, a tribus diversis vocabulis *caput*, *capio* et *capesso* repetere conati sint. Illis vero nunquam in mentem venit, *capessere* aut diversum a *capere* aut omnino ad componendum aptum esse; ac mirarentur, puto, si quis negaret γαστὴρ ἄναλτος et κρέας ἄναλτον vel τυρὸς νεαλής et στρατιώτης νεαλής diversis orta esse principiis. Si ceps syllaba significat id quod ad rem pertinet, nihil interest aucupem aliquem dicas an aviarium, mentis compotem an mente captum. Sed interest, credo, plurimum. Nihilo certior mihi videtur illa de *consul*, *exsul*, *praesul*, conjectura.

fecto derivat, cui tempori simillima *pernix*, *praecox*, *conjux*; indidemque duci posse simplicia *pax*, *lex*, *arx*, apparet e panxi, intellexi, arctus; neque absonum videtur *artifex*, *auceps*, *remex*, *obex*, *innox*, conferre cum futuris faxo, capso, axo, objexim, noxim. Verum a verbis puris quae originem trahunt, sigma extrinsecus mutuentur necesse est, comes, trames, antistes, mansues, quorum vocalis nativa est, et inquies, proles, (torques, sedes) quibus aliunde venit. Neque minus quae a contrario genere; sed haec triplici ratione. Nam quae verba unam ex tribus immutabilibus catalecticis pro charactere habent, eam incorruptam ad nomina transmittunt, praesul, oscen [17]), cornicen, agger, adulter, legifer, armiger; quod genus a graeco sermone abest. Quae vero mutam habent stirpis primitivae extremam, eam aut abjiciunt assumto sigma: impes, praepes, obses, reses, deses, incus, subscus, nefrens, libripens; aut servant interposita vocali: arbiter (pro arbites), interpres, indiges (nisi hoc a geo potius quam ab ago compositum est) in eoque sequuntur exemplum simplicium tudes, trudes, caedes, teges, nec verbalium modo sed et paronymorum, ales, circes, cocles, eques; quibus respondent graeca ἐλπίς, καινίς, ἄρκυς etc. Cum tertio genere, ut modo dixi, congruunt quae utrumque elementum aliunde sumunt, vertex, appendix etc. Sed differt quod Romani gutturalem frequenter non solum in nominum formatione, sed et in verborum declinatu interponunt, strages, fruges, confluges, fluxi, struxi.

§. 2.

Si quis autem cum infinita verborum multitudine horum nominum et paucitatem et rarum obsoletumque usum comparaverit, miretur necesse est, quid causae fuerit, cur Graeci Romanique, quum hanc nominum fingendorum viam semel ingressi essent, rursus declinaverint neque porro ad istud exemplum ἄψ, γράψ, τάξ, τέξ, φύξ et mille talia fabricati sint, id quod orsis consentaneum et factu proclive erat. Verum

17) Nominativus *oscinis* per se nihilo mirabilior est quam *segnis* id est segenis ἀγενής sive ἀγεννής.

enim vero hujus generis numerus, si cujuscunque mensurae vocabula colligas, et ab initio perexiguus fuit et procedente tempore imminutus est, his ipsis, quae jam ascita et probata erant, alio traductis. Ad hoc igitur solvendum duas rationes afferi posse arbitror, quarum una ad monosyllaba, altera ad universa pertinet. Prima est, quod si sermo, quo coeperat, ire perrexisset, torrentis modo insuperabilis exundasset monosyllaborum copia, quia verborum prototyporum pars major una constat syllaba primitiva, monosyllaba autem cum per se, ut Gellii verbis utar XII. 13, 8. parvo exiguoque sonitu obscurius promuntur, tum spissius continuata auribus molesta sunt, *quia necesse est compositio multis clausulis concisa subsultet* Quintil. IX. 4, 42. paene ut in litania scholastica, ζάμψ, χθώ, σφίγξ v. §. 11. Nobis quidem, qui decem et ultra monosyllaba jungere consuevimus, aures hoc tinnitu oppletae jam dudum obsurduerunt; apud illos vero nusquam puto sic cumulata reperiri: ἦν γὰρ σὺ νῦν δὴ φθῇς τὰς ἓξ ναῦς δοὺς τῷ τῆς γῆς κρατοῦντι, sed ad summum quatuor aut quinque voculae continuantur κἂν μὲν μὴ φῇ Arist. Avv. 555. πῶς ἂν οὖν οὐκ ἂν δεινὰ πάσχοιμεν Lys. p. Polystr. 159, 21.[18] εἰ οὖν ὃν ἂν ᾖ χρόνον καὶ ὃν ἂν μὴ ᾖ Plat. Men. p. 86. A. εἰ μὲν οὖν ὃ νῦν δὴ ἔλεγον Euthyphr. p. 3. D. ὡς καὶ σὺ μὴ νῦν Eur. Med. 584. ἀλλ' ὡς μὲν οὐκ εὖ μὴ λέγ' — Or. 600. ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἄν ποτ' οὐδ' εἴ μοι τὰ σά Soph. El. 359. τί δὴ οὖν τὰ τοῦ θεοῦ Clemens Protr. V. 50. quarum aliquot proclisi aut enclisi aut synaloephe conjuncta sunt. Adhuc loquutus sum de nominibus natura et positione longis, quibus Graeci usi quidem sunt sed modice; si vero illa, quam designo, nominum fictio in commune fuisset recepta, brachycatalectorum copia pullulasset, cujus generis in latino sermone non plus sex reperiuntur, in graeco nullum publice probatum est, sed quae a thematis brevibus originem habent, aut diphthongum susceperunt ut βόσω, βοῦς, χόσω, χοῦς, aut nominativo destituta sunt, κλαδί, στάδα, κνίδα, κλύδα. Altera causa posita est in ambiguitate formae. Namque vocabula haec,

18) Prius ἂν alibi omittit, πῶς οὖν οὐκ ἂν ἦν p. 109, 35. et 170, 22.

quae meram verbi stirpem repraesentant nullaque syllabica terminatione instructa sunt, haud cito dignoscas, substantiva sint an adjectiva, masculina an feminina, actoremne significent ut *θήξ*, *κλώψ*, an actionem, ut *δώς*, *πνίξ*, an aliquod agendi instrumentum, velut *σύριγξ* Strab. IX. 421. pro *συριγμός* dicitur, *μάσταξ* pro eo quod edimus et quo edimus, *τροφή καὶ γνάθος* Schol. Od. XXIII. 76. ut mala a mando, *ἅρπαξ* simul raptorem sive rapacem, rapinam, harpagonem [19]) significat, *ὄρυξ* instrumentum et fossam (quod mansit in nomine loci Paus. VIII. 25, 2.), *φλύαξ* rem et hominem [20]). Huc accedit alia ratio, quod adverbia quoque plurima in *ᾱξ*, *ῑξ*, *ῡξ* exeunt, quorum aliqua ut *ἀμύξ*, *ὀκλάξ* et factiticium *κοάξ* a nominibus nulla re nisi accentu discrepant, origo autem indidem repetitur unde nominum, hoc est, a futuro verbi. Helladius Photii CCLXXIX. 869. *τὸ ἐπιτάξ ἀπὸ τοῦ μέλλοντος γέγονεν ὥσπερ καὶ τὸ χωρίς καὶ τὸ πέλας καὶ τὸ μίξ, ὅθεν τὸ ἐπιμίξ; καὶ τὸ δάξ, ἐξ οὗ τὸ ὅδαξ· ἀπὸ δὲ τοῦ πτύξω πτύξ καὶ πύξ· ἀπὸ τοῦ οὐδίσω οὐδίς καὶ ἀμφουδίς· ἀμύξω ἀμύξ παρὰ Νικάνδρῳ, πλήξω πλήξ καὶ ἀμφιπλήξ* (scr. *πλίξ*), *ἀγκάσω ἀγκάς*, *τύψω τύψ καὶ προτύψ·* quibus si adnumeres omnia ejusdem generis adverbia, *ἀλλάξ* cum compositis, quae ad Aj. v. 1087. memoravi, *πατάξ* [21]), *διαμπάξ*, *ὑράξ*, *ὑποδράξ*, *ἀβρίξ*, *ἀπρίξ*, *ἐπιβλύξ*, hanc quoque adverbiorum formationem magis tentatam quam perfectam esse apparebit reperto alio exitu, *μίγα*, *μίγδα*, *μίγδην*, *μιγάδην*, *μιγάδις*, *φύρδην*, *κρύβδα*, *κρύβδην*, *κρυφάδις* v. Anecd. Ind.

---

19) *Ἀρπάγας* harpagones nunc scribitur in Dion. Cass. LXXIV. 11. p. 1252, 98. pro *ἅρπαγας*. Ab eadem stirpe tracta videntur *ἅρπη* v. Etym. M. *ἀρπετός ἴκτινος* Hesych. hirpus, irpex sive urpex.

20) *Ἀθηνᾶ σάλπιγξ* Paus. II. 21, 5. non tubam sed tubicinam significare videtur. Hesychius *Ληιστοσάλπιγγες Τυῤῥηνοί*, cui non praeferam Photii scripturam *ληιστοσαλπιγκταί*.

21) V. Menandr. Fragm. CCCVIII. ubi *πρώην ἄρας ἐπάταξα* scribendum pro *Ἄρης*. A communi adverbiorum accentu sejunctum *ἅπαξ* fortasse ex *ἅμακις* ortum, quod Cretensibus tribuit Hesychius, hoc autem ex *ἅμα* vel *ἀμός*, *ὁμός*, ut *μανός μανάκις*, *ἀρβός* (*ἀραιός*, rarus) *ἀρβάκις* etc.

s. Ἀμάδις, multoque minorem reperiri simplicium quam compositorum numerum.

§. 3.

Propter eandem causam nominibus additae sunt terminationes expressiores, ὄσσα, αἰκή, ἰωκή, δαίτη, ῥωγή (ruga), διασφαγή — δορκάς, κερκάς, λιβάς, πλωάς, πτωχάς, προκάς, ῥωγάς, ψιάς — αἰγίς[22]), καταιγίς, πτακίς, ἀλκίς (a quibus segreganda sunt quae significationem primitivi immutant μαστίχη, ὑστριχίς etc.) aliaeque in ων et σις, σταγών, ὀλολυγών [23]), βαβραδών [24]), ἴωξις, στάξις Hipp. Progn. p. 254. T. II. nec raro pro cujusque necessitate uni plures: ἄμυξις, ἀμυχή, ἄμυγμα, quod exitum habet perfecto passivo accommodatum; sed a stirpe nominis propiora sunt neutra λίβος, στύγος, ῥῖπος v. Wesseling. ad Herodo. II. 96. ut a ῥήν, ῥῆνος, a βράξ ῥῆγος, a φρίξ ῥῖγος frigus, ab ἄρξ (arx) ἄρκος et ἄλκαρ, a λίψ ἄλιψ (adeps) λίπος, λίπα, ἄλειφαρ, ἄλιππα ut ὄππα, de quo docte disseruit Muetzell. de Emend. Theog. p. 49. ab ὕψ [25]) ὑφή, ὕφος et ὕφα ut σκέπα, quibus non detractam esse consonam finalem sed potius non additam arguunt similiter terminata μέλι, δάκρυ, μέθυ, γλάφυ, quod elegantius visum quam γλάψ (scrobs). Masculina autem nulla fingi potuere nisi assumta consona, qua verbi passivi tertiae formantur personae ἔποψ (Hesych.) - ἐπόπτης; βάβαξ-

---

22) Primitivum αἶγες veteres et procellas interpretantur et fluctus et τὸ σπινθηρίζον καὶ διᾶττον πῦρ Anecd. quibus cognata videntur ἀκτίν et ἀκταίνω.

23) Hoc Schol. Theocr. VII. 139. a verbo derivat unde ὄλολος, ulula et ὄλολυς, cui simile σαλαῖς κωκυτός Hesych. sed normae convenientius foret ὀλόλυξ. Pro Ὀλόφυς οἶκτος idem scripsisse videtur ὀλόφυξις vel magis ex ordine literarum ὀλόφυρσις.

24) Hesychius Τετράδων ὄρνεον· certe τετραδών scribendum est ut βαβραδών, ἀηδών, χελιδών.

25) Hoc mihi elicere visus sum ex latino *seps*, *suparum*, *siparium*; Virgilius dixit *texere sepem* proprie, ut videtur; a sepio vero *sepelio* ducimus ut a concio concilio, ardeo ardelio (θερμουργός) et *sepulcrum* id est σηκός septum. Atque haud scio an latinum *ops*, *coops*, *copia*, nativam ostendat graeci ὄφελος formam.

βαβάκτης [26]) ut in femininis *ἅρπαξ-ἁρπακτύς*, nam illa terminatio utriusque generis ambigua est. Nec raro abrogatis simplicibus retinuerunt composita, *διώρυξ*, *καταῖξ*, *πολυαῖξ*. Consimiliter, ut illuc redeam, in altero sermone pro aureax substitutum est origa sive auriga, pro scaturix seaturigo, cujus vocalis penultima non adventicia est ut in urigo, claudigo, surdigo, lentigo, farrago, lumbago, lappago, salsugo, asperugo, mollugo, sed in verbo continetur vel paragogo ut scalpturigo, esurigo, prurigo, vel primitivo ut suffrago, terminatio autem paragogica dici potest ut impetigo, origo, vertigo, intertrigo (*παράτριμμα*). Sed addam paullum aliquid de aliis terminationibus. Romani igitur pro *scribs* maluerunt *scriba* dicere, quod Graecis negatum est, neque alterum exemplum praebet latinus sermo; nam *perda* pro perditor Salmasius ad Trebell. XXX. Tyr. c. XVIII. suo, ut dicitur, Marte confinxit, neque apposite ad Treb. Claud. c. XIV. 391. *cura unus* [27]) comparat synthetis-*convena*, *incola*, *officiperda*, quorum ingens copia suppetit: conviva, confuga, heredipeta, frugiperda, bucaeda, parricida, legirupa. Tum in *us* exeunt promus, condus, coquus, mergus, crepus et femininum traha, quae etsi vulgo pro substantivis accipiuntur, tamen nihil aliud valent quam adjectiva suadus, scius, parcus, vivus etc. neque exiguus est conjugatorum proventus, aquilejus, bustirapus, caprimulgus, crurifragus; dentilegus, domiducus, funirepus, merobibus, vinibuus (a buo, unde compositum est imbuo, id est bibere facio), legirupus, pilicrepus, sociofraudus, testitrahus, turicremus, velivolus, viviparus, puerpera, noctiluca, et parasyntheta: consequus, pronubus, prodigus etc. quibus adjacent partim substantiva perfuga, lucifuga, legirupa, bubsequa, partim communia, quae supra exposui, sic ut ab eodem verbo saepe duplex oriatur forma: praecox et praecoquus, panifex

26) Jesaiae interpres graecus cap. 50, 9. *σὴς καταφάγεται ὑμᾶς*, Aquila *σὴς ἢ βρῶσις*, pro quo Procopius *βρωτὴρ* substituit, sicuti homericum *Ὠκεανὸν θεῶν γένεσιν* veteres interpretantur *γενέτην*.

27) *Fugae* Columell. X. 125. quod pro fugitivi accipiunt, Schneiderus commode cum graeco *αἱ φυγαί* pro *φυγάδες* posito confert.

et panificus, aruspex et prospicus (ut perspicus, despicus), armiger et morigerus, tibicen et tibicinus, vesticeps et urbicapus, foenisex et foeniseca; sed nullum novi nomen quod idem sit primae et secundae declinationis. Compluria autem propter significationem uni sunt sexui adscripta ut proseda, succuba, procella, sanguisuga, quae a Graecis quoque feminine appellantur. Jam primi generis, ut modo dicebam, in graeco sermone nulla reperitur similitudo, sed haud pauca sunt a verbis sive barytonis sive circumflexis composita *αἰθεῤῥβόσκης*, *ὑελέψης*, *λαθροδάκνης*, *σιγέρπης* 28), *θεοσύλης*, *πραγματοδίφης*, *πιννοτήρης*, *λογοθήρας* etc. Simplicium autem fides incerta: *Αἴτης πτωχός* apud Herodian. Epim. p. 166. et Hesychium, qui quum saepe vocabula capite truncata in ordinem receperit, hic quoque suspicionis ansam praebet; veteres quidem *ἐπαίτης* et *προςαίτης* dixerunt. *Ἔχης ὁ πλούσιος* Etym. M. et Herodian. Epim. p. 38. per *ητος* declinari ut *πένης* discimus e Lexico MS. Albertii ad Hesych. s. *Εὐχατότερον*. Latinum *dicere* si radices suas in graeco sermone habet, huc referri potest *Δίκαρ τοὺς δικαστάς*, *Ἠλεῖοι* Hesych. cui simile *λέσχης* Grammatici a *λέσχη* derivant, hoc a *λέγω*, neque minus *τένθης* aberrat a similitudine verbi *τένθω*, unde repeti solet v. Schol. Ven. ad Arist. Pac. 1009. et *Θούρην βάτην* Hesych. Nomen *πώλης* Pollux tradit in comoedia legi, quod si solum extaret testimonium, vix contra dicere auderemus; sed ex Aristophanis loco, quem respectat, joci causa fictum esse apparet. Praeterea Hesychius quinque hujus fili vocabula suggerit *Βέῤῥης δραπέτης*, *Τμήγας γατόμος*, *ἀροτήρ*, *Τύπης πλήκτης*, *Ὕδης ἔμπειρος*, et *Φοίτης ὁ κήρυξ παρὰ τὸ φοιτᾶν*. Horum primum si erronem significat, *βεῤῥής* scribi praestat ut *πλανής*, et verbum hinc derivatum *βεῤῥητεύειν*,

---

28) Hesychius *Σιγέρπης λαθροδάκτης*, quod Critici restituerunt Callimacho; idem tamen *χαμερπής* affert; *διανοίας χαμερποῦς* Niceph. Greg. Hist. VII. 4. 137. B. neutrum *χαμερπές* Gregor. Naz. Or. XXIII. 434. B. *palmae chamae repes* Plinii hybrida est, nisi *chamerpes* scripsit; *τῶν χαμαιρεπῶν κροκοδείλων* Galen. de Med. Simpl. Fac. X. 30, 308. T. XII. vitio aperto.

non βερεδεύειν Etym. M. Alterum compositum videtur ex verbi forma contracta, ut τληπαθής, et nomine quod nonnulli Neptuni epitheto Ἐκνοσίδας subjiciunt v. ad Aj. p. 389. [29]) aut pro τμήτης scriptum est, quo idem utitur Ἐκτομεύς τμήτης (non τμητής). Tertium τύπης, quod Theognostus Cram. II. 24, 30. cum multis aliis Hesychii glossis ad se transtulit, a τύπτης tam prope abest ut momenti perparum afferat; τύπτης autem et huic similia κλέπτης, ῥάπτης, βάπτης, δύπτης, non a praesentibus usitatis ducta sed tertiae perfecti passivi figurae, ut in scholis dicitur, aptata esse documentum praebent σφάκτης, κατάκτης, ῥέκτης, λήπτης, γλύπτης. Γέρδης (cerdo, gerdius) aeolicum esse ab ἔρδω derivatum Guieti est ariolatio ad Hesych. s. Γέρδιος. His si quis ἀρτύνης addiderit et εὐθύνης, quorum notitia celebrior, fere totum hujus exilis generis ambitum emensus erit. Plebejorum nominum δακνᾶς, φαγᾶς et similium, de quibus alio loco dedita opera disseruimus, nulla hic ducenda ratio. Alterius vero generis, quo continentur verbalia secundae declinationis, exempla minime dubia extant, ἀγός, ἀρχός, ἀκονός, ἄρεσκος, βοσκός, ἑδός, φαγός [30]), φειδός (φιδός) etc. Quo in genere si labialis intervenit, saepe duplex ut in latinis jugis, scobis, scrobis, trabes, Polluces [31]), plebes, reperitur forma, κραγός et κράξ, ἅρπαγος et ἅρπαξ [32]), δίοπος et δίοψ, μαίμακος

29) Μελανόγης Niceph. Blemm. Paraphr. p. 407, 7. ed. Bernh. p. 4. Spohn. neque defendam pertinacius neque damnabo.

30) Φάγος scribitur Epiphan. c. Haer. L. I. T. II. 143. B. de quo in alieno foro litigat Fritzschius Exc. III. ad Marc. p. 790. accentus diversitatem explicare annisus. Φάγος epitheton *sive mavis* substantivum esse statuit, φαγός adjectivum, hisque comparat τόμος et τομός, quae plurimum distant. Barytonis, quae ad Phryn. 438. attuli, accedit αἶθος ὁ αἴθων Etym. M. et φῶνος ὁ μεγαλόφωνος Theognost. Cram. II. 66. Feminina substantivorum munere funguntur ἄρπη, βδέλλα, κνίζα, σπίζα, ἄφυσσα κοτύλη Hes. proprie haustrum.

31) Trabes fortasse ex graeco τράφηξ, Polluces ex Πολυλεύκης. Schol. Apoll. I. 1037. Πολυδεύκης λέγεται ὁ πάνυ γλυκύς, ut dulcis pro γλυκύς *clueis* adhibita metathesi v. Fest. s. *Clucidatum*. Δεῦκος pro γλεῦκος ut dedico, deliquo etc. v. Valckenaer. de Urb. Cad. §. 17.

32) Harpagus nomen proprium est, apud Latinos viri, apud Graecos equi Stesichor. Fr. I. et adjectivum in Schol. Arist. Plut. 799.

Arcad. *μαίμαξ* Hesych. *πρόςφυξ* et *πρόςφυγος* Enarr. Chronogr. Constpl. L. V. p. 88. Sed de his primum exponendum quid veteres senserint.

§. 4.

Priscianus L. IV. 5, 25. p. 236. *in multis invenimus a genitivo graeco factum latinum nominativum, elephantus, abacus, Titanus, Aethiopus; nec non ab accusativo, panthera, cratera; quod Graeci quoque in multis fecere et genitivo et aliis casibus pro nominativo usi, ὁ μάρτυρος, ὁ ἰκτῖνος*. Ex monosyllabis huc pertinent *λύγγος* pro *λύγξ* sive *λυγμός* Erotian. p. 238. et in Gloss. *λύξ lyngus; σφίγγας καὶ λύγγους* Artemid. II. 12, 160. pro quo Reiffius codicibus adversis *λύγγας* scripsit; accusativi pluralis *langas*, qui apud Plinium legitur, incertum est utrum langa sit nominativus an lanx; pro *λυγκία* Athen. V. 201. C. cod. B. *λαγκία*. In Zenodoti commentario de vocibus animalium p. 230. *γλαῦκος* legitur pro *γλαῦξ*. In Inscr. Boeot. N. 1569. a. III. *ἦγος* pro *αἴξ*, alibi *δόρκος* pro *δόρξ*. Hesychius *Γρυβός γρύψ* et *Γρυπόν γρῦπα*, quod Romani grypum et Gryphem dixerunt; *σκώψ* saltationis genus appellatur [33]) et *σκῶπος*. Ejusque mutationis exempla subministrant gentilicia *Βρύγες* et *Βρύγοι* v. Schaefer. ad Plutarch. T. VI. 465. *Δάκες* Suid. et *Δάκοι* sive *Δακοί* Strab. VII. 304. (v. Tzschuck. T. II. 376.) Dioscor. Mat. III. 7. (9.) 350. *Γραῖκες* et *Γραικοί* v. C. I. §. 7. Sed persaepe incertum est, utrum hic merus sit paraschematismus an denominatio. Photius *Κνίψ ζωΰφιον· ἡ γενικὴ μετέστη εἰς εὐθεῖαν καὶ σημαίνει τὸν ὀλίγον δαπανῶντα*. Hesychius *Σφηκοί συνεσφιγμένοι, ῥωμαλέοι*, quod, etsi homines *σφηκώδεις* directe dici possunt *σφῆκες*, tamen adjectivum esse videtur ut et *βλακός*, sive hominem fatuum significat sive piscem, qui alias *βλέννος* dicitur. Plerumque autem hac metastasi intellectum vocabulorum nihil immutari, certis-

33) Athenaeus *σκώψ* et *σκώπευμα*, Photius *σκώπευμα* et *σκωπος*, hoc nullo accentu notatum.

simum argumentum praebent nomina propria *Χάλυβες* et *Χάλυβοι* apud Hecataeum et Euripidem v. Elmslej. ad Heracl. 162. *Κίννψ* et *Κίννφος* v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. I. 190. Vol. II. P. I. 265. *Ἴνυξ* et *Ἴνυκος* v. Valckenaer. ad Herodo. VI. 14. *Νάρυξ* et *Νάρυκος* v. Tzschuck. ad Strab. IX. 549. *Ἔρυξ* et Erycus v. Zumpt. ad Cic. Verr. II. 8, 22. Etym. M. 490, 18. *Καππάδοξ σεσημείωται ἐκ τῶν εἰς ωξ ἀρσενικῶν διὰ τοῦ μικροῦ γραφόμενον· ἡ γενικὴ Καππάδοκος μετάγεται εἰς εὐθεῖαν καὶ κλίνεται Καππαδόκου· τὸ δὲ Καππαδόκης κατὰ μεταπλασμόν*, de quo paullo post dicetur. Ac notum est nominativos *φυλακός, ἀνακός, τρίβακος, κήρυκος*, ad eandem referri anadromen v. Koen. ad Greg. p. 592. auctore, ut suspicari libet, Philoxeno v. Orion. p. 153. quem non alia ratione *ἄμβικος, ἧλικος, βάβακος, παλλακός, ὕσσακος, δρίφακτος, βόστρυχος*, explicuisse probabile est; et item ea, quae labialem continent, *Γρυβός ὁ γρύψ* Hesych. *ἔλλοπος, χαροπός, αἰγίλιποι montes* Lucil. apud Gell. XVI. c. 9. ceteraque in recensu monosyllaborum producenda. Postremo quae in liquidam simplicem exeunt, eodem illi metiuntur pede. Stephanus s. *Ἰβηρία*-*Ἀπολλώνιος ἀπὸ τῆς γενικῆς Ἴβηρος εὐθεῖαν παράγει ὡς τοῦ φύλακος ὁ φύλακος, ὁ μάρτυρος, Χάροπος, Τροίζηνος* v. Schol. Il. *Β*. 672. quae omnia proparoxytona esse vult ne primo quidem excepto, quod Aristarchus diastoles causa (ut *χαροπός*) acuit. Graecis *Ἴβηρες* usitatius quam *Ἴβηροι*, Romanis utrumque promiscuum esse adnotat Tzschuckius ad Mel. Vol. III. P. III. 158. idemque de *Βύζηρες*, Byzeri, *Βέχειρες* etc. disserit Vol. II. P. I. 613, *Ψίθυρ* quod Schol. Theocr. I. 21. Etym. Gud. p. 574, 8. cum *μάρτυρ* componunt, hodie non magis reperitur quam *ἀντίθυρ*, quod Scholiast. ad Lucian. p. 111. T. VIII. ex mendosa scriptura *τῆς ἀντίθυρος* procudisse videtur. Sed *οἱ ψᾶρες* Plut. de Soll. Animm. c. 19, 173. Galen. de Facult. Alim. II. 6, 567. T. VI. et *τοὺς ψάρους* Ther. ad Pis. IV. 227. T. XIV. *οἱ ψάροι* (sic) Nonn. Epit. c. 37, 174. Alterius literae exempla sunt *κάρβαν καὶ κάρβανος* Etym. M. 493, 43. Steph. s. h. v. Arcad. p. 8. cujus feminina forma *καρβάνα*, quam Wellauerus Aeschylo obtulit Suppl. 117. non magis fe-

renda videtur quam synonymi ἡ βαρβάρα [34]). Tum *Μόσσυνες* Artemid. I. 8. p. 21. et *Μόσσυνοι* v. Orell. Suppl. ad Nicol. Damasc. p. 74. *Ἀτιντανοί* Appian. Illyr. VII. *Ἀτιντάνοι* Schol. Lyc. 1044. et *Ἀτιντᾶνες* Steph. *Ὀδόμαντοι* et Odomantes Plin. quod et codd. nonnulli Herodo. V. 16. suppetunt; Santones et Santoni v. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. P. III. p. 80. et 102. παρὰ *Βραγμάνοις* Caesar. Dial. II. 611. C. Bibl. Bign. T. XI. qui vulgo *Βραχμᾶνες* et Brachmanae dicuntur. Atque appellativa: *ἀτμήν, ἄτμενος, ἀστήν* (ut *ἀπτήν*) *ἄστηνος, τιβήν* Anecd. Cram. II. 27. et *τίβηνος*, quod et *τριβήν* scribitur Anecd. p. 1424. Orion. p. 151. Arcad. p. 9, 12. idque a *βαίνειν* repetunt v. Bachmann. ad Lyc. 1104. ut *χήν* a *χαίνειν* (*χήν κεχηνώς* Athen. 519. A.) et ab *ἀναβαίνειν ἄμβων* Phrynich. App. p. 12. Schol. Hippocr. T. I. 10. Reisk. ad Constant. p. 112. His succedunt *μόσσυν* et *μόσσυνος, ὄρκυν* et *ὄρκυνος* sive *ὅρκυνος*, quorum prius fortasse non legitur sed *τὸν ὄρκυν* Athen. VII. 301. F. *οἱ ὄρκυνες* ib. IV. 131. E. Aristot. H. Ann. V. 9. (vett. Edd. *ὀρκύνες*) alterum Atticis tribuit Athenaeus p. 303. B. tritumque est Romanis ut *delphinus*, *elephantus*, *Aphesantus*. [35]) Vocalium ultimam quae continent, haec sunt: *Ἐτεωνός* et *Ἐτεών* Hesych. ut *Ἐλεών, Πετεών*, gentilicium *Ἠδωνοὶ καὶ μεταπλασμῷ Ἠδῶνες καὶ Ἠδῶναι· οὕτως Ἡρωδιανός* Schol. Thucyd. II. 99. quos aliter distinguit Schol. Lyc. 419. *Ἤδωνες παρὰ θάλασσαν οἰκοῦσιν, Ἠδωνοὶ δὲ τὴν μεσόγαιαν*, tum pro *τρυγόνα* Plautus Capt. IV. 2, 71. trigonum dixit, ubi Lindemannus sine gravi ratione *trygonem* corrigit, pro *ἀγών* Aeoles *ἄγωνος* Alcaei Fr. CIII. 65. cujus nominis si solus superesset accusativus, a Grammaticis haud dubie adscriberetur metaplastis, quemadmodum *γερόντοις* Aetolis assignant v. Koen. ad Greg. p. 592. Ex his, quae in sigma exeunt,

---

34) Nominis *καρβάν* sive *κάριβας*, de quo dixi in Dissert. III. §. 1. memoriam durare in lingua Turcarum testatur Reiskius ad Const. Porph. p. 57.

35) Nomen *Faunus* Salmasius Exerc. Plin. p. 414. existimat graecum esse genitivum *Πανός*, a *πάω*, pasco.

primum huc pertinet, quod Schol. Callim. H. in Del. 289. campum Lelantum ἀπὸ Λήλαντος βασιλέως denominatum tradit; vulgo nomen a fluvio Lelanto repetunt. Nec solum πελέκας sive πελέκαν sed etiam ὁ πελεκανός in usu fuisse ostendi in Wolfii Anall. III. 56. Μέλανος nomen proprium est in Inscr. N. 1570. b. lin. 16. μελανὸν καρπόν olim legebatur Theophr. H. Pl. II. 2. (3.) 6. νησίον μελανόν Anonymus Stad. Mar. M. c. 56, 447. T. II. Gail. eodemque accentu Plut. de Curios. IV. 134. T. X. (fort. μέλαν ὄν) Geopp. VII. 16, 6. c. 13, 497. Hesych. s. Μελάντατον et Περκνόν, Apollonius s. Περκνόν, aliique inferiorum, quos Du Cangius nominat in Gloss. p. 898. Sed μελανός Etym. M. 492, 57. Arcad. p. 64. μελάνη Eutecn. ad Alex. v. 171. Hieracos. p. 15. quod Soloni ipsi impertivit Bachius Fr. XXVII. 112. μελαινός Hesych. s. Κελαινόν. Et saepius τὰ μέλαινα Hippocr. Mul. II. 851. T. II. Galen. de Comp. Med. p. Loc. I. 5, 457. T. XII. Comm. in Aphor. 67, 79. T. XVIII. P. I. mendose pro μέλανα, ut nunc scribitur Marc. Ant. II. 13., μελαινοτάτη Lucill. Epigr. XXXI. compar habet τερεινότερος Anthol. cujus positivum τέρεινος Anacreonti reddendum putat Hermannus. Μεγάλος fortasse diu in vulgaris sermonis commerciis viguit priusquam a scriptoribus novitiis receptum est. Γέργιθες Herodo. V. 122. et Γέργιθοι veteres ipsi promiscua habent ut Ἀδρύμης et Ἀδρύμητος, Adrumetum v. Tzschuck. ad Mel. I. 7. p. 178. Vol. III. His vero et talibus exemplis nominum in simplicem exeuntium Grammatici permoti videntur, ut ex genitivis praepostero ordine nominativos existere crederent; nam quae in duplicem, certari potest, utrum exempli causa πάνδοκος sive πανδόκος ex genitivo nominis πάνδοξ reclinatum an ex illo, cujus usus multo crebrior, testes locupletiores sunt, extrita vocali πάνδοξ sit ortum, idque adeo ad veritatis similitudinem multo videtur propensius, quum terminatio οξ sit rarissima v. C. I. §. 9. synaeresis autem exempla plurima et certissima βάλανος glans, γέρανος grus sive gruis, χόρτος chors sive cors, πόλτος puls, μόρος mors, panax, opopanax, de quo Galenus de Simpl. Med. Comp. VIII. 4, 95. T. XII. εἴθισται οὐκ οἶδ' ὅπως ἤδη σχεδὸν ἅπασιν οὐ πάνακες ἀλλὰ πάνακα προσαγορεύειν τὴν

πόαν ταύτην. Nec dubium quin *πῶλυψ*, quo Diphilus Siphnius utitur Athen. VIII. 356. E. ex usitato *πώλυπος* contractum sit, *ἔλαψ* Poll. VI. 50. ex *ἔλαφος*, quod ejusdem est nomen piscis, ac pariter *λώψ* ex *λῶπος* v. C. I. §. 11. *τριάξ* ex *τριακάς* Hesych. ortum dici potest. Sed de multis tamen ambigitur, utrum detractu vocalis imminuta, an interpositu amplificata sint. Nam si, quae maximam simplicitatis speciem habent, éadem antiquissimis et primigeniis adnumerari oportet, summe consentaneum videtur, nomen *βότρυς*, ut hoc utar, a stirpe intermortua proxime abesse, hinc secundo quasi satu *βόστρυξ*, tertio *βόστρυχος* extitisse, ac similiter ex *πέλυς* primum *πέλυξ*, quod Photius barbarum dicit, deinde resumta gutturali *πέλεκυς*, ex *ἱερός ἱέραξ*, *ἱέρακος*, ex *δίφρος δίφραξ*, *δρίφακτος*, ex *δρῦς δρύαξ*, *δρύφακτος*, veho vehes, vectis, extrinsecus ascita litera qua *ἴκταρ* (*ἴκαρ* Hesychius suo loco), *νυκτός*, *δάμαρτος*, *φροντίς*, *τίκτω*, pecto, lacte, aucta sunt. Itaque quum tot pateant corrumpendae principalis formae diverticula, unde quidque ortum sit, quo detortum ultra humanam conjecturam esse videtur; nec facile decidam, *δίοψ* antiquius sit an *δίοπος*, *καλαύροπος* an *καλαύροψ*, quorum si unum semel forte aut bis legitur, alterum aliquanto saepius, quis neget fieri posse ut ex illo literarum graecarum naufragio rarioris formae exempla plura, minus rarae pauciora relicta sint?

§. 5.

Veteres tamen in illa anadromae opinione tam pertinaciter haerent, ut primae quoque declinationis nomina, quae cum genitivo aut accusativo tertiae congruunt, ab his ipsis casibus repetere non vereantur. Etym. M. p. 87, 35. *ἁρπάγη*, *καλύκη*, *περάτη ἀπὸ γενικῆς τῶν ἀρσενικῶν* (scrib. *ἑνικῶν*) *τῶν ἅρπαγος*, *κάλυκος*, *πέρατος*. Stephanus *Ἑρμιόνη ἀπὸ τῆς Ἑρμίονος γενικῆς ὡς ἀπὸ τῆς κάλυκος ἡ καλύκη καὶ τῆς χιτῶνος ἡ χιτώνη καὶ ἡγεμόνος ἡγεμόνη*. Etym. M. *δαίτη οἱ μὲν ἀπὸ τῆς δαιτός γενικῆς, οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ μέλλοντος, διὸ καὶ βαρύνεται*. Verum *περάτη* ab ipso *πέρα* sive *πέρας* derivatum est ut *ἐρκάτη*, *ἔρκατος*, *ὄρχατος*, assumto genere feminino, quia ad *γῇ* refertur, nec sine aliquo

significationis discrimine. *Καλύκη* Stesichor. Fr. LIV. 104. *Χιτώνη, Ἡγεμόνη*, nomina propria aut deorum epitheta sunt, neque omnino ad hanc quaestionem pertinent sed ad eum locum, quo de motione dicetur. Sed poterant aptioribus uti exemplis partim monosyllabis, quae supra attulimus, *πτυχή, ῥωγή*, et pluralibus *αἱ πλάκαι* Epiphan. in Resurr. Chr. p. 279. C. T. II. *ἐπὶ θιναῖς* Poet. de herb. v. 3. *ταῖς ἀπὸ τῶν καλάμων ἴναις* Arrian. M. Erythr. p. 178. ed. Blanc. Festus p. 78. *ina pars tenuissima chartae*, quo pili sive, ut Persius dicit, capilli membranae significari videntur; partim iis, quae ex pluribus constant syllabis: *χοῖνιξ δεσμὸς ποδῶν-καὶ χοινίκαι παχεῖαι πέδαι* Philem. Techn. §. 292. *λάταξ* et *λατάγη* Athen. XV. 666. C. Tzetz. Chil. VI. 859. *λάλαξ* et *λαλαγή*.[36]) Hoc genus paraschematistorum Grammatici nonnunquam ab accusativo repetunt. Eustathius p. 665, 7. *ἀπὸ τοῦ φρίξ φρικός, φρῖκα, παρὰ τοῖς ὕστερον ἡ φρίκα καὶ φρίκη ἰωνικῶς*, et *αὖρα* ex *ἀέρα* ortum esse affirmat Schol. Il. I. 133. *δίαιτα* e *δαῖτα* Etym. M. in quam opinionem vix incidissent, nisi jam illa aetate percrebuisset haec terminationum casualium depravatio, quam in novitia Graecitate latissime grassari locuples testis est Corais ad Plut. Alcib. c. 22. p. 365. T. II. *πολλὰ ἐκ τῆς τῶν περιττοσυλλάβων εἰς τὴν τῶν ἰσοσυλλάβων μετηνέχθησαν κλίσιν, παρὰ μὲν τοῖς ἀρχαίοις πεφεισμένως, ἡ Δήμητρα, ἡ Γόρτυνα, ἡ Γυρτώνη· παρ' ἡμῖν δὲ*

36) Hesychius *Λάλαγες βάτραχοι.* Choeroboscus Anecd. p. 1394. *σεσημείωται τὸ λάλαξ λάλαγος διὰ τοῦ γ κλιθὲν, περὶ οὗ ἔστιν εἰπεῖν ὅτι ἀπὸ τοῦ λαλαγὴ γέγονε τοῦ σημαίνοντος τὸν θόρυβον.* Exceptionem firmant *λάταξ* (latex) nomen siculum Schol. Arist. Pac. 1242. *διασφάξ* et *ἅρπαξ*, quod solum in *γος* exire edicunt Theodos. p. 121. Anecd. p. 990. ceteris simplicibus per *κ* declinatis. Sed omittunt *λώταξ, λώταγος* Eustath. p. 905, 20. *τέτραξ ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν οὔραγα* Aristot. H. Ann. VI. 1, 3. quorum prius *τέτρακος* declinatur in Epicharmi versu Athen. II. 60. B. ut Eustathius affert p. 398. *βύσταγα πώγωνα* Hesych. sed *τοὺς βύστακας* Athen. IV. 143. et semper *τοῦ μύστακος* v. Comm. ad Arist. Vesp. 495. ut *τῆς μάστακος.* Stephanus *Ἄσφαξ ὡς Ἄτραξ-ἁπλᾶ δέ ἐστι.* Idem *Τεκτόσαξ ὡς Ἄσφαξ, Ἄτραξ, καὶ Τεκτόσαγες·* et alio loco *Ἄτραξ-τινὲς διὰ τοῦ γ ἔκλιναν ὡς Εὔπολις*, quod probatur minus v. Anecd. p. 1346.

καταχορέστερον· ἡ μητέρα γὰρ φαμὲν καὶ ἡ θυγατέρα ἢ ἡ γαστέρα, et similiter ab accusativis pluralibus nominativos proserpere, ὁ κόρακας, ὁ βασιλέας, ὁ ἱερέας, quibuscum comparat nomina propria antiquitus recepta Τριόπας, Λεπρέας, Ἀμοιβέας, Πρωτέας, quae aliorsum pertinere ostendi in Dissert. de Ambiguis, et ad extremum eundem participiorum casum in nominativum converti demonstrat, primum apud veteres Graecos Λόντας Paus. VI. 19. tum multo magis adulterato antiquitatis colore, ὄντα, βλέποντα, ἀκούοντα, pro casibus rectis. Jam ἡ Δήμητρα rarissimum est Justin. Paraen. p. 38. Etym. M. 96, 29. Schol. Tzetz. 152. (codd. bis Δημήτηρ) τῆς Δημήτρας Schol. Pind. Ol. VI. 160. τῇ Δημήτρᾳ Etym. M. 442, 14. et in lemmate epigrammatis Anth. Pal. VI. n. 31. et 36. a quibus separandus est ob multo frequentiorem usum accusativus Δήμητραν Plat. Crat. 404. B. Apollod. I. 1. 4. (codd. variant) Paus. IX. 25, 6. Strab. IV. 198. Diod. I. 14. V. 68. et 69. Plutarch. de Mal. Her. XIII. 293. de Placc. Phil. I. 6. de Fac. Lun. c. XXVII. de Es. carn. I. 2, 231. etc. Aelian. H. Ann. XI. 4. Heraclid. Alleg. c. 68, 204. Stob. Ecl. I. 28, 62. Epict. Diss. III. 31, 12. Clement. Protr. II. 12, 5. Nonn. VIII. 349. aliisque locis v. Jacobs. ad Aelian. p. 374. Muetzell. de Theog. p. 201. nec raro in codd. apparet Aristot. Plut. 64. Dem. Ol. II. 37, 13. et de Fals. Leg. p. 425. Liban. Decl. T. I. 480. etc. sed nullo poetarum atticorum exemplo comprobatum. Vulgaris vero Graecitas, rerum omnium perturbatrix, consonam, qua accusativi parisyllabae declinationis et tritoclita in ις, υς, αυς, ους terminantur, dissimillimis aptavit, τὸν χόαν Galen. de Mens. et Pond. VI. 757. T. XIX. ἐλαίου χόαν Diosc. Mat. I. 33, 46. ἀῤῥέναν v. Schneider. ad Theophr. T. III. 101. sq. similiterque ἄνδραν, Ἀραρόταν, νύκταν, ἀκρίδαν, ἐλπίδαν v. Reisk. ad Const. Porph. p. 79. Sturz. de Dial. Alex. p. 127. Boeckh. Corp. Inscr. Vol. I. 886. Vol. II. 108. b. Boisson. ad Eugen. VI. 609. quin etiam neutra haec infuscavit barbaries, αἶμαν, πρᾶγμαν v. Corais Atact. T. II. 106. Eaque sermonis rustici licentia quaestionem, in qua versamur, haud mediocriter perturbat. Nam primum librarii aetatis suae consuetudine infecti αἶγαν, χεῖραν et similia in scriptores transfude-

runt ab hac labe integerrimos v. Jacobs. ad Aelian. p. 222. Dobraeus ad Plut. 48. Deinde quum exempla masculinorum et neutrorum indicium praebeant, $\overline{\nu}$ illud magis ephelcystum quam ex heteroclisia tractum esse, res controversa erit utrum ii, qui *ἐλπίδαν* protulerunt, ceteris quoque casibus ad hoc exemplum usi sint; quod ne liquido dijudicari possit, obstat exemplorum paucitas et scribarum in syllabis finalibus crebra vacillatio. De cetero fieri potest, ut obscuratis, quod frequenter accidit, in vulgari dialecto casuum discriminibus, unus ceteris crebrior et sonantior, qui est quartus casus, nominativi locum occuparit. Id certe comprobare videtur ingens multitudo vocabulorum romanorum a Graecis acceptorum, quorum prima positio graecae quartae omnibus literis convenit. Horum partim a viris doctis allata sunt, quos Schneiderus nominat Gramm. T. II. 1, 272. alia Salmasius ad Pall. p. 449. Bochartus Hieroz. P. II. L. VI. 6. 828. Valesius ad Ammian. XXVIII. 1, 37. Burmannus ad Anth. L. III. Ep. 210. V. D. in Observ. Amstel. Vol. II. 90. Hemsterhusius ad Lucian. Dial. Mort. XXV. 1. T. II. 527. congregarunt, nos autem et plenius exhibebimus et magis ex ordine. Ergo a monosyllabis in simplicem exeuntibus proficiscuntur *ina, vena* et *taeda* pro *ἶνα* et *δᾷδα* sive potius *δαΐδα* iota adscripto ut *ἔνδαιδες* Aesch. Eum. 1044. quod Hermannus Opusc. T. VI. 2. 125. *ἐνδᾷδες* scribit, alibi *γήρᾳ, δέπᾳ*, ut Thierschius Gramm. Gr. §. 15, 27. scribere solitus [37]).

---

37) Romani tragoedus, comoedus et citharoedus scribentes iota omiserunt in rhapsodus, prosodia, palinodia, herous, patrous, Latous, prora (quanquam huic saepe etiam Graeci subtrahunt) fortasse ob eam causam, quia illa nomina in commerciis vitae quotidianae celebrata multo prius perceperunt; nam ab eo quod comoedus a verbo compositum est, rhapsodus a nomine, variatae scripturae causa repeti nequit. Plane evanuit litera graeca in *crapula*, alias mutata in $\overline{\text{i}}$ vel $\overline{\text{e}}$, boja ut Maja sed Oea, Judaicus sed Callaecus ut *Ἀεσχρώνδας* v. Boeckh. Inscr. T. I. 722. b. 778. a. qui quum ad Pind. Ol. XIII. 82. (121.) nescire profiteretur quid sit (*τῇ*) *γένυ*, nondum cognitus erat Choerobosci canon *οὐδέποτε ἐν τέλει λέξεως ἡ $\overline{\text{υι}}$ δίφθογγος εὑρίσκεται* Anecd. 1195. quod conjunctum est cum Apollonii praecepto hanc diphthongum nunquam praeponi consonae p. 1292. quare *ζευγνύμην* scribendum esse. Id comprobare videtur Hermannus *τῇ πληθῦ* scribens in Praef. ad Seiffarth. de Sonis literar. p. VIII.

Secundo ab his, quae duplici finiuntur, sive unius syllabae sive plurium: σφίγξ fica seu pica, σφήξ vespa, φύσιγξ vesica, σπήλυγξ spelunca, θρίξ trica s. tricae, quas Nonius pilos interpretatur, ὄρυξ orca, φάλαγξ palanga, φόρμιγξ[38]) formica, ἅλιξ alica, θώμιγξ tomica, δέλφιξ delphica, θώρηξ lorica[39]), ἔποψ upupa, ἄμβιξ, ambica. Tertio, quae nominativum graecum habent, una trium finalium terminatum, Ancona, Ascalona v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. I. 355. Crotona, Bivona, Lebena, Salamina, attagena, Persida, absida, crepida, (mutata prosodia ut θήρ ferus) chlamyda, forda, helota, hebdomada, magida, Numida, pubeda (βούπαιδα), placenta, Opoenta[40]), aurora, panthera, statera. Quod si sola masculina hanc subiissent mutationem, formam cum genere conversam diceremus, cujus enallagae Priscianus de XII. Vers. Aen. p. 346. haec affert exempla, ὁ κρατήρ haec cratera, ὁ δεκάπους haec decempeda, ὁ πάνθηρ haec panthera. Sed ea ratio non convenit femininis, quorum aliqua supra memoravi, plura nunc ad-

38) Hesychius Φόρμιγγα μύρμηκα, Βόρμιξ μύρμηξ, Ὀρμίκας μύρμηξ. Vermes ἕρπης sive ἑρπήν, morbi nomen est, quam medici formicam appellant; ἕλμινθες vermina.

39) Quod Matthiae Gramm. §. 3. p. 29. dubitat, num Latini pro graeco eta substituerint iota, probatur his exemplis, ῥῆγος rica, κνῆκος cnicus, Σηπιοῦς Sipus Strab. VI. 284. δίκης dicis, ῥῆγμα rima omisso gamma ut φλέγμα flemen, hisque certioribus sed novitiis *erimus, mathisis, lyristis*, quorum iota non corripitur.

40) Inscriptio delphica bilinguis N. 1711. b. *quae nunc ab aliis Opus, ab aliis Opoenta dicitur,* ut *Cerasunta* in codd. Melae I. 19, 11. pro Cerasus et Cerasuntum, quibus interpretes apponunt Sipuntum, Solentum (Solentini), Hydruntum, Agrigentum, a graecis accusativis repetita; quod confirmatur exemplo appellativi κιλλίβας cillibantum. Ejusdem generis sunt ἡ Τραπεζοῦντα Chron. Pasch. p. 35. ἡ Τίρυνθα, de quo dictum est alibi. Diversa vero ratione ablativi nominum urbicorum μονοπτώτως usurpantur *Civitas Vercellis, metropolis Susis,* et deinceps simpliciter *Curibus, Trallibus* v. Wesseling. ad Itiner. p. 4. *Urbesalvia* etc. Quod unde ortum sit, intelligi posse puto ex Cic. Verr. II. 74. *socii ex portu Syracusis,* qui ablativi pro adjectivis valent in utraque σχέσει; nam et hospes Zacyntho dicitur, vinum Chio etc. Ostia ex plurali τὰ Ὤστια Strab. V. 231. in singularem reflexum; Arelate fortasse fortuito cum ablativo nominis Arelas congruit, vel ut *illud lacte* cum *illo lacte*.

jungam: αἴξ ἡ αἶγα in Zenodoti libello, γλαῦκα non solum in Schol. Lips. Il. *Α*. 195. p. 20, 19. sed etiam in Additam. Theophrasti Char. XVI. κἂν γλαῦκα βαδίζοντος αὐτοῦ παραπτῇ[41]) ταράττεται. *Κρέκα* pro κρέξ dici auctor est Eustathius p. 1528, 18. τὴν κρέκα μετὰ τοῦ ν καὶ χωρὶς τοῦ ν, quod sejungendum ab accusativis semibarbaris νύκταν, ἐλπίδαν, ob nominativum ab Hesychio asservatum κέρκα ἀκρίς, qui ab eodem verbo κρέκω originem habere videtur, *stridulam* significans, consuetum locustae epitheton. *Τὴν* κτέναν pro τὸν κτένα dixit Nonnus Epit. II. 22. Neque solum τὴν φλέβαν legitur Galen. in Hipp. de Hum. I. 29. T. XVI. οὐ τοῦτο μόνον ὃ καλοῦσι φλέβαν, ἀλλὰ — et Soran. de Muliebr. c. 22. p. 69. Oribas. L. XLIV. p. 58. ed. Bussemak. sed etiam apud Hesychium *Φλέβαι* νεῦρα. Genitivus κῆρας aliquoties legitur apud inferiores, neque corrigere audet Ruhnkenius ad Tim. p. 18. Et urbs Laconica *Χήν* Diog. I. 31. a Pausania, Maximo, aliisque pluraliter dicitur *Χῆναι* v. Holsten. ad Steph. p. 536. Wesseling. ad Diod. Exc. L. IX. 306. T. IV. Transeo ad bisyllaba et trisyllaba: ἅρπαξ ἁρπαγή, ἕλιξ ἑλίκη, θρίναξ θρινάκη Schol. Theocr. VII. 155. ἰλίγγη συστροφή, ἴλιγγος καὶ ἴλιξ ὁ τῆς κεφαλῆς σκοτισμός Hesych. qui eodem modo interpretatur nomina εἴλιγγος et εἶλιξ, tum κέρκωψ et κερκώπη[42]), πέλιξ et πελίκη, σάμβυξ et σαμβύκη v. Schweighaeus. ad Athen. T. II. 645. φῦσιγξ φυσίγγη, φάλαγξ φαλάγγη, quorum diversitatem imitantur Romani: ballux balluca, fulix fulica, nomen a fumo tractum ut fuligo, nam graece αἴθυια dicitur; tamarix tamarice, vomex vomica. Deinde Graeci degeneris aevi susceperunt ἡ λαμπάδα, ἡ ἑβδομάδα, et huic nominativo consimiles reddiderunt obliquos casus τὴν πεντάδην, τὴν δεκάδην, τὴν εἰκοσάδην, quae confertim suppeditat Michael Ephesius in V. Nicom. p. 64. b. τῇ εἰκοσάδῃ p. 67. a. etc. Ac pro *Γέργις* non solum *Γέργιθος*, ut Stephanus

---

41) Hoc παραπτῇ de meo addidi sequente ταράττεται obliteratum.

42) Pro κέρκωπα tamen Aelian. H. An. X. 44. Jacobsius κερκώπαν scripsit et in Hesychii glossa *Κερκώπων* δολίων, τεττίγων, posterius fortasse ad κερκωπῶν pertinet.

ait, sed etiam *Γέργιϑα* reperitur Athen. VII. 256. C. Jam restat finalium literarum tertia: *ὠλήν, ὠλένος,* pro *ὠλένη* apud Suidan legitur; pro *Τροιζήν* in codd. Strab. VIII. 369. *Τροίζηνα* scriptum; *Λέβην* sive *Λεβήν* et *Λεβήνη, Lebena,* dici ostendit Tzschuckius ad Strab. L. X. 257. accusativus *Χελῶνα* pro *Χελώνην* testem habet Hesychium, plures *μελεδών,* unde declinata *μελεδῶνι* Aret. Sign. Diut. I. 6, 79. *μελεδῶσι* II. 4, 141. sine ulla codd. dissensione; *μελεδῶνες* et *μελεδῶνας* in H. Hom. in Cypriis carminibus Athen. II. 35, C. apud Hesiodum, Theognidem, Phanocl. Fr. I. 5. Synes. H. I. 316. D. Gregor. Naz. Carm. I. p. 33. D. eo loco versus positum ut alteri formae cedere possit, quam in duobus horum locorum codd. praebent, neque genitivus *μελεδώνων* H. H. in Merc. 447. Mimnerm. Fragm. VI. Diog. Epigr. I. 60. multum ponderis habet sed *μελεδῶνας* Gregor. Carm. LV. p. 133. A. metri lege retinetur, quanquam apud hunc saepius legitur *μελεδῶναι* Carm. II. p. 43. A. p. 47. A. p. 53. A. III. p. 56. C. p. 61. B. *μελεδώναις* p. 63. C. Carm. V. p. 74. C. sed *μελεδῶσι* XX. p. 94. B. *Μελεδώνη,* quod Goettlingius ad Hesiod. Opp. 66. ferendum esse negat, legitur ap. Aret. Sign. Diut. II, 6, 148. Agath. Epigr. XIII. p. 38. T. III. *πολλῆς μελεδώνης* Hippocr. Mul. L. I. 660. et 661. T. II. neque aliud invenisse videtur Galenus in Gloss. *μελεδαίνοντι ἐπιμελουμένῳ καὶ μελεδών ἡ ἐπιμέλεια, οὐχ ὥςπερ παρ' Ὁμήρῳ ἡ λύπη*[43])· nam apud hunc *μελεδῶναι* legitur in exitu senarii ut Quint. Cal. IX. 369. His similia *Κρήστων* et *Κρηστώνη*, *Ἴτων* sive *Ἰτών* et *Ἰτώνη*, de quo egit Tzschuckius ad Strab. L. IX. 614. *Ἑρμιών* et *Ἑρμιόνη* idem ad L. VIII. 29. *Γοργών* et *Γοργόνη,* quod recentioribus tritum[44]) ab Hermanno Euripidi ipsi Alc. 1123. vindicatum est; *Γόρτυν* et *Γόρτυνα* v.

---

43) Idem in Hipp. de Articc. I. 39, 363. T. XVIII. P. I. *μελεδόνας οἱ ποιηταὶ τὰς λύπας καλοῦσιν ἐν ἴσῳ τῷ τὰ μέλη ἐδούσας*, scripsisse videtur *μεληδόνας*.

44) Locis a Jacobsio allatis ad Achill. p. 635. adde Schol. Lucian. de Dom. §. 19. p. 106. T. VIII. Schol. Od. *Λ*. 634. *Ἀκροχορδόνη* Erotian. s. *Οὖλον.*

Siebelis ad Paus. T. II. 195. Γύρτων et Γυρτώνη, quibuscum Κυρτώνη et Κυρτῶνες nodo quodam cognationis contineri videntur. E masculinis huc referenda sunt *Maces*, *Macae*, Σάκες Etym. M. 707, 36. Anecd. Cram. I. 390. Σάκαι, Βρύγες Βρύγαι, Φλεγύες Φλεγύαι, Blemyes Blemyae v. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. P. I. 192. Σκύθες Chron. Pasch. p. 57. ed. Nieb. Εἵλως, Εἱλώτης. Hujus autem tantae exemplorum copiae non poenitebit, opinor, lectores, ubi meminerint, nonnulla aut semel tantum aut perquam raro aut apud scriptores infimi ordinis reperiri, sic ut dictu difficile sit, quid librarii corruperint, quid barbaries invexerit, quid proprietate significationis excusetur. Etenim tota haec quaestio est de nominibus, quae mutata terminatione significationem non mutant, ut φύλαξ, φύλακος, Δημήτηρ, Δήμητρα, quibus nomen indidimus paraschematistorum. Ab his vero plurimum differunt ea, quorum species alia aliud declarat, ut φύλαξ, φυλακή, Φύλακος, Φυλάκη, σφήξ, σφηκός, γύψ, γύπη. Haec enim necessitas expressit, illa commoditatis causa reperta sunt et vocalitatis. Utri autem numero unumquodque adscribendum sit, tum demum sciri poterit, si cujusque significatio inventa erit vera et propria. Sed in hoc vehementer vacillamus. Num exempli causa Πρῶνα urbis Creticae nomen Zonar. p. 1581. idem est quod Πρών v. C. I. §. 1. an adjective significat *Collinam?* Equidem non reperio qui capitis vertiginem, quam ἴλιγγον dicere solent[45]), ἰλίγγην vocaverit, quo nomine vortices aquarum significant Diod. XVII. 97. Galen. de Us. Part. VII. 13, 565. T. III. Neque cito dixerim, semperne ubique ἕλιξ et ἑλίκη inter se commutari possint; nec, si quis unum alterumve attulerit exemplum, dubitandi et tergiversandi causa praecisa erit. Nam a Graecis multa dicta sunt non graece, sicut Germanorum multi loquuntur non germanice. An igitur Aelianus, quum urbem in Eryce sitam Ἔρυκα diceret v. Corais ad V. H. p. 286. incorrupte loquutus est? Vulgo quidem mons ita vocatur, urbs monti su-

---

45) V. Pierson. ad Moer. p. 196. Jacobs. ad Achill. p. 565. qui Theophrastum praetermittunt in libro περὶ ἰλίγγων hac forma constanter usum.

perstructa *Ἐρύκη* [46]). Sed rursus *Νάρυξ* et *Ναρύκη* indiscreta sunt v. Wesseling. ad Diod. XIV. 82. ut *σικύς* et *σικυός* Poll. VI. 46. *βλῆνος* et *βαλήν*, *Πώγων* Argolidis portus et Pogonus; nec scimus *Τροίζην* sive *Τροιζήν* aliter dici quam *Τροίζηνος* v. Schol. Il. *B*. 847. sed apud Romanos metropolis Troezen dicitur, Troezene colonia v. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. P. II. 237. Ejusmodi quaestiones sunt infinitae et innumerabiles, quas si quis solvendas susceperit, faciet quod Thales interrogatus quid deus esset, fecisse dicitur; primum diem, tum mensem, tum annum sibi ad deliberandum poscet. Non minus ambiguum sed minus ambigi dignum, qua via paronyma illa sint orta; utrum ut veteres volunt, a certis praeformatisque casibus an potius a stirpe ipsa. Equidem ita mihi persuasi, anadromen illam ad servandum scholasticae disciplinae tenorem perapte excogitatam esse, sed priscos nomenclatores, quae dictu opus erant, libere atque sine proplasmate finxisse. Adeo enim cerea est vocabulorum natura, ut in ipso loquentium ore aliter atque aliter figurentur. Etym. M. p. 231, 8. *Γηρυών καὶ κατὰ μεταπλασμὸν Γηρυονεύς* (ut *Ὀφίων Ὀφιονεύς*) *καὶ Γηρυόνης· ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει τὸ Γηρυών ἀπὸ τοῦ Γηρυόνης εἶναι κατὰ ἀποκοπήν*. Similiter *Καππάδοξ* et *Καππαδόκης* v. Tzschuck. ad Strab. XII. p. 6. Jacobs ad Anth. Pal. p. 415. cui Stephanus *Τεκτόσαξ* et *Τεκτοσάγης* (ut *Αἰγοσάγης* v. Schweighaues. ad Polyb. V. 77, 3.) componit, Satraps et Satrapes, ut *ῥώξ*, rupes, et fortasse trabs a *τράφηξ* sive *τράπηξ*, hoc a *τράφω*, unde *τάρφη*, id est *βλαστοί* Hesych. et interposita alia vocali *ὕσπληξ*, *ὑσπληγίς*, *βάμβαξ* sive *πάμβαξ*, *βαμβακίς* Suid. *πάλλαξ*, *παλλακίς*, quibus nemo anadromae nomen applicabit. Nihiloque exploratior videtur metaplasmi praetextus, cujus quum saepius habita sit mentio, causas et genera paullo accuratius inquirere annitamur.

---

46) Discrimen nominum *ὄμφαξ* et *ὀμφάκη* in Lexicis traditum nititur uno Dioscoridis loco, quo nunc pro *ὀμφάκη* revocata est Aldina scriptura *ὄμφαξ*.

CAP. III.

De metaplasmo.

§. 1.

Primum locum dabo casibus obliquis, quibus qui conveniat nominativus aut ne fingi quidem ut *δορός, υἷος, ἀρνός, πολύαρνι*, aut non declinari potest, sicut *κλῶθες*, quod Technici pro *κλωθοί* dici affirmant, non solum quia *κλώς* nusquam reperitur, sed multo magis quia, quae reperiuntur hoc modo terminata (v. C. I. §. 3.) aut indeclinabilia sunt aut aliter declinantur. Secundo loco collocabimus eà vocabula, quorum primus casus ab auribus abhorret vel ob nimiam exiguitatem vel quia consonantes asymplocas continet. Ad prius genus pertinent *κνίς, κλάς, στάς* et cetera monosyllaba in prima hujus disputationis parte enumerata, quae lex et usus excludit. Itaque Draco p. 36. et p. 103. *τὸ στάδα λίμνην*, inquit, *καὶ τὸ κλάδα χρυσεόκαρπον οὐχ ἕξει τινὰ ὀξεῖαν* (scrib. *εὐθεῖαν*) *στάς ἢ κλάς· μεταπλασμοὶ γάρ εἰσι·* quod quomodo de *κλάδος* dici possit, nemo ambigit, sed haeremus in altero, quia neque *στάδος* neque simile quidquam legitur. Invenitur quidem nomen neutrum *τὸ ἐμβαδόν* apud Polybium et posteriores, significans *τὸ τῶν ἐπιπέδων σχημάτων χώρημα* Eustath. p. 1029. 59. qui eo saepius utitur, *τὸ τῆς οἰκίας ἐμβαδόν* p. 436, 40. *δάπεδον ἐνταῦθα τὸ τοῦ δώματος ἐμβαδόν* p. 1655, 60. *τοῦ ἐμβαδοῦ* p. 1901, 55. *τῶν ἐμβαδῶν* Anatol. de Dyad. p. 12. quo intellectu veteres *χωρίον* dixerunt; idemque apud Byzantios pro *ἐμβάτη* sive *ἔμβασις*, hoc est folium balnei, receptum est v. Du Cang. Gloss. sed ex hoc vocabulo, quod fortasse vulgi abusu ex *ἐμβατόν* corruptum est ut *ἐμβαδία* pro *ἐμβατεία, ἐνώδια* pro *ἐνώτια, τῆδες* pro *τῆτες*, cotonea pro cydonia, specimen capere nefas. Deinde adjectivo *χανδός* usus est ignotus poeta in Append. Epigr. CCCLXI. *ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος*, quod Eustathius eodem traxit p. 746, 69. *ὅρα τὸ χανδῆς, οὗ ἡ αἰτιατικὴ ποιεῖ τὸ χανδὸν ἐπίῤῥημα*, nec dubitandum videtur Jacobsio ad Pal. 959. Schneiderus autem trajectione syllabarum depravatum putat pro *ἐκ ζωρῆς χανδοποτῶν* — cui emendationem anteponam aliam mi-

nus audacem et fortasse magis graecam εὐχανδεῖς ζωροποτῶν κύλικας. Adjectivum εὐχανδής, quod Riglerus suspectat ad Maneth. VI. 463. exemplis, quae Jacobsius affert ad Anth. Pal. p. 157. satis munitum adeoque in cod. Goett. Nicandri Alex. 63. praeferendum vulgato ἐγχανδής. Tertio Lexicographi nostri ἀνάφανδα et ἀμφαδά pluralem esse volunt adjectivi ἀναφανδός, quod sine dubitatione concederem, sicubi ὁ et ἡ ἀμφαδός, τοῦ ἀμφαδοῦ etc. legerentur. Sed quae pro adjectivi usu afferri possunt, omnia unius modi sunt; Odyss. XIX. 390. μή ἑ λαβοῦσα οὐλὴν ἀμφράσσαιτο καὶ ἀμφαδὰ ἔργα γένοιτο, Apollon. III. 615. μὴ ἀρίδηλα καὶ ἀμφαδὰ ἔργα πέλοιτο, quod Scholiastes interpretatur ἀκουστά, φανερά, et IV. 84. πρὸ γὰρ ἀναφανδὰ τέτυκται πάντα, Quint. Cal. XII. 242. ὄφρα μὴ ἀμφαδὰ Τρωσὶν Ἀχαιῶν ἔργα πέληται, et XIII. 26. μὴ ἀμφαδὰ πάντα γένηται, Manetho VI. 294. πάντ' ἀναφανδὰ πέλει, et hoc verbo omisso Gregorius Naz. Carm. XI. p. 85. B. ἔνθα τε πάντ' ἀναφανδά. Atque ejusmodi exemplis nititur Eustathii sententia p. 1062, 32. αὐτοσχεδά ἀντὶ τοῦ αὐτοσχεδόν, ὁποῖον καὶ τὸ ἀμφαδόν, ἀμφαδά, μεταβληθέντος τοῦ ἐπιῤῥηματικοῦ ἑνικοῦ οὐδετέρου εἰς πληθυντικὸν ὅμοιον, et p. 1464, 51. τὸ ἀναφανδά ἐσχημάτισται πληθυντικῶς ἀπὸ τοῦ ἀναφανδόν ἐπιῤῥηματικοῦ ὀνόματος. Ergo ne is quidem haec ἐπιθετικὰ ὀνόματα vocare ausus est, quia ἀμφαδός, αὐτοσχεδός, nunquam invenerat, sed solum neutrum et id cum solis verbis, quibus Latini quoque adverbia adjungunt *palam esse*, *propalam fieri*. Neque ex eo quod Lucianus dixit, Epigr. V. οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι διακριδόν ἐστι νόημα, colligi licet, adjectivum διακριδός in usu fuisse. Nam Graeci non solum adverbia localia et temporalia cum verbo substantivo ejusque vicariis construunt, μίνυνθα δὲ γίγνεται ἥβης καρπός Mimnerm. El. II. 7. etc. sed ea etiam, quae qualitatis vocantur, σῖγα πᾶς ἔστω λεώς Eur. Hec. 532. cui appositum est homericum ἀκὴν ἐγένοντο σιωπῇ et Quint. XII. 335. τοὶ δὲ σιωπῇ πάντες ἔσαν, neque Aristarchus dubitavit homericum ἄνεω (γενέσθαι et εἶναι) adverbium dicere. Similiter ἀνέδην οὐσῶν τῶν συνόδων Athen. XIII. 555. D. συστάδην οὔσης τῆς μάχης Diod.

XI. 7.[1]) quae constructio saepius incommodavit Criticis. In Dion. Cass. XXXVIII. 30. p. 173. *Κικέρων ταῦτα ἀκούσας ῥᾳδίως ἐγένετο*, Sturzius contra codices *ῥᾴων* edidit, sed *ἐγένετο* pro *διετέθη* valet ut *γενομένη ῥᾳόνως* Artemid. V. 30, 409. *οἱ δειπνοῦντες — τῇ ὑστεραίᾳ καλῶς γίνονται* Athen. X. 419. D. Plutarcho familiare est *ἡδέως γέγονα* V. Demetr. XI. V. Alex. LXIX. Sympos. IV. Quaest. IV. 2, 183. de Sanit. p. 383. T. VII. Praecc. Pol. III. 141. T. XII. pro quo Demosthenes dixit *ἡδέως ἂν εἴη αὐτοῖς* c. Neaer. p. 1554. *κομψῶς σοι ἔσται praeclare tecum actum fuerit* Epict. Diss. II. 18, 14. *κακῶς μοι ἐστι* IV. 4, 2. exemplo homerico; *τἄλλ' ἔσται καλῶς* Eur. Iph. A. 441. (396) *προϊστορῆσαι (ἂν) ἀναγκαίως εἴη* Eunap. V. Aedes. 68. p. 38. Wyttenbachius *ἔχει* scribendum putat. Intactum inoffensumque est Lucian. Hermot. §. 69, 93. *πολλὰ μοχθήσαντες ὁμοίως ἐσμὲν eodem loco sumus*, sed Phalar. Ep. LXXXVI. 246. *ὁμοίως τοῖς πονηροτάτοις ἔσῃ*, dubito utrum ita accipi debeat ut *ἡ Σαρδὼ ὅμοιά ἐστι ταῖς μάλιστα ἐπαινουμέναις*, an potius adverbio praestet adjectivum; quae quum librarii saepius commutaverint ut *σαπρῶς γενομένης τῆς οἰκίας* Athen. VI. 241. D. *οὐ μετρίως γενόμενος* Diod. XIV. c. 105. *ἀνεπιγνώστως γίγνεται τὸ διάστημα* Polyb. XVIII. 1, 16. etc. perdifficilis est veri falsique dijudicatio, sed illud dubitari non debet, quin adverbium *ἀναφανδά* cum verbis jungi possit [2]). Neque mira-

---

1) Ad demonstrandum adverbia poni pro adjectivis, Grammatici nostri afferunt Thucydidis verba *χαλεπῶς αὐτοῖς ἡ ἀνάστασις ἐγίγνετο*, et Theognidis *ὁ δασμὸς οὐκ ἴσως γίγνεται*, quo nihil approbant. Nec magis *ῥηϊδίως ἔσταί ἡ ἴησις* Hippocr. de Haemorrh. p. 344. T. III. *ἵππον λυσσῶσαν ῥᾳδίως ἐστὶ παῦσαι* Aelian. V. H. XI. 18. *ῥᾳδίως τῆς ἐμβολῆς γενομένης* Oribas. de Luxat. c. IV. 138. *ἀκριβῶς ἡ ἁρμονία γενήσεται* de Fract. I. 57.

2) Cum nominibus verbalibus: *μίξεις ἀναφανδόν* Basilius de Legg. script. VI. 40. *στρομβηδὸν νηῶν σύγχυσιν — ἤεισεν Ὅμηρος* Epigr. Adesp. CCCCXCII. *θηρίων συστάδην ἀναίρεσις* Herodian. IV. 7. p. 89, 11. *θάῤῥη λίαν* Aristot. Probl. XXX. 1. p. 954, 31. Mirabilius illud Paus. II. 30, 7. *ἱερὸν ᾠκοδόμησεν ἐπὶ θαλάττῃ τελματῶδει καὶ ἐπιπολῆς*, et Quintil. VIII. 6, 11. *audaci et proxime periculum translatione tolluntur*, nec

tionem habet illa adverbii cum adjectivo conjunctio ἀρίδηλα καὶ ἀμφαδά, nam eadem libertate Plato est usus Legg. X. 885. B. ἱεροσυλία λάθρα καὶ βίαιος ἐὰν γένηται, et Nonnus XXXIV. 268. ὡς διδύμων τελέσειεν ἀμοιβάδις ἔργα θεάων, λάθρια Κύπριδος ἔργα καὶ ἀμφαδὸν ἱστὸν Ἀθήνης, id est, clam Veneris, palam Minervae; Aristoph. Thesm. 91. φανερὸν ἢ λάθρα λέξων, et Homerus ipse Il. *K*. 51. μελήσει Ἀχαιοῖς δηθά τε καὶ δολιχόν, cum aliis quos ad Aj. v. 839. attuli [3]). Sed jam satis, opinor, confirmatum est, adjectivi ἀμφαδός fidem nullam esse; neque magis χανδή illud et τὸ ἐμβαδόν pro argumento afferri posse, manifestum facit infinita adverbiorum in δον, δα et δην exeuntium copia, partim verbalium σχεδόν, ῥυδόν, ὀκλαδόν, παρασχεδόν, ἀνασταδόν, παρασταδόν, ἐμβαδόν, παραιβαδόν, ὑποφθαδόν, ἐγκλιδόν etc. partim a nominibus ductorum κλαγγηδόν, γνωμηδόν, φορμηδόν, βαθμηδόν, λεοντηδόν, φαλαγγηδόν etc. quibus simile adjectivum nusquam gentium reperitur. Adversatur quidem Grimmius Gramm. T. III. 239. Buttmanni vestigiis ingressus Lexil. T. I. 16. cui ἀναφανδόν et κρυφηδόν accusativi esse videntur, perinde ut latina *coram* et *palam*, sed admodum vereor, ne κρυφηδός et ἀναφανδός et quae his similia effingi possunt adjectiva ὁμοθυμαδός, ἐξονομακληδός, βουστροφηδός, καταφυλαδός, διαμοιρηδός, non tam obsoleta sint quam mere barbara aut certe ejus Graecitatis, quae diluvio periit. Equidem in adverbiis quae stirpem in promtu positam habent, ἀμύξ, μίξ, ἐπιμίξ, ὀδάξ, προτύψ, simplicissimam mihi for-

---

libri consentiunt. Cum articulo Aret. de Sign. Acut. II. 12, 64. ἀκρατέες ἐς τὸ ἀμφαδόν.

3) Il. XV. 53. εἰ ἐτεὸν καὶ ἀτρεκέως ἀγορεύεις, Quint. XIV. 61. οὔτε κρυφηδὸν οὔτ' οὖν ἀμφαδίην, Arat. 1078. πρώϊα καὶ ὁμιλαδὸν ἐρχομένῃσι, et Nicandr. Ther. 495. διαμπερέως καὶ ἀπηλεγέε praetermisi, quia haec adjectiva adverbiorum locum occuparunt, sicut adverbia articulo adjuncta pro adjectivis valent, τῶν ἀνωτάτω καὶ μετεώρων τόπων Heracl. Alleg. XL. 135. τῆς ἀνωτάτω καὶ μεγίστης ἀρχῆς Philo de Creat. Princ. §. 5, 364. Mang. et neutrum comparativi: φερόμενοι ἀφειδῶς καὶ ἀκρατέστερον Paus. IV. 7, 2. εἶχον ἀτακτότερον καὶ ἀθύμως ibid. 8, 3. Illis adde Xenoph. Anab. VI. 1, 3. ἥλλοντο ὑψηλά τε καὶ κούφως.

mam agnoscere videor, hisque proxime pono ea, quae pro sigma unam trium vocalium receperunt, *μίγα, λίγα, πύκα, κρύφα* etc. v. C. II. §. 1. quorum brevitati medetur insertum delta *μίγδα, κρύβδα, ψύβδα, φύγδα*, et labialibus familiare my, *ῥίμφα*. Eadem vero vocalis adhibetur verbis puris vel *ν* mobile habentibus *χυδά* Joann. p. 30. *περιχυδά* (si certa est scriptura Hippocr. de Affect. p. 420. T. II. ubi *περίχυδα* editum) *ἐκταδά*[4]), *ἀποσταδά, διακριδά, ἀποκριδά* Joann. p. 33. quorum accentus declarat delta non interpositum esse ut superioribus, sed pertinere ad terminationem, cujus altera forma est *δον, σταδόν, ῥυδόν, σχεδόν, ἐκταδόν, ἐπισταδόν, ἀποσταδόν, περισταλαδόν* Hesych. *ἀποκριδόν, διακριδόν, παρακλιδόν*, et tertia *στάδην, βάδην, ῥύδην, σύδην, χύδην, ἐκτάδην, ἀποτάδην, ἀμφάδην, διαφάδην* (*διαῤῥήδην*), *ἐπισπάδην* Hippocr. de Int. Aff. p. 474. T. II. *ἐμπελάδην*, quem ad numerum accedunt, quae a verbis in consonam exeuntibus ducta sunt, *μίγδην, συναΐγδην, κλέβδην, ὄβδην, διαλεγδόν, ἡμερολεγδόν* Arist. H. Ann. VI. 21, 2. Hisque terminationibus saepe eadem variantur vocabula. Apollonius de Adv. p. 562, 18. *τὰ εἰς δα ὀξυνόμενα συνυπάρχει τοῖς εἰς δον περατουμένοις, καναχηδόν, καναχηδά, αὐτοσχεδόν, αὐτοσχεδά, χανδόν, χανδά*, similiterque alia verbalia et nominalia *ἀγεληδόν, ἀγεληδά, εἰληδόν, εἰληδά, λαθρηδόν, λαθρηδά, ῥοιζηδόν, ῥοιζηδά, συσταδόν, συσταδά*. His adjuncta est quarta terminatio, cujus specimen praebet *μιγάδην*, sed frequentissimus usus est in nominibus perfecto secundo assimilatis, *λογάδην, καταλογάδην, ἀγχοάδην, ἀνδοκάδην, ἀμβολάδην, παραβολάδην, ὑπερβολάδην, δρομάδην, παραδρομάδην, ἐπιτροπάδην, ἐπιστολάδην, περιστολάδην, ἀναστροφάδην, λοχάδην, σποράδην, φοράδην*, quorum exemplum sequitur propter formae similitudinem caetera dispar *μονάδην*, quod idem dicitur cum metathesi quantitatis *μουναδόν* ut *οἰαδόν*[5]), *συνωχαδόν* et

4) Nonn. XXXVII. 592. *καὶ πόδα πεπταμένης διὰ γαστέρος ἐκτάδα πέμπων*, Graefius *ἐκτάδα* pro accusativo habuisse videtur. Sed est adverbium *ἐκταδά*.

5) Adverbio *ὁμαδόν* fidem conciliat Suidae glossa *Ὑφώμαδον* (*ὑφομ.*) *ὁμωθυμαδόν*.

συνοχηδόν. Quinta species est eorum, quae in *αδις* terminantur, *κρυφάδις, μιγάδις*, v. Anecd. Cram. II. 163. Bekk. p. 1317. et dorica in *ανδις, χαμάνδις, Ὀλυμπιάνδις, ἀγράνδις* ibid. p. 1303. quae si exempla sequimur, haec terminatio in *ανδις* propria fuit topicorum. Sextum et ultimum gradum obtinent, quae in Anecd. Cram. p. 164. Bekk. p. 1364. proferuntur: *ἐπιῤῥήματα προπαροξύτονα διὰ τῆς ει, διχάδεια, τυπάδεια, τροπάδεια, κρυφάδεια, ἐγκρικάδεια, τελλοφάδεια καὶ εἴ τι ὅμοιον*, quorum hodie nullum in libris Graecorum reperitur, nisi ultimum est homericum *καταλοφάδια*, quod Glossographi *κατωμαδόν* interpretantur et duobus sub accentibus scribunt. In Schol. Il. XXIV. 163. *ἐντυπάς* [6]) *ἡ διπλῆ ὅτι ἐν ἴσῳ τῷ ἐντυπαδίῳ*, scribendum est *ἐντυπάδια* sive *ἐντυπάδεια*. Tertii meminit Photius *Τροπάδια ἀστραγάλων παιδιά*, cui Albertius ad Hesych. s. *Τρόπα* lenem admodum sed fortasse non necessariam correctionem adhibet *Τρόπα δι' ἀστραγάλων κ. τ. λ.* De quinto Hesychius *Ἐγκρικαδία ἡ συναφὴ τῶν χειρῶν εἰς τοὐπίσω*, *digitis*, ut Plinius ait H. N. XXVIII. 47. *pectinatim inter se implexis*, manibusque vel circa genua complicatis, quod lugentes [7]) faciunt et otiantes, vel post tergum ad onus ferendum ut Thucyd. IV. 4. *τὸν πηλὸν ἐπὶ τοῦ νώτου ἔφερον τὼ χεῖρε ἐς τοὐπίσω ξυμπλέκοντες*, et in ludo, de quo Schol. Il. Ψ. 34. *παιδιά τις ἐν κοτύλῃ λέγεται, ἐπειδὰν τὰς χεῖρας κοιλάναντες εἰς τοὐπίσω δεχώμεθά τινα ἐπιβεβηκότα — — — ταύτην δὲ οἱ μὲν ἐφεδρισμὸν καλοῦσιν, οἱ δὲ κρικαδίαν* etc. quo loco fortasse *κρικάδια* vel *κρικάδεια* scribendum est tanquam nomen inde-

---

6) *Ἐντυπάς* ne quis cum *ἐντομάς* consociet, adverbium esse declarat accentus, de quo Apollonius loquitur, atticus *ἔντυπας*, et Grammaticorum auctoritas, qui illud cum *ἑκάς, ἀγκάς, ἀνδρακάς*, componunt v. Schol. Od. N. 14. Postremum tamen nonnulli nominativum esse putarunt vel ex *ἀνδράδεκας* concisum ut Phrynichus, vel integrum ut Nicander, qui partem virilem *ἀνδρακάδα* dixit. Mihi pro *ἀνδράξ* dici videtur ut *μοναξ*, quod illi apponit Polybius de Schemat. p. 612. T. VIII. Rhet. Graec.

7) Alium lugentium vel meditantium habitum denotat *os columnatum* Plauti, quod Graeci vocant *ὑπόγυιον*, *τὸ καθῆσθαι τὰς χεῖρας ἔχοντα ὑπὸ τὴν γνάθον* Hesych.

clinabile, ut et τρόπα sive τροπά a Joanne p. 32, 32. adverbiis adnumeratur aliaque ludorum nomina, ὀστρακίνδα, χυτρίνδα, βασιλίνδα p. 34. quare in Cratetis versibus Poll. IX. 115. pro κυνητίνδαν, quod metro adversatur, scribendum est κυνητίνδα. His si adjunxero terminationem ινδην, πλουτίνδην, ἀριστίνδην, et duo solitaria μίνυνθα, ὀλίγινθα, numerus fere expletus erit. Atque haec copia Graeci ita usi sunt, ut plerisque duas tresve reddiderint exitus, ἐνωπαδόν, ἐνωπαδίς, ὠμαδόν, ὠμάδις, λαθρηδόν, λαθρηδά, λαθρηδίς, αἰφνηδόν, αἰφνηδά, αἰφνηδίς, nonnullis plures, ἀμοιβαδίς, ἀμοιβηδίς, ἀμοιβαδόν, ἀμοιβήδην, ἀμοιβηδόν v. Schol. Il. Σ. 506. κρύφα, κρύβδα, κρύβδην, κρυφηδόν, κρυφάδις, κρυφανδόν. Hos autem esse accusativos adjectivorum si quis asseverare pergat, aut unum saltem hujusmodi adjectivum in medium promat necesse est, ἐθελοντηδός, παλιμπυγηδός, βοτρυδός [8]) aliudve simile, aut si hoc parum successerit, saltem ostendat necesse est, cur Graeci nominum et verborum terminationes in infinitum variare potuerint, adverbia autem nisi presse ad similitudinem casuum nominalium effingere nefas duxerint. Ob easdem causas substantivum ὀβδή, quod Passovius ascivit ex adverbio ὄβδην, a Graecorum consuetudine segregari oportet, neque magis admittendum σποραδής, quod quum Schneiderus profligasset, ab illo revocatum esse miror; ordinem egreditur ἀγχιβάδης ἄρτι παρών Hesych. pro quo ἀγχίβλως ex Etym. vel ἄγχι βάς scribendum, παραιβάδης Aesch. Eum. 543. jam remotum est. Etenim propagantur quidem ab hoc genere verborum nomina assumto delta, sed earum forma diversa est; primum substantiva, ἄδος, ἄδη (cujus accusativus adverbii modo usurpatur ut *ad fatim*), χλιδή, βάδος, κλάδος, σπαδών, tum adjectiva, quorum formae plures; una primitiva et simplicissima ἀκλάς, συστάς, νεοσπάς, ἐμβάς, quae quam literam in declinatu suscipiunt, eadem inservit producendis secundariis formis νεοσπαδής, νευροσπαδής, εὐαδής

8) Βοτρυδόν et νεκυδόν sola esse dicuntur a nominibus ducta Anecd. p. 941. Verbale est ὠρυδόν, ignotae originis κλωκυδά τὸ καθῆσθαι ἐπ' ἀμφοτέροις ποσί Hesych. quod Latini *incoxare* dicunt.

id est εὔπνους, de quo mihi non convenit cum Hermanno ad Philoct. 817. ἐπαυτοφαδές ἐπ' αὐτοφώρῳ Hesych. qui et calceorum nomen αὐτοσχεδές affert et ἀσχαδές, quod ἀμετάσχετον interpretatur, sed Etym. M. ἀκατάστατον, quasi ἀσταδές legisset; quibus adjuncta sunt deuteroclita σχέδιος [9]), στάδιος, ἐκτάδιος, ἀμφάδιος, ἀποσπάδιος, φθίδιος, πασσυδίη, βλύδιος, nisi hoc a βλύζω repetere malumus ut a χάζω εὐρυχαδής, quod Lucianus reprehendit; neque impediam, si quis ῥαδές τὸ ἀμφοτέρως (ἀμφοτέρωσε) κλινόμενον Hes. ἀμφιῤῥηδής et περιῤῥηδής cum verbo ῥέω (ruo?), ῥέπω, ῥίπτω, ἐρείπω cognata putet. Atque ab hoc rarissimo adjectivorum genere nulla existit propago; nam διαῤῥυδᾶν Aesch. Choeph. 67. neque pro διαῤῥυδῆεν accipi neque neutrum participii dici potest; Scholiastam διαῤῥύδην legisse ostendit interpretatio διαῤῥέων, quo modo adverbia explicari solent: ἀποσταδά ἀφεστῶτες Schol. Il. O. 556. ἀμβολάδην ἀναβάλλων Hesych. ἐντυπάς περιεσφιγμένος Schol. Apoll. I. 264. Sed resumamus orsa.

§. 2.

Comprobato igitur, adjectivum σταδός, cujus accusativus in στάδα transfigurari posset, fuisse nullum, circumspiciendum est aliud effugium. Nec desunt duces. Etenim complures veterum στάδα illud amputato capite ex εὐστάδα extitisse ajunt eadem ratione, qua ἠνορέη pro εὐηνορέη substitutum sit Anecd. p. 1242. Etym. M. p. 432, 35. Cujus sententiae auditu mirabilis Grammaticorum secundum Aristarchum nobilissimus, Apollonius, nescio an auctor, certe comprobator fuit. Hic enim de Conj. p. 499. et de Adverb. p. 546. pluscula vocabula ad speciem simplicia e compositis nata putat, ἠνορέη, σαφής, ψευδής, φρονεῖν, argumentatione hujusmodi: a φρήν si ver-

---

9) Eustathius p. 1662, 35. recte σχέδιος a σχεδόν ortum dicit, non contra, ut quidam ἐνῶπα ab ἐνώπια ortum putarunt; idque confirmant etiam adverbia paronyma eodem traducta. Etym. Gud. p. 308, 15. κατωμάδιος ἀπὸ τοῦ κατωμαδόν ὡς ἀφαδόν ἐκτάδιος scrib. ὡς ἀμφαδόν ἀμφάδιος, ἐκταδόν ἐκτάδιος. Adde his ἐπωμάδιος, ἐνωπάδιος, ἀμοιβάδιος.

bum ducatur, id φρενῶ esse debere, tropen vero vocalis ε in ο nullam admitti nisi in synthesi σώφρων, εὔφρων, ἄφρων, unde quum derivatum esset verbum ἀφρονεῖν, hujus contrarium dici φρονεῖν. Supra C. I. §. 3. dixi genus esse synecdromae, quo contraria contrariis assimilantur, attulique nomina et verba composita ex simplicibus nata, quae sine illis nunquam extitissent σύμβαμα - ἀσύμβαμα, εἱμάρθαι - ἀνειμάρθαι Plutarch. de Plac. Phil. I. 27. Neque contrarium fieri posse nego, ut nonnunquam compositis contra ponantur simplicia, etsi exemplum deest praeter illud οὐδέν - δέν. Nam *coniti*, quo usus sum ad Aj. p. 81. vanum est Harduini commentum, quodque Eustathius dicit p. 1893, 30. ὁ ἀθεμίστιος ἀφαιρεθεὶς τὴν κεφαλὴν ἀποτελεῖ τὸν Θεμίστιον, jocari videtur. Sed φρονεῖν, verbum usitatissimum et antiquissimum, ex ἀφρονεῖν ortum esse dictu arduum; quumque φρήν solum sit monosyllaborum, quod in transitu vocalem bisyllaborum, (πατέρος, ἀνέρος) ritu corripiat, idemque solum, quod ex se et verbum progignat et substantivum (φρόνις), non nimium nobis arrogare videmur, si ο micron hujus verbi consueta enallage ex ε genitivi extitisse contendimus, ex quo ad composita quoque translatum est, ἄφρων, εὔφρων ut ἀπάτωρ, διμήτωρ. Ἠνορέη Apollonius ex εὐηνορέη decurtatum putat; nam ab ἀνέρος formandum fuisse ἀνερία vel ab ἀνδρός ἀνδρία ut ab αἰθέρος αἰθερία. At quis audeat vocabulum plane singulare, et ἀπαράθετον sub formula judicare? Concedamus Eustathio p. 826, 56. ἦνωρ fuisse ἄῤῥητον, quanquam afferri potest et Hesychii testimonium Ἥνωρ ἄρχων et similitudo nominis φρήτωρ, sed illud tamen nobis eripi non patiemur, ab ἀνήρ ἠνέρος, ut ἀήρ ἠέρος, et mutata vocali ἠνόρος declinari potuisse, unde pendet Hesychianum ἀνόρεος ἀνδρεῖος copulatumque ὑπερηνόρεος. Et ut nihil istorum dictum sit, fortasse ipsa compositorum forma animo anticipata derivatum ἀνόρεος, ἠνορέη, in sui similitudinem traxit; cujus prolepsis exempla aliquot infra producemus; eique conjecturae hoc facilius indulgebitur, quod a nullo alio nomine in ηρ exeunte primitivo substantivum in ια nascitur, ad cujus normam illud possit exigi; nam quae Apollonius memorat,

ἀνδρία et αἰθερία, eorum prius substantivum est, ἠνορέη autem adjectivum ut πινυτή [10]), alterum genere quidem cum hoc congruit, sed differt eo quod nomen αἰθήρ componi cum aliis non potest, ἀνήρ autem componitur sic ut πατήρ, substituta vocali ο. Verum illam aphaeresis suspicionem arbitror istis ne in mentem quidem venturam fuisse, nisi potissimum adjectiva ψευδής et σαφής ob oculos habuissent, quae in commune recepta nec tamen Grammaticis nativa visa sunt. Schol. Il. Δ. 235. ὁ Ἀρίσταρχος ἀναγινώσκει ψεύδεσσιν, ὁ δὲ Ἑρμαπίας ψεύδεσιν, ἐπεὶ οὐδέποτε οἶδεν ὁ ποιητὴς ἁπλοῦν τὸ ψευδής, ἐν δὲ συνθέτῳ φιλοψευδής, ἀψευδής, quae ratio nobis non gravissima videretur, nisi sciremus hoc genus adjectivorum verbalium, si cum compositis ejusdem generis conferatur, summae esse raritatis. Apollonius de Synt. III. 29, 267. quum demonstrare vellet innumerabilia esse syntheta ὧν τὸ διαλυόμενον κατ' ἰδίαν οὐκ ἔστι ῥητόν, exempla non aliunde quam ex hoc numero repetit, σεβής, παγής, γενής. Cujus generis primitias quasdam et quasi libamenta dedit Homerus. Primum ζαής, de quo tamen non satis constat simplexne sit an compositum. Arcadius p. 23, 12. τὰ περιττοσυλλάβως κλινόμενα βαρύνονται, λύης λύεντος ἀπὸ τοῦ λυήεις (fort. λυσσήεις) καὶ τὸ ζαὴς ὡς σύνθετον ὀξύνεται, pro quo βαρύνεται scribendum et pro βαρύνονται, quod praecedit, ὀξύνονται hoc est περισπῶνται. Item Anecd. Cram. I. 47. ὡς φράζω φραδής οὕτως ἄω ἀής καὶ δυςαής καὶ ζαής. Id igitur sive aeolico more compositum est ut ζαελέξατο sive communi ut ζάπλουτος, ad hanc causam nihil pertinet; sed alii simplex esse tradunt sicut verbum Ζάει πνεῖ, Ζαέντες πνέοντες Hesych. ipseque Arcadius p. 25, 3. refert inter simplicia oxytona, ἀλής, πρηνής, ψευδής. Neque alpha longum contractionis documentum praebet; nam idem habent non contracta εὐαής, δυςαής, ἁλιαής. Jam apud Homerum bis legitur ζαὴς ἄνεμος Od. Ε. 368. et Il. Μ. 157.

---

10) Ἦν οὖν καὶ τὸ εὐήνωρ, ἀφ' οὗ κτητικὴ παραγωγὴ ἔπιπτεν εὐηνόρεια ὡς ἑκτόρεια, κ***ρεια καὶ πρακτόρεια, pro quibus καστόρεια et ἀκτόρεια vel aliud simile posuisse videtur.

quorum locorum priori hoc adnotatum est: ὀξυτόνως τὸ ζαής· alteri hoc amplius: ζαής ὡς ὑγιής· παραιτητέον τοὺς βουλομένους βαρύνειν πλανηθέντας ἴσως ἐκ τῆς αἰτιατικῆς ζαῆν ἄνεμον, quod legitur Od. *M*. 313. cum hoc scholio: Ἀρίσταρχος ζαῆν ὡς Ἑρμῆν, Ποδῆν. Hic igitur nominativum integrum esse putavit ζαέας ut Θαλέας, Πυθέας, Φιλέας, Τελέας Aristoph. Ἀνθέας Athen. X. 445. A. [11]) contractum ζαῆς ut Θαλῆς, Αὐγῆς Arcad. p. 23, 25. Σωσῆς Eust. p. 1538, 34. Qui vero illic ζάης, hic ζάην scripserunt, alteram sequuti sunt formam Θάλης Θάλου, Πύθης Πύθου Polyaen. VIII. 42. Diod. XIII. 13. Ἄνθης Ἄνθου v. Siebelis ad Paus. T. I. 243. de quo Etym. M. p. 108, 48. Ἄνθης βαρύτονον ὡς πότης. Accusativi hujus formae sunt Φλέγην Quint. Cal. X. 87. et Πέτην τὸν πατέρα Μενεσθέως Diod. I. 28. ubi audacter Πετεῶ (Πετεώ) corrigunt; genitivus ionicus foret Πέτεω, a quo Πετέω Apollod. III. 10, 8. non longius abest quam homerica scriptura Πετεώ, quam Heynius hic substituit [12]). In Odyssea autem nonnulli ζαῆν' ἄνεμον praetulerunt. Etym. M. 407, 1. ὡς παρὰ τὸ πέτω πέτην, οὕτω παρὰ τὸ ἄω ἄην καὶ ζάην· τὸ γὰρ τέλειον ζαῆνα [13]), vitiatis accentibus; et ab eodem verbo non solum Ζήτης, id est ζαήτης, quod olim in Anthol. scribebatur, sed etiam Κάλαϊς, id est ὁ καλῶς πνέων, compositum esse opinatus est idem Grammaticus et Schol. Pind. Pyth. IV. 324. Sed hoc

---

11) Ἀνθείας legitur Paus. VII. 18, 2. ut Αὐγείας Il. 15, 1. Αἰνείας VIII. 12, 5. alibi apud eundem Αὐγέας, Αἰνέας. Θαλέας, Θρασέας, Μενέας Etym. M. 579, 25. a substantivis θάλος etc. repetit.

12) Πέταος, quod in auxilium vocant v. Spitzner. ad Il. II. 552. vereor ne commenticium sit.

13) Orus ap. Zonar. p. 948. ζαὴν ὡς πετήν· Ἡσίοδος αἰετὸν μὴ πετῆνα γενέσθαι. Παρὰ τὸ ἄω ἀὴν καὶ μετὰ τοῦ ζα ζαήν· τὸ γὰρ τέλειον ζαῆνα· εἰ μὴ κατ' ἔκθλιψιν γέγονε. Haec ita perturbata sunt, ut nemo hinc colligat Hesiodum adjectivo inaudito et abnormi πετήν usum esse. Sed Grammatici hoc more tralaticio fingunt ex composito ἀπτήν. Equidem suspicor plura de inclinamentis verbi πέτομαι excidisse et in his Hesiodium εἴθε γενοίμην αἰετὸς ὑψιπέτης, testudinis votum a multis repetitum v. Brunck. ad Soph. Oenom. Fr. IV

ζαήν Herodianus π. Μον. p. 17. in suspicionem adducit, quia nullum aliud nomen in ην purum exeat, id quod exempla supra proposita confirmant, homerici autem testimonii auctoritatem elevet scripturae ambiguitas, oblitus gravissimae rationis, quod adjectiva verbalia in ην omnia composita sunt ἀχήν, ἀπτήν, ἀκτήν. Utrum vero Aristarchi sententiam probaverit, an ζαῆν pro ζαῆ positum crediderit ut δυςμένην, tacitum relinquit, neque nobis decretum est quid omnium praestet; nam ad confirmandum ζαῆς ζαοῦ ille nihil afferre potuit nisi nomina propria; ζαής autem tritocliton testatum quidem est genitivo ζαοῦς, quem Brunckius in Philippi Epigr. XII. 214. Anall. T. II. Anth. Pal. IX. n. 290. ex Planude reposuit, et neutro ζαές μέγα, πολύ, λαμπρὸν ἢ ἰσχυρόν Hesych. et Suid. qui alicubi πνεῦμα ζαές invenisse videntur; nam et ἄνεμος λαμπρός dici solet v. Interpp. ad Arist. Eqq. 430. Dorvill. ad Char. p. 268. Sed huic non convenit accusativus ζαῆνα, neque credibile est Homerum pro ζαῆ scripsisse Aeolum more ζαήν vel ζάην. Ad ultimum, si quis ζάην substantivum esse statuat compositum ut ζαπότην, versura solvet; nam a verbis puris primitivae formationis nulla progenerantur nomina sed a derivatis tantummodo, θεομίσης, γυναικοφίλης etc. Sequitur alterum non magis expeditum ἀελλής, quod Etym. M. ab ἕλλω repetit, Aristophanes autem Il. III. 13. κονισάλου ὤρνυτ' ἀέλλης scripsit tanquam substantivum, fortasse feminini ἄελλα paraschematismum ὁ ἀέλλης esse ratus ut ἀήτη ἀήτης, idemque apud Hesychium reperitur sed accentu dissentaneo Ἀελλής συστροφὴ ἀνέμου, nisi is genitivum ἀέλλης interpretatus est nominativo. Tertium quiddam investigavit Buttmannus Gramm. §. 42. Adn. 15. ἀελλῆς scribens, neque tamen diffitetur, adjectivum ἀελλήεις apud antiquos non reperiri; quod idem valet de θυελλήεις. Postremo fuisse, qui κονίσαλος ἀέλλης per methypallagen positum crederent pro κονισάλου ἄελλα, Spitznerus demonstrat. Adeo insolens omnibus visum ἀελλής adjectivum et propter se et ob verbi ἀέλλω defectum, quod ab ἄημι duci poterat ut ἀγάλλω ab ἄγαμαι. Neque illi statutum habuere, utrum id pro ἀελλώδης dicatur an pro ἀλής sive ἀολλής. Pluralibus ἐλεγχέες

et ταρφέες Buttmannus nominativos in υς assignat, posterius ex praescripto veterum Grammaticorum, alterum contra; ἐλεγχέα μῦθον Nonn. XL. 35. ἐλεγχές αἰσχρόν Hesych. A thematicis praesentibus repetuntur adjectiva σπιδής et ἀσπιδής, cui Schol. Arist. Vesp. 118. verbum σπίζω τὸ ἐκτείνω praetexit, atque φραδής, cui adhaeret adverbium φραδῶς φραστικῶς Hesych. Superest ψευδής, quo num Homerus usus sit, inter veteres certatum esse constat v. Lehrs. Quaest. Epic. Spec. I. 35. et Muetzell. de Theog. p. 436. differtque hoc a prioribus ea re quod substantivo agnatum est ψεῦδος, ut ἐλεγχής et ἐρευθής. Sed hac oblata occasione non praetermittam quaerere, quam fidem habeat adjectivum ψεῦδος, quod Passovius et Schneiderus ad Plat. Civ. T. I. p. 39. Graeciae inserunt. Non ignoro equidem saepe illud cum adjectivo copulari hunc in modum: πότερον οὖν ἀληθές ἐστιν ἢ ψεῦδος Aristot. Probl. XII. 3. τὸ ἀληθὲς ἢ ψεῦδος Dionys. Antt. X. 13, 2020. T. IV. μίξις ἀληθοῦς καὶ ψεύδους Julian. Caes. p. 307. A. pro quo ψευδοῦς καὶ ἀληθοῦς legitur Aristid. VIII. 52. T. I. discrimine nullo nisi accentiunculae; ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον καὶ ψεῦδος Plutarch. de Fac. Lun. c. IV. p. 31. T. XIII. sed hoc idem fit aliis, σκῶμμα καὶ γελοῖον Id. Praecc. reip. c. VI. 150. T. XII. *utilitates et commoda* Cic. etc. nec momentum facit ψεῦδος δὲ καὶ τὸ παράδειγμα Aristot. Pol. II. 5, 14. ed. Schneid. c. 8. p. 1269, 19. Bekk. nedum Herodoti locus, quo vir doctus utitur ψεύδεα μαντήια. Ubi quis non malit accentum transponere quam ut adjectivum in ordinem recipiat tertiae declinationis in ος terminatum, quale nullum novimus? De εὔτειχος tritoclito nescio quid mussitat Eustathius p. 1045, 60. τὸ πόλιν εὐτείχεα προπαροξύνεται οὐκ ἀπὸ τοῦ εὐτείχης ὂν ἀλλὰ κατὰ τοὺς παλαιοὺς ἀπὸ τοῦ εὔτειχος, οὗ γενικὴ εὐτείχεος. Sed veteres, quos allegat, longe diversum sensisse, ex sequentibus patescet. Hinc ad illa proficiscar, quae auctores minus antiquos habent. Primum Empedocles solis orbem ἀγέα κύκλον dixit, quod Grammatici interpretantur εὐαγῆ vel παναγῆ Anecd. p. 337, 13. Hipponax ἀγὴς Βούπαλος pro ἐναγής, ut iidem referunt productionis securi, quam neque excusare conabor hesiodio ἐπαλέα

λέσχην, si praesertim, ut Goettlingius suspicatur, pro ἀολλής valet, neque explicari posse arbitror nisi sumatur posterius ex ἀαγής (ἀναγής) contractum, prius pro αὐγέα vel αὐγέτα, ut ἠχέτα πορθμόν Orph. Arg. 1248. (1256. H.) scriptum. Ex ignotis fontibus Hesychius hausit Ἀρκής ταχύς et Ἀρκῶς ἀρκετῶς, sed hoc extra ordinem ante ἀρκόν sic ut ἀρκίως scripsisse videatur, illud fortasse ex Euphorione aliove sermonis mangone, qui quum ποδαρκής nimis tritum videret, novandi causa πόδας ἀρκής substituit. Idem Αὐχέες αὐχώμενοι, mutilatum fortasse ut multa. Latino *antae* nullum est quod respondeat graecum nomen, nisi ex genitivo τῶν διαντέων Schol. Hipp. T. I. 23. aliquid colligi potest. In Geopp. XVIII. 17, 4. ἐὰν δὲ ἐκ βλαβεστέρας νομῆς διοιδήσῃ τὴν κοιλίαν, quod interpres reddit *ex nocentiori pabulo*, scribendum est βλαδαρεστέρας, ut in Galeni Glossario pro Βλαβεραί ὑγραί, μυξώδεις recte emendatur βλαδαραί, quod cognatum cum πλαδαρόν id est χαῦνον, ἀσθενές, ὑγρόν, et cum Hesychii glossis Βλαδεῖς ἀδύνατοι, Βλαδόν ἄωρον. Idem nobis suggerit Δρανεῖς δραστικοί, ὅθεν καὶ ἀδρανεῖς, cujus causa fortasse illud fictum est sicut αἰδής ad explicandum ἀναιδής Etym. M. 101, 13. multaque similia in arte ponuntur. Paullo ante loco alieno (post Δάξα) Δαεῖ νόσῳ, ἐπικρατεῖ· conjunctum fortasse cum Δάν μακρῶς, πολὺν χρόνον, idemque significans cum δηναιός [14]). Etym. M. δεικές περιφανές, λαμπρόν, ὅμοιον· γράφεται δὲ καὶ δευκές, quo in explicatione homerici ἀδευκές et πολυδευκέα φωνήν usi videntur. Ἐρευθής legitur apud Aratum et Oppianum Cyn. III. 91. Longius a verbi similitudine deflectunt quae Hesychius profert Ἠκέα ὀξέα et Ἠκές ὀξύ, ut et ἠνεκής, quo Maximus utitur v. 64. praeeunte Empedocle v. Lehrs. l. c. p. 35. Ἠρεμής in usu fuisse ex comparativo ἠρεμέστερος vitiose colligit Sturzius Opusc. p. 236. quod si probari posset, tamen non magis huc referri oporteret quam σαφής, ἀρτεμής, καναχής semel lectum, et λιπαρής, a quibus verba nascuntur, ipsa autem ver-

14) Quod sequitur Δαόν πολυχρόνιον aut pro δαρόν corruptum aut hujus primitivum est; pro Διανδής πολυχρόνιος fortasse αἰανής scripsit.

bum, cui adhaereant tanquam stirpi, non habent. *Θαλής* Heynius comminiscitur ad Il. XXIV. 304. *θαλέων ἐμπλησάμενος κῆρ*, quem genitivum Buttmannus ab adjectivo *θάλυς*, *θάλεια*, repetit, indidemque verbum *θαλύνω* duci; quibus addi poterat nomen solemnium *θαλύσια*, ut a *νέκυς νεκύσια*, producta penultima ut *χάρις χαρίσιος*, *Ἄρτεμις Ἀρτεμίσιος*[15]). Veteres illud interpretantur adjectivo *θάλλειν ποιούντων*, *ἡδέων*, et Suidas *Θαλέεσσι τρυφεραῖς*, *θάλλειν ποιούσαις*, sed Kuesterus e codd. *τρυφαῖς* reposuit, quod poscit accentus et subjectum exemplum *τὸν μὲν ἐγὼ θαλέεσσιν ἀνέτρεφον* idemque legitur in Alcmanis Fr. LXVI. *ἐν σάλεσσι πολλοῖς ἥμενος*. Aeque fictitium est *θανής*, de quo Schol. Od. *M*. 22. et Eustathius p. 1705, 69. *τὸ διςθανέες ἐν δυσὶ μέρεσι λόγου ἀναγινώσκει Ἀπολλόδωρος*. *Κυδεστέρας ἐλπίδας* Polyb. III. 96, 7. Schweighaeuserus temere defendit adversus Ernestium *ἐπικυδεστέρας* corrigentem, quo ille saepius et cum eodem substantivo utitur. *Μενοινής πρόθυμος* Hesych. etiamsi testem haberet, tamen ad praesentem usum nihil conferret. In Nicandri Fr. I. *χίδρα μὲν ἐντρίψειας — εὐώδει δὲ μιγῆ ἅμα φῦρσον ἐλαίῳ*, Schneiderus probabiliter corrigit *μιγὲνθ' ἅμα*, neque illi fidem addit adverbium *μίγα* sive *μίσγα*· namque si *σάφα*, *κάρτα*, *λίγα*, *τάχα*, *ὦκα* ab adjectivis, ut Grammatici volunt, repeti possunt, tamen haec similitudo fortuita est propter naturalem adjectivorum et adverbiorum (quae Apollonius *ἐπιθετικὰ ῥημάτων* vocat) cognationem, neque propter *ἦκα*, *σῖγα*[16]), *πύκα*, *λίπα*, *ἄντα*, sumi licet adjectiva *ἠκέα*, *ἀντέα* etc. in usum recepta fuisse, sed potius ita statuendum adverbia in se continere vim adjectivorum sed sine articulatione generis, numeri et casuum. Sed referam, quae restant: *Σθενής ἰσχυρός* Phot. et Suid. *οὐ σθενῶς*, *οὐκ ἰσχυρῶς* Hesych. *σπερχής σπουδαῖος* in Rutgersii Glossario, pro quo *ἀσπερχής* dici solet ut *ἀχανής*, postremo *φυῶς φύσει* He-

---

15) Anecd. Cram. I. 172. *Ἀρτεμίσιος τὸ μι βραχύ, τὸ δὲ σι μακρόν*. Contrarium voluit dicere.

16) Goettlingius de Accent. p. 103. *σῖγα* olim imperativum fuisse statuit *σίγα*.

sych. pro quo fortasse trajectis vocibus φύσει φυσικῶς scribendum. Adjectivum ταρβής unde Lexicographi acceperint, ignoro. Pro σθενής autem Arcadius p. 24, 21. affert σθενῆς contractum ut τεχνῆς, λαχνῆς, ζαχρής, et extat feminina positio Σθένεια Lycophr. 1164. cui similia sunt Θάλεια, Αὐγειαί, Τράφεια urbs Boeotiae, ἀπὸ τοῦ πολλὰ θρέμματα ἔχειν Steph. ut Τάρφη Locridis παρὰ τὰ τάρφεα Id. quorum nominum prius Nicandro Ther. 887. pro Τρόφεια reddendum; Ἄνθεια complurium urbium nomen Junonisque cognomen Paus. Ἄντεια ὡς Κράτεια Schol. Il. VI. 160. ἀπὸ τοῦ χαίρω χάρεια καὶ ἀνθῶ Ἄνθεια καὶ κρατῶ Κράτεια — Μήδεια, Θέρεια Etym. M. 558, 1. Choerobosc. Cram. II. 180. quibus Theodosius p. 67. σάφεια addit ut a praesenti σάφω ductum v. Anecd. Cram. II. 300. Sed de Θέρεια errant v. Dissert. V. neque propria a praesentibus solum finguntur sed multo liberius, vix ut sciri possit utrum Ἄνθεια pro Ἄνθη valeat, quod fuit Halcyonidis nomen v. Suid. s. Ἀλκ. an contra ut Μήδεια Μήδη v. Meinek. ad Euphor. p. 64. an quod ex Hesychii glossa Ἀνθεῖαι (ἄνθειαι) ὧραι (Horae) colligi posse videtur, masculino sit appositum, cujus forma fertur triplex: Ἀνθεύς Liberi patris cognomen Paus. VII. 21. 2. qui et Φλυεύς dicitur, id est Florus, Ἄνθος Anton. Lib. c. VII. Inscr. Att. N. 183. N. 268. N. 272. N. 378. et Ἄνθης ut Κλέης[17]). Adjectiva autem, quae recensuimus, si quis perlustraverit, non adeo mirabitur cur Grammatici ἀγής ex εὐαγής detruncatum, ψευδής ad similitudinem oppositi ἀψευδής formatum esse sibi persuaserint. Quippe tam rara inveniebant hujus generis exempla ut singulari quadam ratione progenita existimarent. Ad illam autem aphaeresis suspicionem quantum inclinaverint, vel

17) Κλέης Κλεάδος πόσις Epigr. Adesp. CCCCLXXV. idem est Κλεύης Strab. XIII. 582. doricum Κλεύας ut Κέας Etym. M. 498, 30. Anecd. p. 1183. Verbalium pleraque tertiae sunt declinationis Κράτης, Λάχης, Χάρης et composita Φιλοχάρης, Λεωκράτης, quae ipsa declinatione inter se differunt, Χάρητος, Φιλοχάρους, sed et Λάχου reperitur in Plut. Vit. Oratt. VIII. 267. T. XII. et Philolachae Plaut. Most. II. 1, 27. Adjectivum in ης, ητος unicum est πένης, nisi et θής in hoc numero reponere libet.

hinc intelligitur quod *τρόφι* ex *εὔτροφι* natum fabulantur v. Etym. M. 769, 40. ob eam, reor, causam, quia nullum aliud adjectivum simplex in *ις* terminatum genus neutrum participat, sed composita multa extant *εὔελπι*, *εὔχαρι* etc. nec tamen animadverterunt ea omnia a nominibus composita esse, *τρόφι* autem originem trahere a verbo. Eodemque in errore versatur Apollonii disputatio de Conjunct. p. 499, 29. *ὁμολόγως οὖν ἐν ἀφαιρέσει τοῦ εὖ τὸ ἠνορέη, ὥσπερ τὸ δόμοις ἐνὶ ποιητοῖσι*, quo exemplo *Ξάνθος ῥέων*, *τάφρος ὀρυκτή* explicant Schol. Il. IV. 434. X. 198. quae non minus integra sunt quam *πηκτὸν ἄροτρον* Od. XIII. 32. *θάλλοντα σέλινα* Theocr. XIII. 42. *ποταμοὶ ῥέοντες* Odyss. XIX. 206. Theocr. XXV. 19. Maxim. Tyr. XX. 380. neque magis, si *φρονεῖν* valet pro *εὖ φρονεῖν*, *τυχεῖν* pro *εὐτυχεῖν* v. Jacobs. ad Philostr. p. 307. [18]) quo pertinet Photii adnotatio: *τύχην ἁπλῶς τὴν ἀγαθὴν τύχην καλοῦσι*, adverbium extrinsecus adsumimus, aut *ἐπὶ χώρας ἔσσαι* Pind. IV. 485. *ἡ ναυμαχία κατὰ τρόπον ἐγένετο* Isocr. Panath. p. 243, 51. *μετὰ γνώμης* Plutarch. V. Pericl. c. XXXI. supplemento adjectivi *ὀρθός* indigere credimus, quod Reiskius adeo in Plutarchi loco inserendum putabat, sed haec perinde ut *δίκῃ*, *rite*, *ratione*, *in loco*, *tempori*, *καθ' ὥραν*, *κατὰ χώραν*, significationem justae rationis, justi temporis locive per se ipsa habere asseveramus. Hoc autem effugio repudiato, quid restat nisi ut *ψευδής* similiaque ad desuetum quoddam referamus formationis genus, quod magis inchoatum quam perfectum est. Etenim quemadmodum Empedocles in primo animantium satu multa naturae fictrici velut tentabundae excidisse ait imperfecta atque enormia

πολλὰ μὲν ἀμφιπρόςωπα καὶ ἀμφίστερνα φύεσθαι
βουγενῆ, ἀνδρόπρωρα —

ita in illa verborum fabrica credibile est aliquando aliquid tentatum esse quod inventis melioribus reprobaretur, alia autem

---

18) *Ψῆφος βαλοῦσα* Aesch. Eum. 751. non aliter dici videtur quam *φρυκτωρία τρὶς ἓξ βαλοῦσα* Agam. 33. id est *εὐβολοῦσα*, *εὐτυχοῦσα*, imagine a tesserarum jactu prospero repetita.

retenta quidem esse, sed ita ut in paucis consisteretur exemplis. Cujus generis sunt substantiva superius allata δώς, ἅρπαξ, φραδής, ψευδής, et quae aliis locis tractavimus μνῆστις, χῆτις, θέτης v. Dissert. VI. §. 10. Neque tamen infitiamur poetae alicui forte in mentem venisse pro trito ποδαρκής inauditum πόδας ἀρκής substituere, pro διηνεκής, quod compositi speciem habet, ἠνεκής, cui Meinekius aequiparat Euphorionis verbum πλομένῳ ἐνὶ ὥρῳ p. 126. eodemque τάῤῥοθος referrem a Lycophrone usurpatum pro ἐπιτάῤῥοθος, si origo vocabuli pateret. Sed ψευδής contra posito ἀψευδής quasi inaedificatum, ἀγής ex εὐαγής amputatum esse nequaquam persuadent quamvis nobiles auctores; eodemque judicio rejicimus eorum sententiám, qui στάδα pro εὔσταδα dici volunt aut metaplastis inserunt. Nos acephalum appellamus, quia, ut Varronis verbo utar, caput ex sua analogia non habet.

§. 3.

Quoniam ipsa rerum continuatio seriesque nos a proposito abduxit longius, breviter repetendum videtur, unde haec coeperit disputatio et quo decurrerit. Exordium erat de casibus iis, quorum nominativus ne fingi quidem potest ut ἀρνί, υἷος. His proxime subjunximus nominativos effabiles quidem, repudiatos tamen aut ob nimiam exilitatem (quo genere monosyllaba continentur brachycatalecta) aut propter consonarum finalium repugnantiam molestamve ejusdem literae iterationem. De monosyllabis dictum est; de asymplocis dicetur. Primum, ut ordinem invertam, herois nomen, a quo Mopsopia appellata dicitur, in nominandi casu (Μόψοψ) ut Stephanus s. h. v. tradit, ἄῤῥητον est, neque aliud reperitur vocabulum, cujus eandem syllabam duplex orditur et finit, ne zeta quidem, quod ipsum nonnulli duplicis instar habent, praeterquam in stirpium nominibus ζίζυφον et ζιζάνιον. Prioris generis specimen exemplúmque est Βερέκυνς, cujus ceteri casus triti sunt Βερέκυντα χῶρον, βερέκυντες αὐλοί Nonn. XIII. 508. XL. 227. ipsum vero ab eodem Stephano ἄῤῥητον perhibetur. Hinc, ubi prima positione utendum erat, ad secundam transitum est declinationem: ὁ Μόψοπος, τοῦ Μοψόπου Strab. IX. 397.

ὁ *Βερέκυντος* sive *Βερέκυνθος* v. Wesseling. ad Diod. V. 64. p. 619. T. III. vel ad primam *Βερεκύντης* Steph. Suid. cujus anadromae exempla prius allata sunt plurima; tertiam formam suppeditat Hesychius *Βρέκυν τὸν Βρίγα*. Eadem vero heteroclisiae ratio cernitur in multis aliis. Pro absono *πείρινς* substituerunt ἡ *πείρινθα* et *πείρινθος* Etym. M. Hesych. Item pro absono *ἕλμινς*, quod ter deinceps legitur in Hippocr. de Morb. IV. p. 367. 368. et 369. T. II. ἡ *ἕλμινς* Schol. Nic. Ther. 386. sese insinuavit suavius *ἕλμις* Epidem. VII. 702. T. III. Aristot. H. Ann. VIII. 20, 12. (cod. Med. *ἕλμινς*) Theophr. H. Pl. IX. 20, 5. Paul. Aeg. IV. 56. p. 158. quorum duplex declinatio: *τὴν ἕλμιν* id. VII. 3. p. 247, 52. *τὰς ἕλμεις* p. 238, 7. et p. 254. sive masculine *τοὺς ἕλμεις* Dioscor. Eup. II. 67, 282. *οἱ ἕλμινθες* Artemid. III. 7, 167. *αἱ ἕλμινθες* Diosc. II. 66. et apud Stephanum Schol. Hipp. p. 153. et 154. T. I. *ἕλμινθοι*, *ἕλμινθες* et *ἕλμινθαι*. *Μήρινς* in hoc casu inveniri non puto sed accusativo *μήρινθα* utitur Orpheus Arg. 599. nominativus modo *μέρμις* dicitur iterata consona initiali et huic accommodate *τὴν μέρμιθα* v. 1102. et in codd. Diodori III. c. 20. et 21. modo ἡ *μήρινθος* sive *σμήρινθος* Plat. Legg. I. 644. E. Lucian. Hermot. §. 28. Julian. Or. VII. 422. A. Nonn. XXIV. 247. Hesychius *Μέρμιθα μέρμιθον*, pro quo Cyrillus *μείρινθον* exhibet. Ac *Τίρυνς* quoque, sive herois nomen est sive urbis, nullum locupletem testem habet, sed Grammatici hoc nominativo utuntur v. Steph. et Zonar. s. h. v. Schol. Pind. Ol. VII. 49. X. 39. Schol. Eur. Or. 920. quem Argivis ipsis tribuit Apollonius Synt. IV. 3, 313. *φέρε δὲ καὶ εἶναι Τίρυς καὶ τούτῳ προςτίθεται τὸ ν, οὐ δὴ μετὰ τὸ σ, ἀνάπαλιν μέντοι, ὥς γε παρ' Ἀργείοις παμπολλός ἐστιν ἡ τοιαύτη σύνταξις*. Choeroboscus Cram. II. 264, 7. *Τίρυς ὁμοίως τοῦ ἰλύς· γίνεται δὲ καὶ πρόςθεσις τοῦ ν Τίρυνος* scrib. *Τίρυνς*. Alii vero fugientes hanc doricam terminationem, quae ex *ἕνς* et *τιθένς* recinit, declinationem mutarunt ἡ *Τίρυνθος* Hesiod. Scut. 81. Schol. v. 11. et 77. cui accommodatum est adverbium *Τίρυνθόνδε*, et ἡ *Τίρυνθα* ut Scylax Peripl. p. 19. T. I. *ἐν μεσογείᾳ Κλεῶναι καὶ Μυκῆναι καὶ*

Τίρυνθα, pro quo Gailius re parum deliberata *Τίρυνς* scripsit c. 50. p. 267. complacitum Clausenio; dativum *Τιρύνθῃ* praebet codex optimus Arrian. Alex. V. 26, 8. edd. veteres *Τιρύνθῳ*, cui Ellendtius hesiodium exemplum subjicit; et ab eodem Scylace p. 18. *Πολυῤῥήνα* dicitur urbs, quae a Stephano *Πολύῤῥην* vocatur *ἀπὸ τοῦ πολλὰ ῥήνεα* (sic) *ἔχειν*, sed illud quoque doctis in suspicionem venit. Hesychiumque *Τίρυνθα πόλις ἐν Ἄργει* obliquum casum recte interpretatum esse statuunt, quod neque de hoc neque de *Γορτύνα* similibusque sumi necesse. Latinum *Aruns*, quod cum *Tiryns* communes flexus habet, Graeci alio vertere solent *Ἄῤῥων* Plutarch. V. Publ. c. IX. *τοῦ Ἄῤῥοντος* c. XVIII. *τῷ Ἄῤῥωνι* V. Camill. XV. *ὁ Ἄῤῥος* Dion. Hal. V. 36. VII. 5. *ὁ Ἀρόντας* V. 15. (cod. Vat. *Ἄῤῥος*) *τοῦ Ἀρούντα* IV. 30. *τῷ Ἀρούντᾳ* c. 28. quibus locis cod. Vat. *Ἀῤῥουντος, Ἀῤῥουντι, Ἀῤῥοντα* (sic) praebet; eodemque modo *Κρήσκης* et similia ad morem gentiliciorum deflectunt v. Dissert. I. §. 6.

§. 4.

Hactenus de metaplasmis diximus iis, quos naturales appellare placet propterea quod, cur nominativus desit, ratio idonea reddi potest. Restant positivi, quorum primum casum inusitatum fuisse solo Grammaticorum testimonio constat. Sed haec rursus in duo dividi possunt genera, quorum unum complectitur monosyllaba maxime in duplicem exeuntia, alterum quae supra syllabam sunt. Causa autem distinctionis haec est, quod illa non aliena quidem ab analogia nec penitus remota ab usu fuerunt, attamen in universum gratiae habuerunt minus, ac si facilis patebat exitus, studiose declinata sunt propter eas causas, quas in principio hujus commentationis explanavi. Primum homericum *ἀλκί* Ptolemaeus Ascalonita non dubitavit referre ad nominativum *ἄλξ*, quem Methodius ex *ἀλκή* concisum putavit *ὡς φοινίκη φοίνιξ, φρίκη φρίξ, κρόκη κρόξ* Etym. M. p. 69, 34. Aristarchus contra consueta Aeolibus metaplasi ex prima ad tertiam declinationem traductum esse affirmat; hos enim *τὴν ἰωκήν ἴῶκα λέγειν καὶ τὴν κρόκην κρόκα καὶ τὴν ἀλκήν ἄλκα ὡς σάρκα· εἰ δὲ ἄλκα ὡς σάρκα,*

καὶ ἄλκί ὡς σαρκί Schol. Ven. *E*. 299. Eadem conjungit Suidas Ἴῶκα Ὅμηρος λέγει τὴν ἰωκήν ὡς Ἡσίοδος κρόκα τὴν κρόκην καὶ αὐτὸς Ὅμηρος τὴν ἀλκὴν ἄλκα, ἀλκὶ πεποιθώς. Dativo κλαγγί Ibycum usum esse docet Grammaticus in Anecd. Cram. I. 65. idque cum ἄϊδι, κλαδί, ὑσμῖνι contendit, tanquam metaplastum. Accusativos κρίκα et κρόκα Hesychius alicubi invenit pro κρίκον et κρόκον. Ex his, quae in labialem exeunt, nomen ὄψ vocem significans ejusque casus Grammatici saepissime attingunt sine ullo aberrationis indicio; alterum autem huic simile Aristoteles et Strabo, quum in solo nominativo reperissent, ex ὄψις decurtatum esse statuerunt v. Sturz. ad Emped. p. 622. et obliquos, si quis veterum usurpasset, metaplastos dixissent vel alioqui affectos ut νίφα, ὕφα, λίπα, κάρα, quorum omnium nullum hac ratione exsolvimus. Neque ὤψ minus legitimum censemus quam κλώψ et σκώψ, fortuitumque esse remur quod ut ὠπή sive ὀπωπή, sic etiam ἐνωπή, ἐπωπή, περιωπή, praevaluerunt. Itaque causa nulla cur κατένωπα scribatur proparoxytonôs, ut Alexio et Herodianus jusserunt, quasi contractum ex κατενώπια ut μῆρα, σῖτα, sed retinemus κατ' ἐνῶπα cum Aristarcho, utique non ut illi visum, κατὰ μεταπλασμὸν ἀντὶ τοῦ ἐνωπήν Schol. Il. *O*. 320. Etym. M. 496, 7. Eust. 1017, 64. sed tanquam residuum obliterati nominativi ἐνώψ, cujus vestigium quoddam mihi cernere videor in scriptura codicum Stob. Flor. Tit. LXXIV. 61. p. 445, 8. χρώματι δέ φαιδρύνεσθαι τὰν ποτῶπα μὴ ἐπακτῷ, ubi vulgatum est ποτῶπαν. Sed horum nominum non eadem est aestimatio. Nam ἄλξ literis terminatur iis quibus nulla alia vox graeca. Quae vero eodem judicio comprehensa sunt, κλάγξ, στάξ, πτύξ, ὤψ et cetera, nihil habent in quo offendi possit, nisi quod monosyllaba sunt, cujus generis in utroque sermone usus rarior.

Jam vero ad ea transgrediar, quae cur adoptata sint, prorsus nihil rationis afferri potest. Primum igitur Δωδῶνι et Δωδῶνα Technici proprium nominativum habere negant, sed ex prima declinatione ad tertiam aberratum esse v. Stephanus s. v. Joannes p. 11. et Anecd. p. 1228. qui cum illo comparant ὑσμῖνι homericum, Sapphicum τοῦ κίνδυνος, cujus dativum

τῷ κίνδυνι ex Alcaeo afferunt, ex Aristophane τὸν ἰκτῖνα. Sed de conformatione horum casuum in diversas abeunt partes, alii anadromen praetexentes, quidam metaplasmum. Choeroboscus Anecd. p. 1389. b. κίνδυν, κίνδυνος· οὕτω Σαπφῶ ἔφη τὸν κίνδυνον· ὁ γοῦν Ἀλκαῖος τὴν δοτικὴν ἔφη τῷ κινδύνῳ (scrib. κίνδυνι)· αὕτη δὲ ἡ γενικὴ μετάγεται εἰς εὐθεῖαν, quo satis clare significat apud Lesbiam poetriam non, ut Neuius putat Fragm. CXV. nominativum legi ὁ κίνδυν sed genitivum τοῦ κίνδυνος, unde usitatum ὁ κίνδυνος extitisse sumunt. De ἴκτινος autem diversum sentiunt, hunc casum non ex secundo τοῦ ἰκτῖνος reflexum, neque omnino ὁ ἰκτίν usitatum esse, sed accusativum metaplasmo ortum ex ἰκτῖνον. Etym. M. p. 470, 35. Πλάτων προπαροξυτόνως λέγει ὡς παρ' Ἀριστοφάνει Ἴκτινα παντόφθαλμον ἅρπαγα τρέφει· οὐ γάρ ἐστιν ἀπὸ τῆς ἰκτίν εὐθείας, ἀλλ' ἐκ τῆς ἰκτῖνος, ἧς ἡ γενικὴ ἰκτίνου, ἡ αἰτιατικὴ ἴκτινον καὶ κατὰ μεταπλασμὸν ἰκτῖνα ὡς ἀλίτροχον ἀλίτροχα. Τὰ γὰρ διὰ τοῦ ινος προπαροξύτονα διὰ τοῦ ι γράφεται. Ac profecto si ἴκτινα a Platone et Aristophane antepenultima acuta, ut Grammatici ajunt, pronunciatum est, nullum certius metaplasmi exemplum proferri poterit; nam quum simplicia in ιν exeuntia oxytona sint, ἀκτίν, δελφίν, ἑρμίν, πηρίν, ῥηγμίν, σταμίν, Σαλαμίν, Τελχίν, Τραχίν[19]) apparet proparoxytonon accusativum ab oxytono ὁ ἰκτίν duci non posse. Sed accentus utriusque formae vehementer nutat: ὁ ἴκτινος Xenoph. Hipp. IV. 18. Dio Cass. XLI. 39. Athen. VIII. 353. D. ubi Dindorfius ἰκτῖνος scripsit, Annaeus Gaz. in Theophr. p. 623. T. XII. Bibl. Bign. Phot. Bibl. c. XCIV. 137. Hesych. s. Ἔλανος, Suid. Etym. M. Drac. p. 53, 8. sed properispomenon est, ut Herodianus jussit Eust. 1815, 12. in Herodo. II. 22. Aristot. de Part. Ann. III. 7. p. 670, 34. (unus cod. ἰκτῖνος) Galen. Eup. II. 2, 400. Priscian. VI. 5, 236. Etym. Gud. p. 274, 25. Hesych. s. Βαθυῤῥηγάλη et Σκίλλος, et nonnunquam apud eosdem scriptores utrumque Artemid. II.

---

19) Pro hoc apud Herodian. p. 10. τριχίν editum, apud Stephanum Τραχίς ut Herodo. VII. 199. Ἐχίν graecum non videtur.

20, 273. VI. 56, 368. cf. Ellendt. Lex. Soph. T. I. 837. neque appellativum solum sed etiam proprium v. Lehrs. de Aristarch. p. 300. quibus addam casuum ceterorum exempla: *τοῦ ἰκτίνου* Aristot. Mirab. c. CXXXIII. Paul. Aeg. VII. 3, 241. Geopp. XIII. 8, 8. *τῷ ἰκτίνῳ* Plutarch. Gryll. VIII. 223. T. XIII. *τῶν ἰκτίνων* Apollon. Dysc. Hist. c. X. *τοὺς ἰκτίνους* Stob. Flor. XV. 10, 293. Ex tertia declinatione: *τοῦ ἰκτῖνος* — *τὸν ἰκτῖνα* Julian. Misop. 366. A. *οἱ ἰκτῖνες* Pausan. et Aelian. v. Jacobs ad Ael. p. 32, 24. quae triplex forma in uno Sophoclis loco affertur. Haec autem accentus inconstantia suspectam reddit Platonis et Aristophanis scripturam *ἴκτινα*, qui si *ἰκτῖνα* extulerunt ut *δελφῖνα*, illa metaplasmi suspicio vehementer labefactatur; nam is accusativus recta descendit a primo *ἰκτίν* sive *ἰκτίς*, quod Critici restituerunt Hesychio pro *Ἰκτός ἰκτῖνος Περγαῖοι*. Et in Gloss. Graecolat. sine accentibus *ικτιν βοα jugit*. Nec praeterea quidquam certi pro hac causa affertur. Nam *Δωδών*, *ὑσμίν*, etsi nusquam neque in nostris leguntur libris neque Grammaticis innotuerunt, tamen per se adeo nihil offensionis habent, ut eorum praetermissionem fortuitam potius quam necessariam judicemus. Ac fortasse illi ipsi, qui *ἰκτίν*, *Δωδών* et talia rejecerunt, non ullo peregrinitatis odore ducti sunt, sed hoc tantummodo cavere voluerunt, ne nominativi, quorum auctor nullus extat, pro usitatis vulgoque probatis recipiantur, quemadmodum hodie latine scribentes nominativis *naucus* (nucleus), *verber*, *faux*, *ops* et aliis abstinemus ut incompertis ratumque habemus quod vetus admonet magister Schol. Ven. *Λ*. 395. *εὐθεῖαν μὴ εὑρημένην ἀναπλάττειν εὔηθες*. In quo fortasse nimis scrupulosi fuerunt. Schol. Arat. 78. *διχόμηνι ἀντὶ τοῦ διχομήνῳ· οὐ δεῖ δὲ τῶν μεταπλασμῶν* (fort. *μεταπλαστῶν*) *τὰς εὐθείας ἐπιζητεῖν ὥσπερ καὶ τὸ ἐρυσάρματες*, quae Orionis quoque est sententia p. 27, 29. *ἀλκί κατὰ μεταπλασμὸν ὡς διχόμηνι*, aliis ambigentibus metaplastumne sit an apocope affectum ex *διχομήνιδι* Etym. M. 280, 2. Anecd. p. 1226. Etenim quum *διχόμηνος* et *διχόμηνις* persaepe invenissent eademque specie cetera ab hoc nomine composita *ἠλιτόμηνος*, *δίμηνος*, *πάμμηνις*, *τριτόμηνις*, nullum autem quod for-

mam simplicis retineret, ad illam vel apocopae vel metaplasis obtentum redacti sunt. Quo nos utique non utimur, sed potius *διχόμηνι* et quod alio loco scriptum est *νεόμηνι* nominibus defectivis adnumeramus, quorum si prima in usu esset positio, heteroclita dicerentur ut *πολύῤῥην* et *πολύῤῥηνος*, *Γόρτυν* et *Γόρτυνα*, nunc autem, quia eam Technicis ignotam fuisse apparet, acephala appellamus generis positivi. Nam quin dici potuerit *διχόμην* ut *πολύῤῥην*, dubitandi causa nulla, eoque *διχόμηνι* differt a *Μόψοπος* et *ἐρυσάρματες*, quorum primus casus a regula loquendi abhorret.

§. 5.

Ab his omnibus sejunctam habemus veram et propriam metaplasin, quae neque nominativi imaginarii speciem animo anticipatam, ore ineffabilem, sequitur ut *κλάδα*, *Μόψοπα*, neque heteroclisiae suspicionem relinquit ut *Δωδῶνι*, *διχόμηνι*, sed perspicue ab aberratione quadam unius declinationis ad alteram proficiscitur. Hujus principalis causa est terminatio nominativi singularis utrique declinationi similis, qua delusus Alcaeus a recto *Αἴας* genitivum duxit *τοῦ Αἴα* et accusativum *τὸν Αἴαν* et a simili principio vocativum *ὦ Εὐρυδάμαν*, quam formam nonnulli homerico *ὦ Πουλυδάμα* substituerunt Il. XII. 231. et Pindarus adeo ab *ἀκαμαντοχάρμης* finxit appellativum *ὦ ἀκαμαντοχάρμαν Αἶαν* -*κατὰ συνεκδρομὴν τοῦ Αἶαν ἢ διὰ τὴν ἐπαλληλίαν τῶν φωνηέντων* Anecd. p. 1183. quod exemplum afferens Herodianus ap. Etym. M. p. 44, 45. *πλάνην κλίσεως* vocat, nos metabasin nuncupabimus, quia superiora propriis distingui possunt nominibus, huic nullum suppetit rei consentaneum. Huc pertinent etiam genitivus *τοῦ Ἄτλα*, unde Hemsterhusius ad Hes. Opp. 381. *ἀτλαγενής* profectum putat, et accusativus *λυκάβαν* Append. Epigr. N. 323. Adjectiva autem a *τλάω* composita semper ad primam declinasse videntur *τοῦ πολύτλα* Eustath. p. 700, 32. *τὸν πολύτλαν* Schol. Eur. Hipp. 742. et aliis locis v. ad. Phryn. p. 610.[20]) neque aliter statuo de *ἄτλας*[21]) quod Hesychius

---

20) In Maximi v. 557. *ἢ γάρ ἀνατλήσειεν ἀεικέλιον βροτὸς ἄλγος*,

interpretatur *ἄτολμος*. Haec igitur, quae usus communior et etymi ratio tertiae vindicat flexioni, inter metaplasta referimus; sed *Φόρβαν* Anth. Pal. III. n. 42. an *Φόρβαντα*, *Ἴδου* an *Ἴδαντος* Etym. M. 465, 15. *Ἀμύκλα* an *Ἀμύκλαντος* Steph. s. h. v. et in ceteris quae Grammatici proferunt Anecd. p. 1183. et 1185. utra forma magis legitima sit, dijudicari nequit, quia nomina propria huc et illuc flectuntur. Item primae et tertiae declinationis ambiguus casus *λᾶς* in causa fuit, cur Sophocles Oed. C. 196. genitivum *λάου* fingeret, quem Herodianus, ut Scholiastes adnotat, a genitivo *τοῦ λᾶος* per anadromen[22]) ortum dicebat. Idem poeta et Aeschylus a *βοῦς* declinarunt *τοῦ βοῦ* Anecd. p. 1196. *τὴν ἀνόδουν* scripsit Athenaeus VII. 319. D. Atticosque *τοῦ πολύπου*, *τὸν πολύπουν* dicere affirmat p. 316. A. cf. Grammaticum Hermann. §. 20, 322. Hesychius *Νήπους ἢ νήποδας, ἀνυποδέτους*, quibus congruit ambigua propriorum *Οἰδίπους* et *Μελάμπους* declinatio. Contrario vero motu vulgariter scribentes nomina secundi ordinis ad tertium transferunt, primum simplicia, *τοῦ νοός* v. ad Phryn. 453.[23]) *τοῦ πλοός* Martyr. Ignat. c. III. 296. Bibl. Gall. T. I. cf. Reisk. ad Const. Porph. p. 210. *οἱ σῶες* v. Matthiae Gramm. §. 124. *οἱ πλόες* Phot. s. *πλοῖ*, *τῷ ῥοΐ* Hellanicus in Schol. Il. *Φ*. 242. Achill. Tat. III. 20. p. 76,

---

scribendum est *ἀναπλήσειεν*. Accusativus *Σωδάμαν* Paus. VI. 4, 6. ne mutetur in *Σώδαμον*, quod legitur Anth. Pal. c. VII. n. 294. et Schol. Pind. P. II. 63. obstat non solum praecedens nominativus *Σωδάμας* sed etiam accusativus *Ἀνδροδάμαν* Paus. II. 12, 6. *Κύνα λεοντοδάμαν* Pind. Dithyr. Fr. XI. 584. quod Boeckhius et Vossius ad Arat. v. 326. a *λεοντοδάμας* arcessunt, ad *λεοντοδάμη* referendum ut *θειοδάμη Ἑκάτη* in oraculo Chaldaico, quod Suidas interpretatur *ἡ θεοὺς δαμάζουσα*.

21) Haec adjectiva ad componendum idonea non sunt, sed *Ἀτλαγενής* dicitur ut *Ἀπολλογένης*, lege propriorum. Quod vir doctissimus suspicatur, Hesiodum *Ἀτλαγγενέων* scripsisse, mihi non admodum veri simile videtur.

22) Etym. Gud. p. 537, 50. *αἱ γενικαὶ μεταγόμεναι εἰς εὐθεῖαν πολλάκις ἀμείβουσι τοὺς τόνους, λάαος λαός, υἵιος υἱός.*

23) Notabilius est Hesychianum *Κατὰ νᾶ, κατὰ νοῦν*, de quo certant Critici.

31. *τὸν φλόα* Nic. Alex. 302. tum etiam composita: *τὸν ἔγχλοα* Ther. 676. *τὸν δονακόχλοα* Eur. Iph. T. 400. quod antiquissimum videtur hujus licentiae exemplum et saepius in plurali *οἱ εὔνους* Philem. Fragm. CXXII. 430. *οἱ εὔπνοες*, codd. Harl. et Vat. Aretaei Cur. Diut. I. 3, 305. *αἱ ὁμόχρους* Paul. Aeg. IV, 5, 133. *τοὺς ἄχνοας* Maneth. I. 127. quod nuperi editores Dorvillium sequuti in *ἄχνους* demutarunt. Polybius de Barb. p. 230. Anecd. Boiss. T. III. barbarismi ex pleonasmo et ellipsi nati exemplo proponit genitivos *Αἰσχίνους* et *Δημοσθένου*, quos ab aliquibus usurpatos esse manifestum est ex ceteris, quae affert; utrumque autem peperit ambigua primae positionis species. Simili errore Latini non solum graeca neutra in *α* exeuntia ad primam transtulerunt, *hujus cymae, schemae, oxygalae, erismae,* aut contra, *syntomata, epitomata*, sed etiam masculina effeminarunt, metreta, authepsa, cochlea, et a pluralibus graecis finxerunt orthoptota, haec athla, hujus athlae, haec sesama, hujus sesamae[24]) iisdemque complacuit a sacer sacrem et sacres formare, a vesper vespere sive vesperi, a gener generibus. Neque raro terminatio nominativi pluralis duobus flexibus communis causam attulit aberrationis. Etenim qua ratione genitivi *anciliorum, olerorum, iliorum, moeniorum, vectigaliorum* nati sunt, ita Lycophronem, ut a *μῆλα μηλάτων* produceret, illexisse videtur fallax similitudo nominum *δοῦρα, δοράτων, γοῦνα* sive aeolice *γόνα* (*γόννα*) *γονάτων*. Ac vicissim alii *τοῖς δούροις* dixerunt Oppian. Hal. III. 573. et *τοῖς ὤτοις* v. ad Phryn. p. 211. lenocinante fortasse accentu minus legitimo *γούνων, δούρων, ὤτων*. Haud ex alio fonte manarunt dativi *παθημάτοις*, poematis, peripetasmatis, oleris, quorum si nominativi, quos Celsus comminiscitur, *poematum, petasmatum*, in usu fuissent, dativi non ad metaplasta referrentur, sed ad heteroclita, sicut urbium regionumque nomina *ἡ Ἔμισα* et *τὰ Ἔμισα, ἡ Ὑπάτα* et *τὰ Ὕπατα*, Synnada, Stagira, Alabanda et plurima talia apud utriusque linguae scriptores v.

---

24) Juvenalis nominativo graeci participii *χειρονομῶν* assimilavit accusativum *chironomonta*, ut Xenophon, Xenophonta.

Corais. ad Heliod. p. 212. Hemsterhus. ad Xenoph. Eph. p. 212. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. P. I. 478. P. II. 223. Contrario motu sed eadem de causa a secunda declinatione ad tertiam aberrarunt dativi, qui a Joanne p. 12. Arcadio p. 138. Philemone §. 64. Theodosio in Anecd. p. 1007. Eustathio p. 677, 10. Etym. M. 310, 14. pro metaplastis afferuntur, *προςώπασι, πρόβασιν, ἔγκασιν, ἄστρασι*[25]), quod quum Aristarchus paroxytonum fecisset, obloquutus est Herodianus metaplastum esse, *ὃν τρόπον ἡ ἐγκάτοις ἔγκασιν ἐγένετο — καὶ οὐκ ἀναγκαζόμεθα ἑνικὴν εὐθεῖαν ἀκόλουθον ἐπιζητεῖν — ἥ τε προβάτοις πρόβασιν, ἥ τε πετάλοις πέταλσι* Schol. Ven. XXII. 28.[26]). Horum omnium Herodianus Hermanni p. 408. eandem, quam nos, affert causam: *ἁμαρτάνουσιν οἱ λέγοντες τοῖς πρόβασι σφαλλόμενοι τῇ ὁμοιότητι*, qui error hoc proclivior faciliorque erat, quod numerus singularis, qui regeret declinationem, deficiebat. De *ἄστρασι* dubitat Lehrsius p. 311. neque ego scio, quid Herodianus pro sua causa afferre potuerit praeter *δοῦρα* et *θέναρα* Hippocr. de Morb. Mul. II. 775. T. II. nam *τὰ πυρά* et accentum proprium ha-

25) Accentus hujus vocabuli tam est inconstans, ut in uno Maximi carmine bis paroxytonum sit v. 288. 476. quinquies proparoxytonum v. 18. 36. 145. 262. quam notationem Grammaticos induxisse, tantummodo ut numerum metaplastorum augerent, Buttmanni conjectura est Gramm. §. 47. parum plausibilis. *Ἀστράσι* Maneth. III. 362. (cod. *ἄστρασι*) VI. 13. et 318. Nonn. III. 430. VI. 72. Niceph. Hist. VII. 12, 139. E. VIII. 7, 200. A. IX. 6, 260. A. X. 6, 303. F. Gregor. Carm. XLVII. p. 107. D. sed *ἄστρασι* LXI. p. 141. C. Theophr. de Sign. Pluv. I. 25, 789. quo accentu est Nic. Ther. 19. Nonn. XXV. 130. XXXVIII. 374. 386. 428. XL. 385. etc. sed *ἀστράσι* XLVII. 450. P. Silent. Soph. II. 211. Niceph. Greg. VIII. 7, 199. F. etc. quod Arcadius p. 138. quia metaplastum sit, proparoxytonum esse edicit. Pro *ἄρνασι* Buttmannus Arat. v. 1103. et Bekkerus Conon. Narr. XIX. *ἀρνάσι* scripserunt, sed illud legitur in Maxim. v. 315. et saepius; *ἄρνεσι* Nonn. Paraphr. XV. 20. *Τοῖς ἀστῆρσι* Geminus Elem. Astrol. p. 45. in Petav. Uran. *ταῖς γαστῆρσι* Hippocr. de Morb. IV. 367. T. II. *γάστρασι* Jul. Afric. Cest. V. 291. A.

26) In seqq. *ἄστρασι — κατὰ πλεονασμὸν ὡς πρόβασι*, mendose scriptum pro *μεταπλασμόν*, idemque vitium in Schol. Vict. ad Arist. Nubb. 657. et cod. Gregor. p. 62. Schol. Od. VI. 264.

bet et diversam declinationem, τοῖς πυροῖς, quare ab Etym. M. 585, 40. metaplastum quidem dicitur, sed confertur cum iis, quae nos ab hoc numero longe segregata habemus, σταθμοί, σταθμά, ἐρετμοί, ἐρετμά, μηροί, μῆρα, οἰκίαι, οἰκία. Horum alia aliorsum pertinent; πυρά plurale a πῦρ denominatum videtur pariter ut ἡ πυρά. Itaque, si quibus duo illa non satis videbuntur ad speciem tritocliti conciliandam, cum Aristarcho ἀστράσι scribere malent remoto metaplasmo. Verum ea, quae nominativum in τα mittunt, ut πρόβατα, inter utramque declinationem fluctuasse, nemini mirum videri potest. Etym. M. 542, 8. κτεάτεσσιν ἀπὸ εὐθείας τῆς κτέας· ἄμεινον δὲ μεταπλασμὸν παραδέχεσθαι ἀπὸ τῆς κτεάτοις δοτικῆς, quae Herodiani quoque fuit sententia π. Μον. p. 37, 3. Anecd. Bar. in Mus. Cant. Vol. II. 420. Sed quum κτέατον nusquam reperiatur, κτέαρ autem saepius certe apud posterioris aetatis poetas Quint. IV. 543. Carphyl. Ep. I. 401. T. I. Macedon. Ep. XXXIII. 120. T. III. Gregor. Carm. X. p. 82. A. XVI. p. 91. C. XLVII. p. 111. A. credibilius est a plurali κτέατα, cujus analogiam praestant δέατα, φρέατα, καίατα aliaque a verbis ducta, modo κτέασι sive κτεάτεσσι ut στεάτεσσι formatum esse, quod Eustathius epenthesi syllabica dilatatum putat p. 766, 19. modo etiam κτεάτοις, cujus exemplum tamen non succurrit. Nominativus προσώπατα, quo Oppianus I. 418. aliique supparis aetatis versificatores usi sunt, in uno Homeri loco nuper demum H. Stephano auctore repositus est; quo admisso dativus προσώπασι metaplasmi speciem exuit, sed commenticius videtur singularis τὸ πρόσωπας ὡς τὸ γόνας, τὸ δόρας, quem Herodianus Eust. p. 677, 28. huic casui praescribit; unde haud scio an acceperit Schol. Il. VII. 212. ἀπὸ τῆς πρόσωπα (fort. πρόσωπας) εὐθείας αἰολικῶς προσώπατα καὶ προσώπασι, quippe intercurrente nominis aeolici ὄππατα memoria. Praetermitto ficticiam metaplasin δάκρυσι et ectasin nihilo probabiliorem δέσματα ἐκτέταται ὡς τὸ ὀνείρατα, προσώπατα Schol. Od. I. 204. Neque ἔγκασι, quod nonnulli ex ἐγκάτοισι contractum ajunt v. Philem. Gramm. §. 64. metaplastum dici potest, quum ἔγκατα apud ipsum legatur Homerum nomen plurale tantum ut synonyma, νήδυια,

ἐκτόσθια, exta, ilia, intestina; cujus si quaeritur prima positio, ea sane est ἔγκατον, unde τοῖς ἐγκάτοις derivatum Lucian. Philops. §. 3. p. 240. T. IX. Xenocr. c. XIV. (loco suspecto) Schol. Od. *Λ*. 579. sed ipsum a germano Luciano Lexiph. §. 3. p. 180. T. V. deridetur ut affectatum; ab analogia autem non abhorret quippe, a κάς, cus, cutis[27]) compositum ut ἀκέρατον, ἀγήρατον. Nam neutra in ας componi non possunt quin terminatio mutetur, nec τὸ πρόβας fingi permissum, unde Reiskius προβαία, *pellis*, *ovilla* natum putabat ad Const. Porph. p. 265. sed solum ὁ et ἡ προβάς et τὸ πρόβατον· ut νηκτόν, ποτητόν etc. cujus nominativus pluralis ea est forma, ut et προβάτοις et πρόβασι dici posse videretur. Itaque et hoc et quae ei adjuncta et continentia sunt, ἔγκασι, προςώπασι, ad metaplasin referimus, hoc est, ad fluctuationem flexionis, quam peperit ambiguitas casus principalis. Quae vero ad hanc rationem revocari non patiuntur, ea propriis circumscribimus cancellis.

§. 6.

Primum πέταλσιν illud, quod non solum a Scholiasta homerico sed etiam in Etym. M. 245, 52. Anecd. Cram. I. 121. affertur tanquam ex πετάλοισι transfiguratum, aut syncopen perpessum aut aeolicum est, (quanquam in Alcmanis Fragm. XXXV. 47. πετάλοισι legitur) aut quid verbi sit, nescimus. Sed veteres saepe ad metaplasmum confugisse, quum minime opus esset, pro comperto habeo. Schol. Arist. Nubb. 912. κρίνεσιν ὡς ἀπὸ τοῦ τὸ κρίνος κατὰ μεταπλασμόν, quod refellit alius doctior interpres κρίνον κοινῶς, κρίνος ἀττικῶς, quod in Anecd. Cram. I. 227. cum δένδρον δένδρος, πῦον πῦος, μέγαρον μέγαρος, componitur, ac si dativus κρίνεσι Athen. XII. 608. F. XV. 681. B. 685. C. poeticae licentiae tribui potest, Herodotus certe, qui κρίνεα usurpavit, a meta-

---

27) Pro κάς, cui cognata σκῦτος, scutum (ut σύρξ, βύσταξ) receptum est κασσύς, unde verbum καττύω, de quo dixerunt Hasius ad Leon. Diac. p. 406. et Barker. Epist. ad Boisson. p. 272. sed hic a praepositione κατά et verbo inaudito σύω i. e. *suo* compositum putat.

plasmi contagione immunis. Dativum illi similem ῥοδέεσσι Apollon. III. 1020. Wellauerus exterminavit ῥοδέῃσι scribens. Neque tamen obliviscamur, illos metaplasmi nomen ad heteroclisiam et quamlibet terminationis mutationem transferre. Grammaticus Hermanni p. 349. ἔστι δὲ μεταπλασμὸς μετασχηματισμὸς λέξεως ὀνόματος ἢ ῥήματος ἢ ἐπιῤῥήματος· ὀνόματος μὲν ἀλκί, ἐρυσάρματες, κλαδί· ῥήματος δὲ τὸ κλῦθι, ἄνωχθι (v. Drac. p. 37, 20. Moschopul. ad. Opp. v. 9. Schol. Barocc. ad Aj. 368. Erf.) καὶ τὸ δοίην καὶ γνοίην καὶ εἰδείην· ἐπιῤῥήματος δέ, ὡς ἐπὶ τοῦ δίχα, τρίχα, διχῆ γὰρ ἦν. Itaque ἕς, θές, δός, metaplasta vocant Schol. Od. I. 297. et eum κλαδί, ὑσμῖνι, componunt πεφευγοίην, περιπατοίην Eust. p. 58, 36. aliaque verborum inclinamenta anomala huc revocant; ἔῤῥιγα μεταπλάττεται εἰς ἐνεστῶτα ἐῤῥίγῃσι ὡς δεδοίκω Schol. Ven. III. 353. ut κεκλήγοντες aeolicum dicunt XVI. 430. Tum adverbia μίγδα, κρύβδα, pro μίγδην etc. Eust. 722, 20. maximeque enallagen generis κελευθά, δεσμά, δίφρα, λύχνα Schol. Od. VI. 93. Schol. Ven. I. 464. Etym. M. 544, 20. et 502, 22. quae quum omnia servent accentum formae communis, effugere non possunt quin μῆρα ex μήρια concisum dicant. Item quod Nicander ποιφύζοντος pro ποιφυζούσης posuit, Homerus pro εἰσιθμός εἰσίθμη, metaplasmo assignant v. Schol. ad Ther. 179. ad Odyss. VI. 264. eodemque modo si quod vocabulum diversos ejusdem declinationis flexus sequitur ut ὕδει, κώεσι, id αἰολικῶς μεταπεπλάσθαι dictitant v. Procl. ad Hes. Opp. v. 60. Schol. Od. III. 38. quin etiam Ἄλκιμος pro Ἀλκιμέδων dici κατὰ μεταπλασμὸν ὡς Μελάνθιος, Μελανθεύς Schol. Il. XXIV. 474. Sed revertar ad ea, quae cum nostra causa conjuncta sunt arctius. Cur nominativus Ἀΐς repudiatus sit, inexplicabile est; quo cogimur obliquos casus metaplastis adnumerare, ut Herodianus Schol. Ven. I. 3. sed iidem negamus nomen proprium et divinum ad normam communis sermonis dirigi oportere. Aristarcheum πύλῳ neque metaplastum dici potest, quia Homerus singulari ἡ πύλη abstinet, neque heterocliton, quia ὁ πύλος auctore caret, omnique qua ratione nitatur, ignoratur. Vix dignum relatu διακτόρῳ a Schol. Lips. Il. II. 103. in transformatis referri, sed

memorabilior Pindari licentia Liberum patrem *διθύραμβα* vocantis Fragm. p. 585. nimirum ad exprimendum etymon *λῦθι ῥάμμα*. Et in universum, si proprium *Ἄϊς* praetermittimus, nullum reperitur hujus declinationis exemplum, cujus ratio probabilis reddi non possit. Nam et *ἀνδραπόδεσσι*, pro quo Aristarchus usitatum *ἀνδραπόδοις* (Demosth. p. 610, 11. Jamblich. Protr. p. 220. Corp. Inscript. Addend. p. CI.) *πολυδένδρεσσι* Eur. Bacch. 552. apparet directa esse ad similitudinem simplicium, et *πυργοκέρατα* non temere surrepsisse videtur sed quia terminatio nominativi *κέρας* memoriae inhaerebat, a quo si adjectivum componeretur, id non aliter declinari posset quam *εὔκρας*. Apollonius de Adv. p. 596. *καὶ ἐπ' ὀνομάτων μεταπλασμοὶ γίνονται καθάπερ τὸ ἐρυσάρματες, τὸ λῖτα, τὸ παρὰ Σαπφοῖ αὖα*[28]), *τὸ πυργοκέρατα παρὰ Βακχυλίδῃ*, quod ad Phryn. p. 658. composui cum Aristophaneo *ὑψικέρατα πέτραν* Nubb. 597. ubi Schol. *μεταπλασμός ἐστιν ἀντὶ τοῦ ὑψικέρατον*. Huic similem nominativum pluralem nescio unde affert Hesychius *Λευκοκέρατες* (vel *λευκόκρατες*) *διὰ τὸ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ βοῦς λευκοὺς εἶναι*. Dativo, quod mirabilius, usus est Photius *Ὀξυπρώρῳ ταύρῳ, τῷ ὀξυκέρατι*. Haec si quis metaplasta nuncupare obstinet, non intercedam, modo separentur a dissimilibus *ἀνδραπόδεσσι, πολυδένδρεσσι*. Nam *τὸ ἀνδράπουν, τὸ πολυδενδρές* analogiae non repugnant, sed *ὑψίκερας* vel maxime; quare componendum cum simplicibus, quae §. 3. exhibuimus, quorum primus casus non solum inusitatus sed plane penitus *ἄῤῥητος* est, obliqui autem casus reprehensione carent. Et ob hoc ipsum malui acephala vocare, ut et *ἐρυσάρματες*, quod Etym. M. 105, 48. ex *ἐρυσάρματοι* transfiguratum dicit. Etenim barbarum est, quod in Lex. Apostolii ap. Albertium ad Hes. T. II. 1451. affertur, *ἐρυσάρμας veredus*, pro quo *ἐρυσάρματος* dici oportet, ut *ῥιμφάρματος, εὐσώματος, δικέρατος, βραχύωτος* etc. sed obliquis ad simplicis similitudinem relabi permissum. Quae autem nulli horum generum subjici possunt, ea aut aeolicae declina-

28) Fragm. CXIV. ubi Neuius affert Etym. *τὴν ἠῶ οἱ Αἰολεῖς αὖαν*. Scribendum videtur *αὔοαν, auroram*.

tioni adscribenda aut scribentium imperitiae imputanda videntur. Primum dicam de postremis.

§. 7.

Inconditum poetam Sibyll. L. V. v. 319. (p. 595.) metri necessitas subegit ut πολυήλατι χαλκῷ diceret; quo paullo excusatius est πολυπάταγι Arcad. p. 129, 9. Anecd. p. 1226. quia πολυπάταξ certe fingi potest; sed non minus enormes sunt accusativi εὔτροχα et ἁλίτροχα, quos Etym. M. 585, 10. Anecd. Cram. I. 271. proferunt ex poeta antiquo fortasse sed aeolico. Εὐτείχεα autem, quod Schol. Il. Π. 57.[29]) metaplastum dicit pro εὐτείχεον et cum πυργοκέρατα contendit, in tertia hujus libri parte C. II. §. 7. expedire conabor. Homericum ἐρίηρες Etym. M. a recto ἐρίηρ repetit, alii metaplastum dicunt, quorum illud inauditum est, alterum indubitabile esset, si quando ἐρίηροι vel ἐριήρους legeretur, sed constanter poeta nomen plurale tertiae, singulare secundae accommodat declinationi, idque veteribus satis visum, cur hanc nativam formam dicerent, illam metaplastam; nobis non aeque liquet. Sed hoc fortasse exemplo ductus Marcellus in Dedic. Regill. v. 33. πρωτόθρονες ἕδραι usurpavit pro πρωτόθρονοι, ut Constantinus Porph. Cerem. I. 83, 223. D. κλάδους συνομόθρονας, sed hic magis ex assuetudine quotidiani sermonis lineas ultro citroque transilientis; cujus corruptelae exempla commonstrat Reiskius p. 217. et 365. διάκων, μυριάδαι, *lampadae*, *patrones*, contagio autem a librariis transfusa est latius: οἱ ὀρνιθοθῆρες cod. Aelian. H. Ann. III. 14. cui simillima sunt κυνοθῆρες et λεξιθῆρες, quorum illud Reiskius ex Dioscoride, hoc Casaubonus ad Athen. III. 98. ex Epiphanio affert; μυέες Lucian. Dea Syr. §. 48. γεῶρες apud Suidan pro γεῶραι sive γειῶραι, quod paullo post legitur, et apud eundem μενθῆρες, ζυμῆτες pro ζυμῖται Poll. VI. 72. Athen. IV. 151. A. quod Dindorfius corrigere non est ausus cf. Krueger. ad Xen. Anab. VII. 3, 21. hisque contraria μαιῶραι *majores* Suid. μυκῆται

29) Ibidem pro πολυνικῆς διελένα scribendum videtur πολυνεικῆς Δυσελένα.

Paul. Aeg. I. 77. cui consuetum est *μύκητες* dicere, *εἰνατέραι* Hesych. s. *Ἰνατέρων*, *παρῶναι* v. Schweighaeuser. ad Polyb. Fragm. Hist. LXV. p. 72. T. V. *χειρωνάκται* Procop. Arc. XXV. 188. ed. Orell. *τῶν χειρωνακτέων* Hippocr. de Diaet. Acut. p. 29. T. II. quod cum *βαβάκτης*, *φυλάκτης* componi licet. Neque secus tertiae et secundae declinationis vocabula: *ἄστακες* cod. Aristot. de Part. Anim. IV. 8. p. 683, 27. *αὐλίκουρες* Zonar. *γέρυνες* Schol. Nic. Ther. 620. *ἡμίονες* Theophyl. Hist. I. 12, 25. B. *κελαινόῤῥινες* v. Ellendt. Lex. Sophocl. T. I. 947. et contraria *Κόρυθοι περικεφαλαῖαι* Hesych. (post *κόρυθες*) *παράφρονοι* Teles Stob. Floril. V. 67. p. 69, 35. veterumque nonnulli homericum *κατήφονες* pro *κατάφονοι* acceperunt. Horum pleraque sine dubio corrupta sunt syllabae finalis depravatione, qua nulla injuriae magis obnoxia. Neque ambigi potest, quin Bekkerus Phrynicho Append. p. 24, 29. pro *ἄσωτες*, quod Schaeferus ad Greg. p. 444. alienissimis defendit exemplis, recte reddiderit *ἄσωτοι*. Ac pariter apud Himerium Or. XII. 6, 728. *Ἀπόλλωνι μὲν συγχορευταὶ (αἱ Νύμφαι) καὶ ξυμπαίστριες* reponi debet *ξυμπαίστορες*. Sed tamen praecauto opus est, ne quam vetustatis robiginem abstergamus inviti. Schol. Theocr. I. 93. *οἱ Δωριεῖς τὰς παρ' ἡμῖν διὰ τῆς αι ἐκφερομένας εὐθείας τῶν πληθυντικῶν διὰ τοῦ ες ἐκφέρουσι*, quo auctore Reiskius Theocrito *μοῖρες* et *αἶγες* tribuit, neque non inveniuntur talia aliquoties in codd. et Edd. vett. sed certum hujus metaplasmi nullum extat apud scriptores doricos exemplum praeter *ἀρίγνωτες* Pind. Nem. V. 21. quod vel *ἀρίγνωτοι* dicendum erat vel *ἀριγνῶτες* ut *ἀλλογνῶτι* in Empedoclis versu v. Aglaoph. p. 838. Quod genus vocabulorum quum accentus saepe variet, id quoque labascit adminiculum. Neque momenti quidquam affert *χλιδόναι* Suid. sive id mendose scriptum est pro *χλιδῶνες* s. *χλίδωνες*, sive *χλιδόνη* in usu fuit ut *Γοργόνη*. Certius transmutationis aeolicae exemplum praebet Hesychii glossa *Πάσσαλερ σφῆκας* scrib. *σφῆνας*, sed latina *patrimes, matrimes, remores, duumvires, floces*, a nominativis partim heteroclitis, partim ambiguis repetita videntur. Atque haec nominativi ambiguitas quantum valuerit,

maxime perspicitur ex nominibus propriis, quae in syllabam ης terminantur duabus declinationibus communem. Schol. in Dionys. Hierarch. Eccl. p. 2. C. νόες καλοῦνται πρὸς τὸ εὐφωνότερον τῆς κλίσεως γενομένης, ἐπειδὴ ἐχρῆν οἱ νοῖ εἶναι. Ἔθος γὰρ τοῦτο Ἀττικοῖς οἵ φασιν Ἀριστοφάναι καὶ Σωκράται. Cujus transitionis exempla, si scriptores minus elegantes perquirimus, undique affluunt: οἱ Κλεάνθαι Himer. Or. XIV. 20, 650. οἱ Ἑρμογέναι I. 13, 348. οἱ Σωφάναι Plutarch. Comp. Arist. c. Cat. c. II. 431. οἱ Κλεισθέναι Synes. Enc. Calv. p. 85. B. οἱ Πραξιτέλαι Philostr. V. Ap. VI. 19, 256. neque solum in hoc casu sed in omnibus: τοὺς Διογένας καὶ τοὺς Σωκράτας Synes. Enc. Calv. §. 6, 68. B. τοῖς Λεωκράταις καὶ Θουκιδίδαις Plut. V. Pericl. c. XV. τοῖς Κλεάνθαις Gregor. Naz. Or. X. 173. A. etc. ac prae ceteris in accusativo singularis, quanquam vituperat Herodianus de Soloecc. in Anecd. Boisson. T. III. 258. Similiterque Romani *hi Cleanthae*, *hi Socratae* etc. Ad appellativa quod attinet Choeroboscus Anecd. p. 1191. cum οἱ Δημοσθέναι, τοὺς Δημοσθένας, confert οἱ ἐπταέται, τοὺς ἐπταέτας, et enm accusativis vulgo receptis, τὸν Δημοσθένην etc. aeolicos τὸν δυσμένην καὶ εὐρυνέφην p. 1233. quo rursus admonemur Aeolidis, cui Gregorius p. 617. vocativi quoque et genitivi metaplasmum assignat: ὦ Σώκρατε, ὦ Ἀριστόφανε,[30] τοῦ Σωκράτου, τοῦ Σοφοκλέου, cujus formae genitivos bene multos Boeckhius collegit ex inscriptionibus partim atticis Vol. I. p. 73. a. His addo vocativos ad tertiam declinationem traductos, ὦ Στρεψίαδες, ὦ Σιμώνιδες, quanquam illum Schol. ad Arist. Nubb. 1196. joci causa fictum dicit, hunc Critici plerisque locis expunxerunt v. Jacobs ad Anth. Pal. p. 173. Haec igitur sunt veteris in declinando inconstantiae documenta, non solum obliquos casus sed ipsos etiam nominativos libere huc illuc traducentis. Sed restat unum ceteris memorabilius.

---

30) Οἱ Ἀττικοὶ διχῶς ἐπιφέρουσι τὴν κλητικὴν ὦ Ἀπολλογένη καὶ Ἀπολλόγενες, ἐπεὶ καὶ τὴν αἰτιατικὴν διχῶς, τὸν Τισαφέρνην καὶ Τισαφέρνη Anecd. Bar. p. 419. Mus. Cant. Vol. II.

§. 8.

Pervulgata est Grammaticorum de nominativis aeolicis praeceptio *Ἀρχύτα, Θυέστα, αἰχμητά, ἠπύτα,*[31]) *ἠχέτα, ἱππότα* etc. quos modo macedonicae et thessalicae (Priscian. XVI. c. 27.) modo boeoticae dialecto adscribunt, modo communi harum omnium parenti Aeolidi, eademque et monoptota vocant et aclita Etym. Gud. p. 393, 24. quorum nominum prius, si quidem Prisciani finitionem sequimur[32]) convenit omnibus, alterum minus. Nam genitivo usus est Aratus Phaen. 664. *ἱππότα φηρός*, ubi nullo modo probari possunt, quae Vossius et Buttmannus ediderunt, hic *ἱπποτόφηρος*, ille *ἱπποτάφηρος*, nisi forte credere collibet poetam ludibrii causa vocabulum vere centaureum et *τερατοφυές* machinatum esse; nam ne iis quidem, qui homericum *τοξότα λωβητήρ* arbitrati sunt *ὑφ᾽ ἓν νοητέον εἶναι*, in mentem venit *τοξοτολωβητῆρ* scribere. Deinde genitivi illius testes habemus Eudaemonem, qui ipsa verba Arati affert Eust. p. 1457, 24. et Choeroboscum Anecd. p. 1242. *ἔστι τὸν ἱππότην καὶ γίνεται κατὰ μεταπλασμὸν τὸν ἱππότα καὶ οὐ προπαροξύνεται, ἐπειδὴ ἔχει προηγουμένην γενικὴν καὶ δοτικὴν μεταπεπλασμένην*, additque ea, quibus metaplastus casus antecedat, paroxytona esse, proparoxytona autem quae aliter se habeant ut *διθύραμβα, ἀλίτροχα, πυργοκέρατα* (sic), quare etiam *μητίετα* proparoxytonos scribendum esse, *οὐδὲ γὰρ ἔχει γενικὴν ἢ δοτικὴν προμεταπλασθεῖσαν, εἰ καὶ σπανίως τις θέλει εἰπεῖν ἐπὶ τούτων γενικὴν ἢ δοτικὴν μεταπλασθεῖσαν·* quae fere eadem leguntur in Etym. M. 585, 3. Ergo non solum genitivum

31) Hesychius *Νηκύτια βοητά κῆρυξ μικρόφωνος* scr. *Νη, κύτα κῆρυξ βοητὰ μικρόφωνε*, fortasse a Parodo quodam dictum.

32) V. 13, 210. *quae pro omni casu una eademque terminatione funguntur;* quale est *ὁ Σήμ, τοῦ Σήμ, τῷ Σήμ*, quod Etym. M. 462, 45. acliton vocat, *μονόπτωτον δὲ τὸ ἐπ᾽ εὐθείας μόνης, τὸ ὄφελος, τὸ οὖς;* quae Priscianus aptota dicturus fuisset; *μέγας μεγάλου* heteroptoton vocat Apollonius de Pron. p. 11. *γυνὴ γυναικός* heterozygon Herodianus Eust. p. 113, 36. Nec minus ambigua est *heterocliti* appellatio v. Schneider. Gramm. II. 1, 470.

τοῦ ἱππότα novit, sed etiam dativum τῷ ἱππότα et fortasse plura ad hunc modum. Unum certe dativi exemplum affertur in Anecd. p. 1187. ἔστι τῷ κυανοχαίτου (sic) καὶ γίνεται κατὰ μεταπλασμὸν τῷ κυανοχαίτα καὶ οὐκ ἔχει τὸ ι, ὡς παρ' Ἀντιμάχῳ Πατρί τε κυανοχαίτα Ποσειδάωνι πεποιθώς, quibus hoc significari videtur, ex κυανοχαίτῳ fieri κυανοχαίτῃ, quod aeolice scribitur κυανοχαίτα (id est κυανοχαῖτα) omisso iota ultimaque correpta nec tamen retracto accentu, qui tunc demum reclinatur, si dativus in ῑ exit. Arcadius p. 129. λέγει ὁ Τεχνικὸς ὅτι αἱ μεταπεπλασμέναι δοτικαὶ ἔχουσαι τὸ ῑ προπαροξύνονται, ὁ πολυπάταγος, τῷ πολυπάταγι, quo exemplo διθύραμβι scribendum esset et ἀλίτροχι, si quis hoc metaplasmo uteretur, non autem κυανόχαιτα. Ne quis vero miretur, quomodo Grammatici κυανοχαίτα metaplastum dicere possint, quum vulgo ita nos doceant, metaplasmum non fieri nisi ἀπὸ τελικοῦ εἰς ὁμοιόπτωτον τελικόν Eustath. p. 75, 50. Moschop. ad Hesiod. Opp. v. 9. Schol. Eur. Or. 1428. dativus autem in ᾱ nullus exeat, sane a Porphyrio in Anecd. Villois. T. II. p. 116. alpha inter dativi catalexes refertur propter κοχλίᾳ et similia, quia jota non modo non audiebatur sed ne scribebatur quidem ab omnibus: Αἰολεῖς καὶ Βοιωτοὶ οὐχ ὑπέγραφον, ὅπερ παρ' Ἀντιμάχῳ φυλάττεται. Itaque etiam κυανοχαίτα non metaplastum sed regularem esse arbitror monoptotae illius declinationis dativum. Nam et accusativos hujus formae legimus ἠχέτα Orph. Arg. 1255. πολεμιστά Lith. 307. ac fortasse εὐρύοπα non illa vulgari ratione ab εὐρύοψ declinatum est, cujus nullus casus reperitur, sed homoptoton nominativi; accusativum μητίετα e metaplasmo, ut ait, ortum, affert Technicus Anecd. p. 1241. neque id analogiae explicandae causa fingere videtur. Accentum autem huic accusativo reddidit non quem communis accusativus μητιέτην habet, sed quo nominativus μητίετα ab Aristarcho signatus est v. Lehrs. p. 269. canonem sequutus quo edicitur ὁμοτονεῖν τὰς ὁμοφώνους πτώσεις Anecd. p. 1240. sq. Μητίετα vero Aristarchus scripsisse videtur ut dilatatum ex μητῖτα. Cetera aeolica servant tonum communium, ὁ τοξότης, ὁ τοξότα Eustath. p. 75, 20. nisi quod πάθος intercedit, ὁ ἐλα-

στής, ὁ ἱππηλάτα ut ἐληλάμενος, ac si verum est casus homophones eosdem homotonos esse, ex vocativo ὦ ἐργάτα Anth. Pal. VII. n. 209. sequitur nominativum fuisse ὁ ἐργάτα, nec dubitandum quin ἀλεστής et ἀνυστής Etym. M. 781, 54. Apollon. de Adv. p. 545. si aeolice sunt appellata, extrito sigma accentum in penultima acceperint ut ἀπρόςληπτα τοῦ σ, Schol. Il. *Α*. 508. Si quis vero quaerat, quare ἀκάκητα, εὐρύοπα, ὀρσοτρίαινα, scribatur contra vulgarem de homotonia primi et quinti casus regulam, equidem nihil habeo quod respondeam nisi illa idionyma esse ut ἀγλαοτρίαινα, εὐτρίαινα apud Pindarum, similiaque propriis ὁ Κόπαινα, ὁ Μύριλλα. Nam quod Hesiodus dixit ἀκάκητα Προμηθεῦ Th. 614. nihil ad Homerum pertinet. Sed cur νεφεληγερέτα scribitur? Fortasse ob characterem, hoc est quia verbalia in ετης exeuntia vocativum habent paroxytonum, ὦ ἀρχέτα, ἡγέτα, ὑπερμενέτα, γιγαντολέτα, τοξαλκέτα etc. Et Ἀργειφόντα quoque scribitur ut συκοφάντα Hom. H. in Vest. XXIX. 7. Orph. H. XXVIII. 3.

§. 9.

His omnibus manifestum fit, veteres metaplastorum nomen in vocabula contulisse diversissima, quae nos partim heteroclitis et heterogenesin attribuimus, partim acephala dicimus ut a nominativis ineffabilibus aut ad effandum minus expeditis orta v. §. 2. 3. Alia, quorum nominativus non extat quidem sed fingi tamen potest, nulli certo generi adscripta habemus. Quibus omnibus demtis perpauca relinquuntur casuum metaplastorum exempla, si quidem hoc nomen iis reservamus, qui sine ulla observabili ratione a declinatione sua desciverunt ut ἀλίτροχα, πέταλσι. Hanc autem quaestionem instituimus primum, ut quae a Grammaticis in unum nomen et corpus confusa sunt, distingueremus accuratius; tum etiam ob eam causam, quia, quae illi metaplastis adnumerant, στάγα, νίφα etc. haec ipsa nobis vetustissimae et simplicissimae nominum fictionis specimen praebent, quae verborum stirpibus nihil quidquam addit praeter sigma, ut ita dicam, formativum.

DISSERTATIO TERTIA.

DE
ADIECTIVIS IMMOBILIBUS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXI.)

DISSERTATIO TERTIA.

DE ADIECTIVIS IMMOBILIBUS. *)

Miretur fortasse aliquis si professus fuero, longos illos de monosyllabis et metaplastis sermones ex adnotatione ad Aj. v. 323. (325.) profluxisse. Ubi quum scriptum esset *βοτοῖς σιδηροκμῆσι*, in editione prima multa proposui consimilis inaequalitatis exempla. Postea vero diuturna rei observatione a compositis traductus sum ad simplicia non solum adjectivi generis, sed etiam substantivi, quorum quum pleraque a Grammaticis in numero metaplastorum relata essent, id quo jure ita statuerint, inquirendum duxi. His vero, prout facultas tulit, absolutis revertendum est ad adjectiva composita eorumque in genere, motione, accentu anomalias.

CAP. I.

De nominibus in $\bar{\nu}$ exeuntibus.

§. 1.

A simplicibus, quae in $\overline{\alpha\nu}$ terminantur, accentu differre syntheta Stephanus docet: *Ἀκαρνάν ὡς Αἰνιάν, Ἀθαμάν, Ἀζάν· ἁπλᾶ γάρ· τὸ Τιτανόπαν σύνθετον*, ut *ψευδόπαν* Julian. Or. VII. 234. D. Huic suffragatur Arcadius p. 8. *τὰ εἰς $\overline{\alpha\nu}$ σύνθετα ἀπὸ ἁπλῶν ῥημάτων βαρύνονται, Αἰγίπαν, Ἑρμόπαν, αἰνοτίταν· τὸ δὲ καρβάν ὀξύνεται καὶ ὅσα μὴ ἀπὸ ἁπλῶν ῥημάτων*, uno verbo simplicia, quorum

---

*) Nomen inscriptum est *κατ' ἐπικράτειαν*.

de numero nonnulli *καρβάν* excerpunt v. Aglaoph. p. 1037.[1]) Draco addit *εὐπαίαν* et *Τιτανόπαν*, quod oxytonum est apud Suidan s. *Μυρτίλος*, Scholiastes Theodosii p. 1198. *Ἀντίπαν*, Hesychius *ἀτίταν* s. *Τιτᾶνες· οἱ μὴ ἔχοντες ἀποτῖσαι ἀτίτανες ὠνομάζοντο, οἱ δὲ ἔχοντες τιτᾶνες*, quorum nominum prius eidem reddendum videtur s. *Ἀπταντίτας· τοῦτο ἐν συνηθείᾳ λέγεται· σημαίνει δὲ ἀπτάν* (scr. *ἀτίταν*) *πένητα, Τιτὰν δὲ παιδεραστήν*. Simplicia vero plerumque accentum servant ab Arcadio praescriptum *μαριθάν, μεγιστάν, νεάν, πελεκάν* et propria *Αἰγάν, Ἀρετάν* fluvii nomen Etym. M. 138, 22. *Ἀργειάν* montis Idem et Anecd. Cram. II. 263. *Δαρειάν*[2]), *Ἀτιντάν, Εὐρυτάν, Λυκάων καὶ Λυκάν* Steph. sed discrepant *ψάγδαν* Athen. XV. 690. E. quod Schweighaeuserus *ψαγδάν* scripsit, *Εὔαν* montis nomen indeclinabile Paus. IV. 31, 4. ab epiphonemate bacchico *εὐάν*, ut dicitur, translatum; nec raro vacillatur in gentiliciis, *Σόανες, Γίνδανες*, etc. v. Tzschuck. ad Strab. T. IV. p. 32. et 394. Femininum genus huic terminationi abjudicat Choerobosc. Anecd. p. 1316. *εἰς ᾱν θηλυκὸν οὐκ ἔχομεν· τὸ εὐνάν εὐνᾶνος, ὃ παρατίθενταί τινες ὡς θηλυκόν, νομίζοντες γυναῖκα σημαίνειν, δείκνυσι Λούπερκος ὅτι ἀρσενικόν ἐστι·* nec concedi potest neutrum; pro *παιὰν καὶ ἵλεων ὄμμα* Callistrat. Statt. XI. 903. aut *πρᾶον* scribi oportet, ut Heynio visum, aut *παιώνιον* ut Jacobsio Adn. p. 716.

1) Stephanus *Καρβανίς γέγονεν ἀπὸ γενικῆς τῆς εὐθείας ὁ Κάρβανος* scrib. *ὁ Κάρβαν*, cujus a genitivo reflexum est *κάρβανος ὄχλος* Lycophr. 605. et 1387. quod oxytonum est more gentiliciorum apud Aristot. de Vent. 946. *κάρβας ἄνεμος ἀπὸ τῶν Καρβανῶν τῶν κατὰ φοινίκην*. Carbae venti nomen male oxytonos scribitur ap. Steph. s. *Καρπασία*. *Δυσκάρβανος* Boissonadii commentum est ad Theophyl. Sim. Ep. XIIII. 240. qui quid Psellus scripserit, ex Albertii adnotatione ad Hesych. s. *Δυσβράκανον* discere poterat.

2) Schol. Aesch. Pers. 650. *οὐ μόνον Δαρεῖος ἀλλὰ καὶ Δαρειάν γράφεται*. Aut hoc restituendum est Arcadio p. 8. *τὰ εἰς ᾱν ὀξύνεται, παιάν, δωρεάν*, aut *Δωριάν* i. q. *Δωριεύς*, ut *Αἰνιάν* et *Αἰνιεύς* v. Steph. s. *Αἰνία* et Tzschuck. ad Strab. T. III. 561. *Αἰνειάν*, quod saepius legitur v. Wesseling. ad Diod. XII. 77. Ellendt. Lex. Soph. T. I. p. 40. tacite damnat Choeroboscus Crameri II. 263. *τὰ εἰς ᾱν οὐ παραλήγονται τῇ ῑ*, nisi ex primitivo ut *Ἀργειάν* (et *Δαρειάν*).

§. 2.

Praeter γέρην ἔντιμος Hesych. quod parum exploratum est, et ionicum ξυνήν duo sunt adjectiva τέρην et ἄρσην. Ab hoc composita ἡμιάρσην et εἰμάρσην, quod nisi depravatum est, pro ἀνδροείμων vel ἀνδροείματος valet. His accedunt tria, quae ad simplicitatem redigi nequeunt, ἀχήν, quod apud Suidan perperam ἄχην scribitur, ἀκτήν et quod Eustathius p. 753, 51. huic adjungit ἀπτήν. Longe major est substantivorum numerus, quorum pleraque recenset Arcadius p. 8. primum oxytona ἀδήν, ἀζήν, ἀτμήν, βαλλήν [3]), εἰρήν, ἐσσήν, κηφήν, λιμήν, πυθμήν, σωλήν, τριβήν, ὑμήν, nec pauca omittit: ἀϋτμήν, de quo Schol. Il. Ψ. 765. τὰ εἰς μην λήγοντα ἁπλᾶ ὀξύνεται, ἀϋτμήν, ποιμήν etc. tum ἑρπήν v. Aglaoph. 1087. ἠλακατήν, κευθῆνες οἱ καταχθόνιοι δαίμονες Suid. κιφήν ἀλώπηξ Zonaras Lex. p. 1213. κωλήν Etym. M. et Eust. 1327, 24. ξιφήν ὁ φέρων ξίφος Suid. πευθήν, πρηστήν, ταγήν ταγῆνος τὸ ταγήνιον Zonar. p. 1713. ταγήν ὄνομα ὀρνέου Suid. [4]) ὑβαλλήν λαγνός Anecd. Bekk. 1426. φυκήν Athen. VII. 355. B. quorum prius apud Hesychium ὑβαλής et συβάλλας scribitur, hoc a Schweighaeusero in φύκης mutatum est. Nonnulla fortasse delitescunt in corruptis, quae ordine referam p. 8, 14. ἀρχήν, εὐχήν, ναυχήν, ὀρφήν, scrib. ἀχήν, λειχήν, αὐχήν, Ὀρφήν id est Orpheus v. Priscian. VI. 18, 283. T. I. ut in proximis v. 19. ἀγήν est proprium Ἀγήν v. Schweighaeus. ad Athen. XIII. 546. et paulo post v. 24. καμασσήν, οἰχθήν, νασσήν, ἐρσήν, αἰζήν, ἐψήν, scrib. καμασήν ὁ ἰχθύς, pro νάσσην [5]) fortasse Δαμασήν Nonn. XXV. 453. de tertio nihil suppetit, quartum est Αἰζήν Ταντάλου υἱός Herodian. π. Μον. p. 17. quod ipsum ex Herodiano affert Stephanus s. Ἀζανοί, notabile illud propter

3) Propter metathesin βλῆνος praestat βαλήν scribere simplici lambda.

4) Arcad. p. 9, 12. τὰ ἔχοντά τι τῶν μέσων, ὠγήν, ἀδήν, ἀττήν, ἀτταγήν scrib. ταγήν ὁ ἀτταγήν, nam de bisyllabis agitur.

5) Eustathius p. 1868, 38. Βλισσή — Κράτης δὲ σὺν τῷ ν γράφει Βλισσήν, ὁμοίως τῷ σωλήν, cui simillima est Strabonis scriptura X. 479. Ὀλύσσην id est ὁ Λίσσην sive Λισσήν. Hesychius Βόβηνες εἶδος ποτηρίου.

diphthongum duplici praemissam; pro ἰψήν cod. praebet ἀψήν, quo ἀνερίναστος significari videtur. Proxima sunt p. 9, 1. τελλήν, ὠλλήν, κελήν, σιπελήν, quorum primum sine dubio est Τελλήν andronymicum, quod saepius paroxytonos scribitur v. Ruhnken. Ep. I. 119. de ὠλήν ambigo propriumne sit cantoris nomen v. Fabric. Bibl. Gr. T. I. 134. [6]) an appellativum, quod Suidas apponit s. Ὠλέναι· pro κελήν subvenit κωλήν vel proprium Κωλήν Eustath. p. 1326, 53. nec discrepat Κυλλήν Paus. VIII. 4, 3. pro ultimo bisyllabum anquiritur sive στελήν Herodian. π. Μον. p. 17, 5. sive aliud certius notiusque. Paullo post v. 9. κερβήν pro Κεβρήν scriptum est, quod in Demosth. c. Aristocr. p. 671, 9. tres Pariss. hoc accentu signant, vulgo autem Κέβρην scribitur Xenoph. Hell. III. 1. 14. (17.) Scylac. Peripl. XCV. p. 36. utroque modo apud Stephanum; huic oppositum ἕκτην pro gentilicio Ἕκτην sive Ἔγκτην Anecd. Cram. II. 27. quod oxytonos scribi solet v. Siebelis ad Paus. T. IV. p. 16. Mendosum est ἀττήν v. 12. suspecta περπερήν v. Goettling. de Acc. p. 263. et κορδυλήν v. 15. quod cum κόρδυλος et κορύδυλις Athen. VII. 306. E. cognatum videtur; pro μαραθήν et δοθήν praestat μαριθήν et δοθιήν. Nec levis est corruptio postremi canonis: τὰ εἰς ρην καθαρὸν μὴ ἔχοντα πρὸ τέλους συλλαβὴν εἰς ε καταλήγουσαν ὀξύνεται, εἰρήν, πιρήν, διπρήν, πλὴν τοῦ ἄῤῥην· τὰ εἰς ρην καθαρὸν παραλήγοντα (scil. τῷ ε) ὀξύνεται (scrib. παροξύνεται) ἔῤῥην, τέῤῥην, θέῤῥην ποταμός, πέῤῥην. Pro εἰρήν in cod. σειρήν scriptum, quod utrumque regulae convenit; nam si prius nomen, unde μελλείρην compositum, vulgo paroxytonos scribitur ut apud Arcadium ipsum v. 18. id nequaquam exploratum esse paullo post patebit; pro πιρήν substitui Πειρήν, pro διπρήν nihil succurrit praeter πυρήν, quod πειρήν scribitur Athen. VII. 306. C. Sequentibus simillima sunt τέρην et γέρην ἡ γέρανος Hesych.

---

6) In Pherecratis versu Athen. III. 111. B. quem Fritzschius tractavit Quaest. Aristoph. T. I. 73. Ὦλεν ὀβελίαν (δεῖ) σποδεῖν, ἄρτον δὲ μὴ προτιμᾷν, lenissima fuerit correctio ὁ δεῖν' i. e. ὦ οὗτος. Προτιμᾷν h. l. non significat anteferre sed φροντίζειν.

sed extrema in medio relinquo. Et in universum perquam anceps est Arcadii emendatio, non solum propter molestissimam adjectivorum et substantivorum, propriorum et communium permixtionem, sed etiam quia modo eadem diversis locis iterat exempla, modo quae ad rem erant, praetermittit, *Σέβην* Anecd. p. 1417. Lascaris Gramm. C. Fol. 6. *Λέβην* sive *Λεβήν* v. Tzschuck. ad Strab. X. p. 257. de qua terminatione ille ne verbum quidem, *Πέλλην* qui et *Πέλλης* vocatur v. Siebel. ad Paus. VII. 26, 5. *Τροιζήν*, cujus maxima est in accentu inconstantia [7]), *Πυθήν* Thucyd. VI. 104. *Ἀραδήν*, *Ἀραφήν*, *Κωφήν* [8]), *Χεφρήν* etc.

Jam de accentu horum vocabulorum quid antiquitus traditum sit, expositum est; de genere idem valet quod de monosyllabis, quorum pars major masculina, aliqua communia sunt. In declinatu docent vocalem nominativi longam servari, nisi si literam *μ* subsequatur. Herodianus *π. Μον.* p. 32, 7. *τὰ εἰς μην λήγοντα ὀξύτονα ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν* [9]) *τὸ η εἰς ε τρέπει· μόνον τὸ Δαμὴν ἐφύλαξεν, ἴσως ἐπεὶ κύριόν ἐστιν.* (*Δαμὴν συγγραφεύς* Anecd. Cram. I. 366.) *Τὸ δὲ ἀλλαμὴν* (sic) *παραιτοῦμαι· οὐ γὰρ γνήσιον ὄνομα παρὰ Διοδώρῳ*, apud quem nihil simile reperio [10]). *Βραχμῆνες* Nonn. XXIV. 162. XXXIX. 358. sciens praetermisit, quia vulgo aliter dicitur *Βραχμᾶνες* ut *Γερμᾶνες* Strab. XV. 712. ignoravit fortasse *Νύμφας Ἀκμῆνας* Paus. V. 15, 4. pro quo nunc *Ἀκμηνὰς* scribunt. Sed *τῷ πρώτῳ κανόνι ἀντίκειται τὸ εἶρην· τοῦτο γὰρ ὁ Καλλίμαχος διὰ τοῦ ε ἔκλινεν εἰπὼν ἀλλ' ἀντὶ*

---

7) *Τροιζὴν* oxytonum est Diod. XII. c. 78. Athen. p. 639. B. Strab. VIII. 374. cf. Spitzner. ad Il. II. 561.

8) *Κώφης ποταμὸς Ἡρωδιανὸς ὡς Χρύσης, Ἀριστοτέλης δὲ τὸν Κωφῆνα φησὶν ὡς σωλῆνα* Eustath. ad Dionys. 1140. cf. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. P. III. 246.

9) Hoc excidit apud Theodosium Gramm. p. 118. cui *μὴν μηνὸς* ignotum esse non potuit; sed *χὴν χενός*, quod Goettlingius ei opponit, omisit quia canonicum non est.

10) Eorum, quae reperi, simillimum est laconicum *δολομὰν μαστροπός* Hesych. sed incertum et ab hoc loco alienum. Num qua facta est a Diodoro Alcmanorum mentio?

βρεφέων πολλῶν εἴρενα μέσσων καὶ ταῦτα μὴ ἔχοντος αὐτοῦ οὐδετέρου παρασχηματισμόν, ἴσως διὰ τὸ μέτρον Schol. Theodos. Anecd. p. 1198. Callimachi versus, quem Blomfieldius Fragm. N. 497. ex solo Lascare edidit, in Anecd. Cram. I. 413. sic scriptus est *ἀλλ' ἀντὶ βρεφέων πολιὸν νέον εἴρενα μέσσον*, isque conjungendus videtur cum Fragm. 304. *μητέρας ἐξεκένωσαν ἐκούφισσάν τε τιθήνας*, quod ille *ἐπὶ τῶν ἀπολομένων νηπίων* dixit v. Gregor. Schol. in Hermog. I. 1133. T. VII. et cum Fragm. 200. Bentl. *καὶ γόνος αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνας*, qui versus affertur in Schol. ad Il. Φ. 12. sed reciso principio ὃς *αἰζηῶν ἔγραε κηδέμονας*, quod Meinekius ad Menandr. p. 123. ita restituere conatur *κλῆρον ὃς αἰζηῶν*. Mihi vero hi versus sic conjungendi videntur:

Ἀλλ' ἀντὶ βρεφέων πολλῶν πολὺν εἰρεν' ἄμησαν
— — — — — — —
μητέρας ἐξεκένωσαν ἐκούφισσάν τε τιθήνας
καὶ γόος αἰζηῶν ἔγραε κηδεμόνας

id est pro multis infantibus, quos hostes occiderant, vicissim multos pueros demessuerunt etc. ut Nonnus XXXV. 267. *σατύρους κτείνοντα καὶ ἀμώοντα γυναῖκας* v. Siebelis ad Paus. VIII. 7, 223. Neque alienum fuerit *ὄλεσσαν* scribere. *Εἴρην* paroxytonum est Plutarch. V. Lyc. XVII. Etym. M. Anecd. Bachm. II. 335. Anecd. Bekk. p. 1198. quod si recte se habet, Callimachus *εἴρην* pro adjectivo habuisse videtur ut *ἄρσην* et *τέρην*, quae neutro genere non carent; *τὸ ἄρσεν γένος* Eur. Dan. Fr. VII. 3. *Συρίας τέρενα τέρματα* sive potius *φέρματα* Melanippides Athen. XIV. 651. F. Sed Scholiastam Theodosii *εἰρήν* scripsisse non *εἴρην*, apparet ex regula quae est de oxytonis. Neque hoc solum per *ενος* declinatur sed et oxytono *ἀρήν*, a quo Etym. M. 377, 22. *ἀρηνοβοσκός* compositum dicit, hanc declinationem assignat Phrynichus App. p. 7, 11. *ἀρήν τὸ τοῦ προβάτου ἔγγονον ὡς λιμήν, ὑμήν*, et fieri adeo potest ut *εἰρήν* et *ἀρήν* tam sibi sint affinia quam *juvenis* et *junix*, cujus persimile nomen apponit Hesychius *Ἐρινάς (ἔρινας) νέας βοῦς*. Huc accedunt duo *τῶν κοινολεκτουμένων*. Apollonius de Pron. p. 34. B. *ἡ αὐχένος παράλογός ἐστιν*. Photius et Anecd. Bekk. 342, 29.

ἀδὴν τῶν ἐν τῷ σώματι γεγενημένων ἐστί· ὀξύνεται καὶ δασύνεται παραλόγως ὥς φησιν Ἡρωδιανός, si praesertim feminine usurpatur; nam feminina oxytona nulla sunt praeter σειρήν, διὸ καὶ οἱ ἀδένες ἀρσενικῶς λεγόμενοι παρ' Ἱπποκράτει ἀναλόγως λέγονται Id. π. Μον. 16, 18. masculina autem duo αὐχήν et ἀζήν. Quare Etym. M. p. 22, 35. regulam hanc constituit, quae alpha in prima habeant eademque corporis partem significent, ἀδήν, ἀζήν, αὐχήν, declinari modo eorum, quae in μην terminentur.

Hinc ad compositionem transeamus primum monosyllaborum, tum eorum, quae duabus et amplius syllabis constant. Ex illo genere est ἀψήν sive potius ἄψην, quod supra posuimus, et πολύῤῥην, quem nominativum a Passovii suspicione vindicat vetus poeta ap. Herodianum l. c. p. 15. cum heteroclito ὑπόῤῥηνος, cujus similitudinem sequuntur cetera a monosyllabis ῥητοῖς composita, ἄσπληνος (asplenum), ἐπίσπληνος, ὑπόσπληνος, ἐπίσφηνος, δίμηνος, τελεόμηνος, πολύμηνος Eustath. Epist. XL. 344, 33. neque extat horum brevior forma praeterquam in dativo διχόμηνι, qui idcirco ad metaplasta refertur v. Dissert. II. c. III. 4. Bisyllaborum barytonorum unum ἕλλην aliis orationis partibus subjungi patitur, ἀνέλλην, ἡμιέλλην, μισέλλην, Συρέλλην etc. Oxytona quum componuntur, accentum mutant, μελλείρην, ἀρχιποίμην, quae Arcadius affert. Lexicon Herod. L. IX. p. 1138. βαρυτόνως τὸ μελλείρην ὥςπερ πυθμήν ἀπύθμην, αὐχήν ὑψαύχην· et Eustathius ad Il. XI. 633. δύω δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν, quum memorasset nonnullos ὑποπυθμένες scribere ὑφ' ἕν, id est ὑποπυθμένιοι (ut ἐλλιμένιος, ἐμμήνιος, ἐπαυχένιος etc.) id saltem ὑποπύθμενες scribendum esse dicit διὰ τὴν σύνθεσιν ὡς ἐριαύχενα p. 869, 8. Ἀπυθμένες quidem editum est in Theognosti Canonn. Cram. II. p. 60, 5. sed ipse contrarium praecipit p. 86. barytona esse ἀπύθμην, βαθυπύθμην, ὀλιγοπύθμην. Neque alius accentus similium βρισαύχην, βυσαύχην, καμπυλαύχην, λασιαύχην, μακραύχην, στρεψαύχην, βουποίμην, ψευδοποίμην, et nominis proprii Φιλοποίμην. Regulam migrant ἱππολειχήν v. Dissert. VI. τοῦ φιτυποιμένος Aesch. Eum. 911. in quo nullus editorum

offendit, τοῦ ἀρχιποιμένος I. Petr. V. 4. ubi codd. quos Lachmannus sequitur, proparoxytonum praebent; ἐπιποιμήν excusatur pleonasmo praepositionis, propter quem illud ab Eustathio p. 1117, 48. cum ἐπιβουκόλος, hoc autem a Schol. ad Il. *E*. 178. cum ἐπιμῆνις comparatur adjuncta regula ὅταν παρέλκῃ ἡ πρόθεσις, οὐ ποιεῖται ἐξαλλαγὴν τόνου, id quod ad ἐπιπρητήν transferre licet, sed in συμποιμήν Nicet. Eug. VI. 436. haec ratio non convenit, nec in πελαγολιμήν. Quemadmodum vero simplicia in αν et ην crebro ad secundam transeunt, ita his quoque succrevit forma prolixior: ἀπύθμενος Demetr. Phal. de Eloc. c. CIV. Diosc. Eup. I. 242. p. 223. quod Arcadius p. 87, 1. cum genitivo compositum ducit; διπύθμενος Eust. p. 1175, 37. μονοπύθμενος p. 869, 31. ὀξυπύθμενος Xenocr. de Aquat. c. XXIII. quorum pleraque a Lexicographis neglecta, ἀλίμενος, κακολίμενος, πολυλίμενος, πολυαύχενος, ἀναύχενος, μακραύχενος, quo neutrum plurale τὰ μακραύχενα Hippocr. Epid. III. 433. T. II. Aristot. H. Ann. VIII. 8. (6.) 1. referendum esse apparet ex Nonn. II. 352. πολυαύχενον αἷμα. Nec raro codices inter utrumque fluctuant optione ambigua, ut Athen. I. 6. C. II. 65. B. IX. 398. D. Nomen πυρήν ex se progenuit dissimilia ἀπύρηνος, διπύρηνος, μεγαλοπύρηνος, μικροπύρηνος. Andronymicum est Φιλοποίμενος Anall. T. II. 130. exemplo simplicium ἄτμενος, Ὤγενος v. Schaef. ad Greg. p. 1051. et ἄζενος πώγων, quod Hesychius affert. Unum φρήν vocalem mutat in compositione ἄφρων, in adjunctione non item, ἐπίφρενον, μετάφρενον.

§. 3.

Arcadius p. 10. τὰ εἰς ιν δικατάληκτα ἁπλᾶ μὲν ὀξύνεται, σύνθετα δὲ βαρύνεται, εὐάκτιν, χρυσάκτιν, quae quum sub ις referri possent, aequabilis partitionis causa seorsum tractare malui, etsi nominativus rarius in ν quam in σ exit. Ergo a ῥίν Aret. Cur. Acut. I. 2, 205. Jamblich. Protr. 27, 364. Lucian. Asin. §. 12, 144. quod Thomas sermoni vulgari assignat, composita sunt εὔριν, pro quo etiamnum mendose εὖριν scribitur Aesch. Agam. 1093. (1148.) εὔρινος, unde superlativus εὐρινότατος Hesych. τὸ ἔνρινον sive ἔρρι-

νον Eust. p. 950, 1. *τὸ ἀντίῤῥινον* et *ὑπόῤῥινον* Ruf. Ephes. de Part. p. 36. quam utramque formam conjunxit Xenophon Cyn. III. 2, 3. *ἄρινες* et *ἄρινοι*. *Ἀκρόθιν* sive *ἀκρόθις* non reperitur neque Pindarus Ol. X. 68. *ἀκρόθινα δόσιν*, ut Heynio visum, sed *τὰ ἀκρόθινα* dixit pro consueto *ἀκροθίνια*, cui simile est *ἀσαλαμίνιος* et *ἀσπλήνιος* Diosc. Eup. II. 61, 272. quod *ἄσπληνος* dici solet. Eundem flexum habent adjectiva ab *ἴν* composita *αἴνος, εὔινος, ἔφινος, ὀλιγόϊνος, λεπτόϊνος*. Hinc paullulum declinantes incidimus non in Scyllam, sed in Scyllae matrem *Κραταιίν*, quam invocare jubetur Ulixes Od. *M*. 124. *βωστρεῖν δὲ Κραταιὶν μητέρα τῆς Σκύλλης*, filia ipsa *τερατωδεστέραν* significatione, declinatione, accentu. Deus sive dea multipotens per excellentiam nominari potest *κραταίις* vel adjective vel proprie, sicut herba quaedam dicitur *χιλιοδύναμις* Galen. de Simpl. Med. VIII. 29, 106. T. XII. Diosc. Mat. IV. 8, 511. latine *chiliodynama*, sed hujus accusativus foret *κραταίινα*, aut, si forte ad similitudinem nominum *Ἀχαιίς, Πλαταιίς, καλλαΐς*, deflexit, *Κραταιίδα*, vel omisso iota *Κραταΐδα*, sicut Nicomachus scripsit in Phot. Cod. CLXXXVII. 239. Ovidius in sexto casu *Crataide* [11]). Si accentum quaerimus, accusativus *Κράταιιν* (nam vulgo pro nomine proprio accipitur) proparoxytonus est apud Apollonium et Alciphronem I. 18. quemadmodum Schol. Ven. *Λ*. 677. *τὰ εἰς ις λήγοντα καθαρὸν μόνως θηλυκὰ ὀξύνεσθαι θέλει, Κριφηΐς* (scr. *Κιρφηΐς*) *Βρισηΐς· τὸ δὲ Κράταιις ἐπὶ τοῦ κυρίου βεβαρυτονῆσθαι δοκεῖ· τάχα δὲ καὶ τοῦτο πρὸς ἀντιδιαστολήν*, qua quid opus sit, minus intelligo. Nam in *Λ*. 597. ubi loquitur de Sisyphi saxo *ὅτε μέλλοι ἄκρον ὑπερβαλέειν, τότ᾽ ἀποστρέψασκε κραταιίς*, Aristarchus pronunciandum censet *κατὰ συστολήν*, hoc est, ut adverbium simile iis, quae in *ις* breve exeunt, *λικριφίς, ἀμφουδίς*, Ptolemaeus vero interpretatus est *ἡ κραταία δύναμις τοῦ λίθου*. Illi tacite assentitur Theognostus in Crameri Anecd. II. 163. adverbia oxytona in *ις* componens *ἐγκυτίς, σολικρίς, λικριφίς*,

11) Martian. Cap. VI. §. 641. Solin. II. 14. C. *cum Crataide flumine, quae Scyllae mater fuit.*

ἀμφικελεμνίς [12]), αὐτονυχίς, κραταιίς· et Joannes p. 38, 20. τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς εἰς ις λήγοντα ὑπεσταλμένων τῶν διὰ τοῦ δις καὶ κις (scr. αδις καὶ ακις) ὀξύνεται, ἐγκυτίς, ὃ χωρὶς τοῦ σ Καλλίμαχος εἶπεν, λικριφίς, κραταιίς, praetereaque extat homericum ἀμφουδίς, quod Hartungius De casib. p. 242. perperam ab οὖς compositum putat, et huic appositum ἐπιουδίς et utrique assimilatum ἀκροπουδίς v. Anecd. p. 1310. a. Si vero, unde quidque horum natum sit, scrupulosius quaerimus, nullum ita comparatum est ut cum κραταιίς comparari possit; namque pleraque composita sunt, simplicia non plus duo, σολικρίς et λικριφίς, quorum prius prorsus incognitum est (neque audeam στολοκρίς proponere) alterum a λέχρις productum. Sed pro κραταιῶς aliquos dixisse κραταιίς aut omnino esse adverbium ejusmodi, quod ab adjectivis paragogis in αιος, ειος, οιος, derivari possit, his exemplis non adducimur. Neque hoc solum suspiciosum sed etiam illud addubitandum est, num ἀποστρέψασκε pro ὑπέστρεφε homerico more dictum sit. Jam videamus de altera ratione; ὁ Ἀσκαλωνίτης τὸ πλῆρες κραταία ἶς, ᾧ ἐπείσθη ἡ συνήθεια. Quaeritur, quo accentu; num κραταῖ' ἶς, ut Eustathius scribit, controversioso illo χρεῖ' ᾗ subnixus, cui ὀξεῖ' ὀδύναι Il. XI. 272. adjungere poterat, an κραταί' ἶς, ut Schaeferus ad Dion. XX. 280. quorum neutrum satis tutum, sed prius consentaneum est eorum rationi, qui ἃ δεῖλ', κεῖν' ὄχεα, scribebant v. Spitzner. ad Il. V. 104. [13]) neque proparoxytonum si quis praeferet ut πέραια, causam obtinebit, nam hoc, ut significationem, ita accentum accepit substantivi. Restat tertia sententia, quam

---

12) Hujus adjectivum extat apud Hesychium ἀμφικέλεμνος ἀμφοτέρωθεν στηριζόμενον et brevior forma ἀμφίκελος κλίνη, ἑκατέρωθεν ἔχουσα ἀνακλιντήριον, quod perperam sollicitatur. Similis paragoge est nominum τέρεμνος, στερέμνιος, βέλεμνον.

13) Eodem accentu Eur. El. 1077. εἰ μὲν τὰ Τρῶ' ἦν εὐτυχῆ, pro quo recepta est Musgravii emendatio Τρώων εὐτυχοῖ non admodum necessaria. Nam neque enallage modorum inusitata diei potest, neque adjectivum τρωός, ut Matthiae credere videtur, a genere neutro abhorret. Hegelochus fortasse γαλῆν' ὁρῶ pronunciare voluit, non, ut hodie scribitur, γαλήν' —

vetus Paraphrastes prodidit, *δαίμων τις ἰσχυρὸς ὀνόματι Κραταιίς*, Scyllae matrem, ut videtur, eodem devenisse ratus, quo *Centauri Scyllaeque biformes et centumgeminus Briareus ac bellua Lernae, Gorgones, Harpyiaeque* — sed hoc ab Orco homerico alienum. Idem nomen, sed appellativi loco, accepit Hesychius *Κράταιις προπαροξυτονεῖται τὸ κύριον, τὸ δὲ περισπώμενόν* [14]) *ἐστιν ἐπὶ τοῦ Σισύφου προςηγορικόν*, quemadmodum nonnulli pro *καλὴ παῖς* dici posse existimarunt *καλλίπαις*. Sed et hoc a Graecorum consuetudine alienum, ac si ita diceretur, *κραταίις* scribendum foret ut *κολοβόῤῥις*. Itaque, ubicunque vestigium ponimus, salebra est, nec spes evadendi, nisi sollertissimus Odysseae interprés adjumenti aliquid subministraverit. Equidem hoc solum addam: *Ἄνις ὁ ἐστερημένος δυνάμεως* Schol. Lyc. 350. et *νῆϊς ὁ ἐστερημένος δυνάμεως ἢ ὁ ἁπλῶς ἐστερημένος* Moschopul. in Ritschelii Praef. Thom. p. CXXXVI. *νηΐδα* (sic) *ἀσθενῆ* Phot. quasi ab eodem nomine *ἴς* compositum. Quorum prius auctore caret, alterum, quia aliter declinatur atque *ἴς*, rectius a verbo *εἶσαι* repetitur.

Bisyllaborum casus inferiores *χαλκογλώχινος μελίης* Hom. *πυριγλώχινι κεραίῃ* Nonn. I. 295. *πολυγλώχινα κεραίην* Nic. Th. 36. *τριγλώχινες* Galen. de Hippocr. dogm. VI. 6, 548. T. V. de Adm. Anat. VII. 9, 196. T. II. ambigui sunt. Choeroboscus Anecd. p. 1414. *τριγλώχιν πλατυτέρα ἐστὶν ἡ εἰς σ κατάληξις, σπανιωτέρα δὲ ἡ εἰς ν, ὡς παρὰ Σιμωνίδῃ τριγλώχιν ὀϊστός, καὶ παρὰ Καλλιμάχῳ τριγλώχιν νῆσος*, quod et apud Apollonium legitur, *τριγλῶχιν* vitiose ap. Suidan s. h. v. et *τανυγλωχῖνες* Anth. P. VII. n. 443. quod Jacobsius correxit, *πυριγλωχῖνες* Oppian. Cyn. II. 146. *τῆς εὐωδῖνος* Maxim. v. 529. sed saepius proparoxytonum est Aelian. H. Ann. XIII. 5. Nonn. XIII. 187. etc. ut *ἀπειρώδινος* XXVII. 110. *ἀριστώδινος* Anth. Plan. N. 221. P. Silent. Ecphr. Soph. 65. *βαρυώδινος* Nonn. XVI. 74. Suidae adnotatio *Λειπώδινος οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἀλλὰ γενική*, nos traducit ad alteram

14) *Προπερισπώμενον* corrigit Goettlingius de Accent. p. 271. idque ad *κραταῖ' ἴς* refert.

nominativi formam, ἀπειρώδινος ἔχιδνα Epiphan. c. Haer. T. II. p. 101. D. τριγλώχινον τρεῖς ἀκίδας ἔχον Etym. Gud. p. 535. τριγλώχινα τόξα τρίγωνα Suid. δυςωδίνοιογεν ἐ-θλης Epigr. Adesp. CIV. ἀπήρινος ἰχθύς Athen. VII. 299. A. Neutrorum in ῑ exeuntium Aristoteles non plus quam tria novit μέλι, κόμμι, πέπερι Poet. XXI. eorumque unum μέλι graecum perhibent Athen. II. 67. F. et Grammaticus Herm. N. 31, 323. quod et synthesi aptum εὐμέλιτος, εὐμελιτεῖν, μελιτουργεῖν, et parathesi ἀπόμελι, ἐλαιόμελι, μηλόμελι, ὀμφακόμελι, ὀξύμελι etc. Cetera autem, σίνηπι, κῖκι, κόμμι, στάχι, στίμμι, κιννάβαρι, exotica dicuntur Anecd. p. 1208. et βέρβερι Eust. p. 759, 50. qui quum soli μέλι graecam originem concedit p. 846, 50. tacite circumscribere videtur illa quae Theognostus affert Anecd. Cram. II. 79. et 120. κόρι τὸ κορίαννον, quod nonnulli a κόρις denominatum putant, κόμμι, πέπερι, κιννάβαρι, ὅπερ οἱ Ἀττικοὶ τιγγάβαρι φασί, τάγυρι, χνάσμι, κάρι, σέσελι, quae praeter τάγυρι omnia sunt seplasiae vocabula, pleraque nota, exceptis κάρι et χνάσμι, nisi ille ἄκαρι et θλάσπι scripsit; omissa sunt (praeter facticia βλίτυρι et μυσίκαρφι) ἄμμι, κοῦρμι, κῦφι, σίλι, σάκχαρι Arrian. M. Erythr. p. 150. ed Blanc. ζιγγίβερι vel γιγγίβερι Alex. Trall. VII. 7, 338. cappari, quod Graeci aliter appellant κάππαρις ut στίμμις, θλάσπις, πέπερις, κόμμις, ζιγγίβερις, atque propria Κῶφι, Μῶφι Herod. II. 28. Λαγνί Diod. XXXIII. p. 89. T. X. Ἐπιφί etc. quae omnia a nativo μέλι differunt non solum quod a compositione abhorrent, sed etiam eo quod aut indeclinabilia sunt aut aliter declinata. De accentu nihil certi habemus, sed praevalet barytonesis.

§. 4.

Quod de compositione dixi, idem valet de nominibus in ῡν terminatis, quae pauca sunt, Φόρκυν, Πόλτυν, Γόρτυν, μόσυν et τέκτυν[15]), quod aeolicum vocant Arcad. p. 10. et 93. Anecd.

15) Quae Theognostus affert Anecd. Cram. II. 27. Κόλυν et Κάπυν gnota, Κάπυς et Κότυς notissima sunt; Εὐρύκαπυς Apollod. II, 7, 8.

Bekk. 1198. Largius multo prolixiusque fluunt substantiva in ων, de quibus in Comm. Ajacis v. 222. dictum est, parique compositorum multitudine stipata sunt, partim substantivorum *αἰνολέων*, *μυρμηκολέων*, partim adjectivorum *ἀκίων*, *βαρυσκίπων*, *θυμολέων*, *ἰσοπλάτων*, *λευκοβραχίων*, *μακροτένων*, *πολυτρήρων*, *τιλλοπώγων*, *ὑψιτένων*, *φιλολάκων*, *χαλκοπώγων*, *χειροδράκων*. Non ita multa ab adjectivis ducta *ἀείρων* Nicet. in Boissonadii Anecd. T. III. 328. *ἀπίων*, *εὐπίων*, *γαστροπίων*, praeter verbalia, quorum copia maxima, *ἀμνήμων*, *φιλειδήμων* etc. Accentus regulam tradit Arcadius p. 17. a perispomenis et oxytonis composita retinere accentum simplicium, *φιλοξενοφῶν*, *Ἱπποποσειδῶν*, *φιλομακεδών*, *ἱππαλεκτρυών*, nimirum si pluribus constant syllabis, nam quae una aut duabus, retrahunt: *βαθυλείμων*, *ἀχίτων*, *αὐτόχθων*, *ὁπότε μὴ τονικῇ* (scr. *τοπικῇ*) *σχέσει ἥνωται*, *προκοιτών*, *προπυλών*, *προθυρών*, quae ad compendium retulit Etym. M. 805, 56. Regulam sequuntur monosyllabis juncta *παλαίχθων*, *ἱερόχθων*, *ἐλελίχθων* etc. bisyllabis, *εὐάγων*, *φιλάγων*, *μακραίων*, *δολιχαίων*, *βαθυπρήων*, *εὐπρήων*, *μισαλάζων*, *πολυχείμων* Appian. Civ. I. 139. *μονάγκων* et *τετράγκων* machinarum nomina, et, quod adverbii loco dicitur, *ὀπισθάγκωνα* atque *γαλιάγκωνες* Hipp. de Art. p. 155. et 220. Sed idem contra regulam *γαλεαγκῶνες* Aristot. Physign. III. p. 808, 31. et p. 713, 12. *γαλιαγκῶνες* apud Plutarchum aliosque, quos Schneiderus affert in Supplem. Lex. Gr. *γονυαγκών* in cod. Hesychii, *ὑποχθών* in Ed. Stephani Anth. Pal. IX. 755. App. Epigr. Pro *στρατηγίαι δυςάγωνες* Plutarch. Timol. c. XXXVI. Schaeferus Vol. IV. 407. *δυςαγῶνες* legi memorat, quod Heldius silentio praetermittit, idemque Vol. VI. 367. *προαγών* a Corae praeferri adnotat sine ulla aut approbatione aut improbatione, etsi de adjectivis in universum praecipit Arcadius l. c. et substantivum *προάγων* gravari dicit p. 10, 20. sicut alia quae per *ωνος* vel *τος* declinentur. Atque sic illud scribitur Demosth. c. Andr. p. 611, 8. ubi tres codd. *προαγῶνες*, Dionys. Art. Rhet. II. p. 227. Plut. V. Brut. XXXIX. 265. Liban. Decl. p. 267. T. II. Poll. III. 141. Eustath. Opusc. XXIV. 225, 81. Aristid. Or. XXVII. 354. T. I. ubi Dindor-

fius *προαγών* scripsit oxytonon, ut legitur Plat. Legg. VII. 796. D. Diod. XI. 30. XVII. 34. Plutarch. Comp. Thes. c. I. et saepissime *Ἀριστοφάνης ἐν Προαγῶνι* apud Athenaeum et Grammaticos. Tantum de accentu. Variandae autem terminationis quanta Graecis fuerit copia, exemplo est nomen *λειμών*, cujus triplex in compositis forma *βαθύλειμος, εὐλείμων* et *εὐλείμωνος* Strab. VI. 256. ut *μονόκλωνος, τρίκλωνος, λεπτόκλωνος* Paul. Aeg. VII. 3. p. 235, 16. nec aliunde ortum habet comparativus *πολυκλωνότερος* in codd. Aristot. de Plant. I. 7. p. 821, 24. ubi *πολυκλονώτερος* vulgatum, et Theophr. H. Pl. VI. 2, 6. non, ut Lexicographi volunt, a *πολύκλων*, nec puto aliud adjectivum reperiri a *κλών* compositum, nisi quod in H. Pl. VI. 6, 2. pro *ἀκλώνητος* Urbinas *ἄκλων* praebet. *Ἀκρατοκώθωνος*, quod Pollux VI. 25. ex Hyperide affert, nominativus videtur ut *φιλοπλάτωνος* a Suida sine interpretatione propositum atque novitium *τὸ χειρισίφωνον*. Eidemque secundae declinationi adscribam neutra pluralis numeri, *ἤπατα λευκοχίτωνα* Batrachom. 37. *σπέρματα πολυχίτωνα* Theophr. Caus. Pl. V. 18, 2. et quo Hesychius utitur *Μονόλωπα μονοχίτωνα, μονόδερμα*, etsi in masculino et feminino genere praevalet forma brevior, *ἀχίτων, ἑλκεχίτων, λυσιχίτων, χαλκοχίτων* etc. Illa vero nomina, quae per *ονος* declinantur, neutro genere destituta non esse apparet ex Heracl. Alleg. c. 66. p. 197. *τὸ αὐτόχθον καὶ γηγενές·* sed *ἐνοσίχθονι ἀρότρῳ* Euphor. Fr. CXL. 173. inutile ad comprobandum propterea, quod ea quoque adjectiva, quorum nominativus immobilis est, in casibus indiscretis cum substantivis generis neutrius componi possunt; nec magis idonea haec: *αὐτόχθονα ἔθνεα* Herodo. VIII. 73. *αὐτόχθονα γένη* Dicaearch. Descr. Graec. v. 118. *λάχανα τῶν αὐτοχθόνων* Athen. II. 60. B. quia ad secundam declinationem referri patiuntur; nam apud Etym. M. 173, 40. legitur *Αὐτόχθονοι οὐ κατασκευασταὶ ἀλλ' αὐτοκτίσται* (scr. *αὐτόκτιστοι*) et *αὐτόχθονον δόμον* Aesch. Agam. 536. (519.) pro quo Blomfieldius *αὐτόχθονα* scripsit; ac si facilis est utriusque permutatio, tamen a nominibus hujusmodi adjectiva secundae declinationis componi haud negem, *τολύπας ὁλοστη-*

μόνους Poll. VII. 32. ex Sophocle affert, cui Ellendtius Lex. Soph. II. 309. *ὁλοστήμονας* reddendum censet, neque longius distat *ὁλοστήμους* ut *ἀραιόστημος*, *μανόστημος*, *πολύστημος*. Sed *δένδρων εὐκτηδόνων* Theophr. H. Pl. V. 1, 11. nec mutari facile neque ad *εὐκτήδων* referri potest, comparativumque *εὐκτηδονώτερα* Robertus in L. III. 9, 3. pro *εὐκτεανώτερα* substituit; a *κύων* compositum *ἔκκυνος*, unde verbum *ἐκκυνεῖν*, et herbae nomen *ἀπόκυνον*· sed pro *πρόςκυνοι* Athen. VI. 259. A. e codd. successit *πρόςκυνες* vel aptius *πρόκυνες* substantivum *antecanes*, ut *πρωτοκύων*, *ἁπλοκύων*, *ἱπποκύων* Gell. III. 18. *μυιάκυνα ἀναιδῆ* Hesych. *τὸν ψευδόκυνα* Plut. V. Brut. XXXIV. et *Ἡμίκυνες* Hesiodi, nec desunt adjectiva *μισοκύων* Suid. s. *Ἑρμαγόρας* et *φιλόκυνες* Plat. Lys. 212. D. Ocell. 14, 49. Praepositiones si haec nomina asciscunt, mobilia fieri solent: *διαιώνιος*, *ἐξαγώνιος*, *περιβραχιόνιος*, *ἐγχθόνιος*, *μεταχθόνιος*, *ὑπερχθόνιος* Maneth. II. 26. Sed pro *αὐτοχθόνιον* Harpocr. s. *Λεύκη* nunc *χθόνιον* editum. Verbo tangam solitaria illa, quorum forma simplex non extat, *ἀμφικτίονες* et *περικτίονες*, quae nescio an a verbo *κτίω* eodem modo producta sint, quo *πρίων* a *πρίω*, *κύων* a *κύω*, et composita *ἰθυκτίων* et *ἰθυπτίων* a *κτέω*, unde *κτείς* et *κτηδών*, atque *πτέω* (*πέτομαι*) unde *πτερόν* et *πτίλον*. Licuit, opinor, *περικτίς*, *ἰθυκτίς*, *ἰθυπτήν*, dicere, sed non placuit.

§. 5.

Adjectivorum, quae modo percurrimus, motio certis continetur finibus. Plurima sunt neutra in *εν* et *ον*, *σκιόεν*, *χάριεν*, *πέπον*, *ἔθνη γείτονα* Appian. Civ. I. 93. *ἄλσους γείτονος* Achill. Tat. I. 2, 20. maximeque composita in *μον*, *τὸ εὔδαιμον*, *τὸ εὔγνωμον*, *τὰ πολυσχήμονα* Stob. Ecl. I. 356. *νεκρὰ καὶ ἀπνεύμονα* Simplic. in Ausc. II. 63, b. *σπέρματα ἀτεράμονα* Poll. I. 223. quibus notabilius est Plat. Tim. p. 91. E. *τοῖς περὶ τὰ στήθη ψυχῆς ἡγεμόσι μέρεσι*. In *ων* ea, quae atticae adscripta sunt declinationi, *τὸ ἀνώγεων*, *τὸ εὔχρων*. Cetera excludit Theognosti canon Anecd. Cram. II. 27. *εἰς ην*, *ιν*, *ης*, *ις ἐν οὐδετέρῳ γένει ἐπὶ ἑνικῆς εὐ-*

θείας ἢ πληθυντικῆς οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, quae paulo locupletiora et emendatiora leguntur p. 79. (Anecd. Bekk. p. 1383. b.) *εἰς ων οὐδέτερον μονογενὲς ἢ εἰς ην ἢ εἰς αν ἢ εἰς εν ἢ εἰς ιν ἢ εἰς υν οὐκ ἔστιν εὑρεῖν· τὸ γὰρ ἰθύτρην παρὰ Δημοκρίτῳ βεβίασται· οὕτως Ἡρωδιανός*. Hic vero quum de substantivis loquutus sit, pro *ἰθύτρην*, quod prius pro *ἰθύτρητον* accepi, aliud anquiri oportet exemplum proposito aptius. Sed et adjectiva in *αν, ην, ιν* et *υν* nominibus neutrius generis adjungere inconcessum praeterquam in iis casibus, qui omnium generum communes sunt, *λασιαύχενος ἄντρου* Theocr. Epigr. V. *πεζοῖς τε καὶ ἀπτῆσι ζωοῖς* Plat. Polit. 276. A. sed quod in Adn. ad Aj. p. 271. Ed. Pr. protuli ex Eueni Epigr. XIII. *ἀπτῆσιν τέκεσιν*, ea est Brunckii emendatio non admodum necessaria. *Τριγλώχινι τριγώνῳ* Nonn. VI. 123. *ἀκοντίῳ τριγλώχινι* Appian. Civ. II. 82, 821. *ἄορι τριγλώχινι* Callim. Del. 15. quanquam hoc ambiguum reddit Hesychii glossa *Ἄορας ξίφη, ἀρσενικῶς*. Sed *βέλη τὰ μὲν γλωχινωτά, τὰ δὲ τριγλώχινα* Paul. Aeg. VI. c. 88. et *τριγλώχινα τόξα, τρίγωνα* Suid. ut *τετράγωνα βέλη τὰ τέσσαρας ἔχοντα γλωχῖνας* Galen. Gloss. p. 578. ad secundam declinationem referri possunt. Simplicis exemplum praebet Themistius Or. XXVII. 332. D. *ἐν ἀφανεῖ χωρίῳ οὐδὲ ἡμέρῳ καὶ ἕλληνι*, qui *ἑλληνικῷ* scribere poterat, ut Thucydides VII. 60, 2. *χωρίου ἑλληνικοῦ*, vel ut Philippus Anth. Pal. VII. n. 385. *ἑλλαδικοῦ δόρατος*, et majore etiam necessitate adactus Xenophanes Fragm. XXII. 75. *γένος ἑλλαδικόν*.

CAP. II.

De nominibus in ρ exeuntibus.

§. 1.

Hanc regionem ingredienti primum occurrunt nomina in *αρ*, quae in septem genera dispertit Theognostus T. II. 79. primum *τὰ διὰ τοῦ εαρ δισύλλαβα, ἔαρ, κέαρ, φρέαρ, στέαρ, κτέαρ, οἷς ἀκόλουθον καὶ τὸ δέλεαρ, ὄνειαρ, ἄλειαρ·* omissis *ἄλεαρ (ἀλεωρή), δέαρ, ὕφεαρ, εἶαρ, ἄλειφαρ*. Secundum disyllaba complectitur, quae duas consonas in epiploce habent, quae rara esse dicit: *ἔστι δὲ τέκμαρ, ἔχθαρ, νέκταρ*. Ter-

tium ea, quorum penultimam finit vocalis brevis, ultimam orditur consona: *πέπαρ, σθέναρ, νόαρ, ὄναρ*, quibus desunt *ἔδαρ* sive *εἶδαρ*, *θέναρ*, nisi mendose scriptum est *σθέναρ*, quod certe sumendum de tertio *νόαρ*. Quarto loco: *δισύλλαβα ἐνὶ τῶν φύσει μακρῶν παραληγόμενα σπάνιά ἐστιν. Ἔστι γὰρ τὸ ἧπαρ, ἦμαρ, νῶκαρ, μῶμαρ,* sed oblitus est similium *κῆδαρ, μῆχαρ, κάρηαρ* et *λῶφαρ*. Quinto *τῷ ῡ παραληγόμενα τρία ἐστίν, ὕπαρ, πῦαρ, σῦφαρ*, quibus aliunde accedunt *κύαρ, μύθαρ, λῦμαρ* et *μῦμαρ*, quod pro *μῶμαρ* valet. Sexto *τῷ ῑ παραληγόμενα δύο πῖαρ καὶ ἶλαρ*, pro quo *ἶχαρ* substituendum videtur; praetermissa sunt *βλίαρ φύλλον συκῆς* Suid. et *σκίναρ*, quod Scholiasta Nicandri Ther. 694. dupliciter interpretatur *ἢ τὸ γέννημα παρὰ τὸ σκιρτᾷν, ἢ τὸ σῶμα καὶ σκῆνος (τῆς γαλῆς)*. Septimo: *τῇ ει παραληγόμενα σπάνιά ἐστιν, εἶδαρ, φρεῖαρ, σπεῖαρ, μήποτε ἐν πλεονασμῷ τοῦ ι.* Deest *πεῖραρ*, quod unum in *ραρ* terminari docet Herodianus *π. Μον.* p. 30, 10. et *δεῖλαρ* i. q. *δέλεαρ*. Desunt quae alias diphthongos in penultima habent, *καῖαρ* et *οὖθαρ*, et quae consonas in diastasi, *ἄνταρ, ἄλκαρ, ἴκμαρ νοτίς* Hesych. *σάκχαρ*, quod et *σάχαρ* scribitur Paul. Aeg. VII. 247. sed praeteriri potuit ut peregrinum aut affectum ut bacchar, cappar, calpar (*κάλπη*), *μάρμαρ στερεόν* Hesych. [1]) *ἄσαρ* Alex. Trall. VIII. 2, 392. Illorum vero canones excidisse videntur incuria excerpentium. Sed *ὄνιαρ* quod Vossius posuit in H. H. in Cer. 269. analogiae repugnat non minus quam verbum, a quo illud repetit, *ὀνίω*· neque hoc opus erat ad propagandum *ὀνίσκω* et *ὀνίνημι*, quorum illud figuratum est ut *γαμίσκω*, hoc ab *ὀνίνω* profectum, cujus formatio apparet in *ἀλίνω, ὀρίνω* et *ἀγινῶ*. De prosodia non solum neutralium sed etiam masculinorum et femininorum brevis est praeceptio: *τὰ εἰς αρ βαρύνεται* Arcad. p. 19, 14. *τὰ εἰς αρ συστέλλει τὸ α, δάμαρ, θέναρ, σάμαρ, πάπαρ*·[2]) *Ἀττικοὶ δὲ ἐκτείνουσι τὸ στέαρ καὶ φρέαρ*

---

1) Id extra seriem post *μαρμαρόεντα* legitur nec minus suspectum quam alia ejusdem glossemata *Μίναρ χορδή, Μοῦρταρ πῖλος* etc.

2) Haec duo in Regg. Pros. N. 80, 438. omissa sunt; postremum

Drac. p. 95, 6. De genere quod affirmat Theodosius Gramm. p. 103, 15.: *εἰς αρ οὐχ εὕρηται λῆγον ὄνομα ἀρσενικὸν ἑλληνικόν*, verum est, si intelligitur *μόνως ἀρσενικόν*. Nam gentilicia *οἱ Τάλαρες* Strab. IX. 433. *οἱ Μᾶρες* Steph. pluralia tantum sunt et peregrina, sicut nomina fluviorum, *Νάρ, Αὖσαρ* (Aesar), *Σίσαρ*, *Ἄραρ*, quod masculinum esse Herodianus *π. Μον.* p. 30. comprobat dativo heteroclito *Ἀράρῳ*. Choeroboscus in Anecd. Bekk. p. 1322. b. *Ἄναρ*, *Ἄναρος, Γαλατίας ποταμός*, a quo urbs Galatiae *Ἄναρος* nomen accepit. De piscis nomine *ἴκταρ* sive *ἴκταρ* Athen. VII. 329. Eustathius p. 1936, 15. dubitat masculinum sit an femininum an neutrum, sed videtur masculinum esse ut *salar*, quia ut ipse dicit, *ἡ βυζάντιος παραφθορὰ κτάρας τὰ τοιαῦτα λέγει*, pro *ἴκταρας* puto; et quod Hesychius refert *Κτάρα ἰχθύς* et *Ἰκτάρα* (*ἴκταρα*) *ἰχθύς*, fortasse accusativus potius est, quam ut Schweighaeuserus putavit, nominativus cf. Schneider. ad Aristot. T. III. 464. illud vero, quod veteres Hippocratis interpretes afferunt, *ἴκταρ τὸ τῆς γυναικὸς αἰδοῖον*, jam diu evanuit. Nec satis explorata, quae Suidas incertum unde enotavit *Νῶκαρ ὁ δυσκίνητος* et *Μῶμαρ ὁ μωρος*, ut Festus ait *Momar Siculi stultum* vocant, substantiva esse videntur generis neutrius, qualia in Dissert. V. §. 3. attuli *φθόρος, ὄλεθρος, ἔλεγχος, ὄνειδος*, scelus, ab actionibus ad homines translata, neque aliter accipiuntur a Schol. Lyc. 1134. *μῶμαρ ὡς εἶδαρ, ἄλκαρ, εἶλαρ*, Hesychius *Μῦμαρ αἶσχος*, et Etym. M. 491, 35. *λέγει Ἡρωδιανός, ὅτι τὰ εἰς αρ οὐδέτερα παραληγόμενα τῷ ω ἄκλιτά εἰσι, μῶμαρ ὁ μέγας* (Schleusnerus recte *μῶμος*), *νῶκαρ ἡ στέρησις τῆς ψυχῆς*, compositum scilicet ex *νοῦς* et *κάρος*, sed videtur potius cognatum esse cum *νωχελής*. Ad idem genus substantivorum referendam puto Suidae glossam *Κνίσαρ ὁ ξύρος* scrib. *ὁ ξηρός* ut Zonaras, id est vietus, exoletus, *κατερρυσωμένος*, quem Sophro Etym. M. 737, 1. *ξύσιλον* vocat et *σῦφαρ*[3]) a verbo

idem est, quod apud Theognostum scribitur *πέπαρ*, fortasse pro *σκέπαρ*. Quod Hesychius affert *Πόπαρ πατὴρ καὶ πατρὸς πατήρ*, compendio scripturae ex *πραπάτωρ* corruptum putant.

3) *Ῥικνὸν σῦφαρ* Callim. Fr. XLIX. latinum *suber*, quod vulgo a

κνίζω, unde nomen ducitur eodem intellectu *κνίζη* (fort. *κνιζή*) *τις ἤδη καὶ πέπειρα γίνομαι* Anacr. Fragm. XLV. quod Etym. M. p. 523, 10. cum *κνύζα*, *κνύω*, confert. Proprie igitur *κνίσαρ* significat *ῥύσημα*, generisque neutrius est. *Ὄαρ* ut *συνήορος* ab *ἀέρω* ductum Eustathius p. 754, 26. duorum generum esse et de marito quoque dici affirmat. De duobus, quae restant, Photius Cod. CCLXXIX. 866. affert Helladii judicium, *ἡ μάκαρ, φησί, μονήρης ἐστὶ λέξις καὶ ἐν τοῖς θηλυκοῖς τὸ δάμαρ*, cujus obsoletior forma *δόμορτις* apud Hesychium remanet. Jam expositis nominum in *αρ* exeuntium exemplis, quotquot reperiri potuerunt, consequens est ut de compositione dicam. Quum autem magna pars horum nominum indeclinabilis sit, eorum vero, quae declinantur, pleraque in genitivo pro rho ex affini terminatione *ας* susceperint literam tau v. Anecd. Bekk. p. 1174. non mirandum est, compositorum esse numerum exiguum, *δύςδαμαρ*, *πάμμακαρ*, *ὀπισθέναρ* et *ὑποθέναρ*, quae ap. Galen. Isagog. X. 704. T. XIV. Ruf. Eph. de Part. p. 38. Poll. II. 143. IX. 126. paroxytona sunt propterea, puto, quia haec est parathesis potius quam synthesis, eandemque ob causam non repugnat regulae, quae neutra excludit Schol. Il. *A*. 53. *ἐννῆμαρ ἐχρῆν προπαροξύνειν, ἀλλ' ὁ τόνος παρηλλάγη, ἐπεὶ καὶ ξένη ἡ σύνθεσις· οὐδὲν γὰρ τῶν εἰς αρ συνετέθη οὐδετέρων*. Quumque simplex declinetur per *ρ*, *τοῦ θέναρος* Galen. de Us. Part. I. 17, 54. T. III. et II. 3. 93. *τοῖς θέναρσιν* II. 9, 127. Oribas. de Luxat. V. 142. ed. Cocch. tamen apud Hesychium *Παραιθέματα* (sic) *τὰ παρὰ τὸ θέναρ*, rescribunt *παραιθένατα*. Postremo in versu homerico *ἐν καρὸς αἴσῃ* nonnulli *ἔγκαρος* scripserunt, eumque genitivum esse *τοῦ ἔγκαρ*, pro quo usitatius dici *ὁ ἔγκαρος* v. Eustath. p. 757, 35. qui cum his parum apte simplicia *μάρτυρος* et *ἀλάστορος* contendit. Isque nominis flexus ad componendum habilior. A gentilicio *Κάρ* compositum *Ἐπίκαρος* affert Strabo VIII. 374. *ἡ Ἐπίδαυρος ἐκαλεῖτο Ἐπίκαρος· φησὶ γὰρ Ἀριστοτέλης κατασχεῖν αὐτὴν Κᾶρας*. *Βώ-*

---

suo repetunt, ut a creo creber, *κλέω* cluo celeber v. Scaliger. Conject. in Varron. p. 57. ed. Bip.

καρος dicebatur fluvius Salaminius, quod nomen idem recte interpretatur βουκέφαλος v. Interpp. ad Lyc. 451. ut vulgo fluvii fingi solent ταυρόκρανοι. Simplicia vero ipsa ad secundam declinationem translata esse non constat; nam quod Suidas tradit anadromae exemplum, ὑπὲρ θέναρος παρ' Ὁμήρῳ ἐσχημάτισται ὡς πέλαγος οὐδετέρως, commenticium est. Sed compositorum non una forma: ἀμφικαρής Nicand. cf. Schol. Odyss. *P*. 231. δικραής, δικέφαλος Lex. rhet. Eustathii p. 947, 28. quanquam haec ad alios nominativos referri possunt; πανείδατος, λευκοστέατος, λευκηπατίας, πανημάτιος, ὑπουθάτιος, δυςδάμαρτος. Adjectivi, quod in αρ terminatur, unici genus neutrum reperitur in obliquis casibus, μακάρων ἐτέων Anth. Pal. IX. n. 424. μακάρων τεκέων Διός Nonn. XXI. 261. nisi hoc synesis nomine excusandum, illud, ut Brunckio visum, cum μακρῶν commutandum aut utrumque a nominativo μάκαρος ductum est, qui saepius legitur in inscriptionibus v. Boeckh T. I. 449. b. Comparationis exempla perpauca sunt μακάρτατος et ἐάρτατος, nec multa derivationis τεκμαίρεσθαι, ἐαρίζειν, μακαρίζειν, μυμαρίζειν Hesych.

§. 2.

In ερ nulla vocum graecarum exit, quae quidem in communem usum receptae sunt; γέντερ laconicum est, κέστερ νεανίας Hesych. si mendo caret, argivum; pro Ἥσιχερ jam alii scripserunt ἤσίχηρ aeolicum; peregre allata sunt proprium Μάκερ Plut. V. Cic. IX. et appellativa μάκερ, τοῦ μάκερος Galen. de Simpl. Med. Fac. VII. 12, 66. Diosc. Mat. I. 110. quod et μάκειρ dicitur Arrian. M. Erythr. p. 148. ut latine *macir*, λάσερ, ζίγγιβερ. — Τὰ εἰς ειρ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ἀσυνήθη μέν, βαρύνεται δέ, Βέχειρ, Σάπειρ, Ἐλεάζειρ, Λίγειρ, ἐλάτειρ Arcad. p. 20. quorum quatuor prima a Stephano s. Βέχειρ et Etym. M. 107, 36. afferuntur; pro postremo reponendum videtur alterutrum eorum, quae Etym. adjungit: εἰνάτειρ, Ἐλάτειρ ποταμός· neque tamen obliviscendum, horum prius, cujus numerus singularis non reperitur, ab Herodiano aliisque Grammaticorum, quos Goettlingius no-

minat De Accent. p. 250. *εἰνάτηρ* scribi ut cetera *συγγενικά*. Pro *Ἐλεάζειρ* apud Theognostum II. 41. rectius *Ἀλάζειρ* legitur sumtum ex Herod. IV. 164. ubi nomen regis Barcaei vulgo *Ἀλάζιρ* scribitur, in codd. *Ἀλαζείρ*, *Ἀλαζήρ* et *Ἀλιζάρ*. His adnumeranda sunt *γίζειρ* exoticum Arrian. M. Erythr. p. 149. et *ἔθειρ* ab Etym. allatum, praeter quod nullum est, quod cum aliis orationis partibus copulari possit; ac ne monosyllaba quidem, quae supra recensui, ad hunc usum apta praeter unum *χείρ*. Hinc primum pendet *ἀντίχειρ*, quod adjectivum est *ἀντίχερσι βόμβοις* Athen. XIV. 636. A. sed plerumque substantive dicitur *ἀντίχειρ ὁ ὅλῃ τῇ χειρὶ ἴσον δυνάμενος* Galen. Isag. X. 704. et *ὁ κοινῶς λεγόμενος καρπόχειρ* Eustath. p. 1072, 38. tum adjectivorum numerosa prosapia *ἀδικόχειρ*, *ἀρτίχειρ*, *αὐτόχειρ*, *ἑξάχειρ*, *εὔχειρ*, *καλλίχειρ*, *καρτερόχειρ*, *μονόχειρ*, *ὀξύχειρ*, *ταχύχειρ*, *τετράχειρ*. Cum forma significationem mutarunt *δυσχερής* et *εὐχέρης*, sed reperitur etiam *ἀχειρέες* Batrachom. 300. pro *ἄχειρες*, nec mota est controversia; sed *ἀχέρης* Theognost. Cram. II. 43, 34. non minus suspectum quam proxima, *ἀχέλης* et *ὑπέρης*, quorum omnium medicinam ancipitem reddit multitudo remediorum, sed accentus nomina propria indicare videtur *Ἀμέλης*, *Ἀκέλης*, *Ὑπέρης*, quae in Etym. M. p. 81. et Anecd. p. 1189. conjunguntur, a Theognosto confusa cum adjectivis *εὐμενής*, *ὑψικέρης*, *ἀφελής*. Quae vero ad secundam transmigrarunt declinationem, Grammatici in exiguum compellunt gyrum. Schol. Lips. ad Il. I. 402. *ἑκατόγχειρον* (*ἀντὶ τοῦ*) *ἑκατόγχειρα αἰολικῶς*. Suidas *Ἄχειρος κατὰ μεταπλασμόν*, sive illos scholae duxit consuetudo sive insolentiae cujusdam odor. Ac certe vocabula hujus notae non admodum pervulgata fuisse declarat exemplorum, quae hodie restant, paucitas: *τετράχειρος* Apollinis epitheton ap. Hesych. s. *Κουρίδιον*, quem Libanius Decl. T. I. 340. *τετράχειρα* vocat; *δεξιόχειρος* a Scholiastis lectum in Soph. Ant. 140. *ὀξύχειρος* quod unus cod. praebet Lys. Or. IV. 101, 8. *ἠπιόχειρος ὑγεία*, quod hymnorum Orphicorum scriptori concedi potest; sed Athen. XI. 471. D. *κύλικα-ὑπεραφρίζουσαν παρὰ κωθωνόχειρον*, haud scio an praestet *ὑπεραφρ. κάρα*, *κωθωνόχειλον*. Praeterea ad hanc declinationem

commodissime refertur ἀραξίχειρα τύμπανα Anth. Pal. VII. n. 94. nàm quod Sophocles admisit in pari casu Ant. 172. αὐτόχειρι σὺν μιάσματι, minus licet in imparibus. Et quae a praepositionibus ordiuntur πρόχειρος, περίχειρος, quibus suspectius est πρόςχερος, nec sustentatur exemplo latini *macrocherus*. Ἐπίχειρ semel legitur nec sine suspicione Poll. II. 148. quo non qui manus admovet significari videtur, sed qui ad manus est ut ὑπόχειρ, quod Hermannus Sophocli tribuit El. 1092. Vulgo autem adjectiva cum praepositionibus consociata retinent formam simplicis: καταχείριος, μεταχείριος, quibus se intermiscet αὐτοχείριος (occisor) Schol. Eur. Med. 1269. ut αὐτοχθόνιος, quod supra attigi. — Ex bisyllabis huc referendum χρυσοέθειρ παρ' Ἀρχιλόχῳ (Fr. LXXI. 184.) συγκέκοπται ἐκ τοῦ χρυσοέθειρος Steph. s. Βέχειρ, nos vero spreto syncopae auxilio a nominativo ἔθειρ compositum dicimus, cujus idoneos habemus testes; indidemque fluxerunt obliqui: ὀξυέθειρος ἀκάνθης Nonn. XX. 25. χρυσοέθειρα Θέτιν in cantico Heliod. III. 2. v. Corais p. 378. ὀξυέθειρας ἀκάνθας Nonn. XIV. 368. quae sunt generis communis, et propria feminini terminatio λυσιέθειρα κούρη XIX. 329. XXI. 77. XXXIV. 166. XLV. 48. ὀξυέθειρα καρίς Joann. Ecphr. v. 454. ἡ καλλιέθειρα Nonn. Paraphr. XI. 4. ἡ εὐέθειρα Anacr. Fragm. XLIV. ἡ τανυέθειρα Pind. Ol. II. 46. ἡ χρυσοέθειρα Maxim. v. 95. quae a masculino χρυσοέθειρ etc. ut modo dixi, derivari possunt, ut a μάκαρ μάκαιρα, a δαήρ δάειρα, a σωτήρ σώτειρα. Quorum si nulli masculinum in ειρ praestructum est[4]), id summa hujus terminationis raritate excusatum videtur. Hanc autem viam detrectantibus patet alia, ut speciem simplicis nominis ἔθειρα in compositione retentam dicamus, quemadmodum κυανόπεζα, πηξιθάλαττα, hisque similia a simplicibus composita esse ostendimus in Dissert. de Feminn. Mot. Ἱλάειρα lunae epitheton, quod Plutarchus ab ἱλαρός, Sturzius ad Emped. p. 609. ab ἱλαήρ vel ἱλάωρ arcessit, mihi ab εἴρ λαμπηδών compositum videtur,

4) Boeotos μήτειρ, πάτειρ, dicere testatur Theognostus Anecd. Cram. T. II. 41.

quod et lunae convenit et Leucippidi, cujus soror *Φοίβη* nominata est. Si qua tamen est de antiquitate illius substantivi dubitatio, ab *ἱλάω* liberiore quadam ratione *ἱλάειρα* productum dicemus, ut a *μέμφομαι μέμφειρα ἡ μέμψις*, a *πρέσβα πρέσβειρα*, a *πίων* (*πῖαρ*) *πίειρα*, a *πέπων πέπειρα* Drac. p. 79, 20. a *μάσσω μάγειρος pistor*.

§. 3.

Arcadius p. 20, 7. *τὰ εἰς ηρ ὀξύτονα φυλάττοντα τὸ η κατὰ τὴν γενικὴν φυλάττει καὶ τὸν τόνον ἐν τῇ συνθέσει, ἁμαλλοδετήρ, ὀβολοστατήρ· τὸ μέντοι ἀνήρ, διπάνηρ* (sic), *δαήρ, πολυδάηρ, πατήρ, αἰνοπάτηρ, ὡς μὴ φυλάττοντα βαρύνεται*[5]), quibus adjungit *ἐρίηρ, πάνθηρ* et *σατυρόφηρ*. Pro illo *πανθήρ* editum Aristot. H. Ann. VI. 35. p. 580, 25. ubi unus Vat. paroxytonum exhibet ut vulgo scribitur apud Xenophontem, Athenaeum, Diod. III. 34. Dion. Cass. LXXVI. 1. Poll. V. 88. *λυκοπάνθηρες* Etym. Gud. p. 268, 3. *τῶν λυκοπανθήρων* Eust. p. 856, 51. hisque conveniunt reliqua *ἡμίθηρ* Apollod. I. 6, 3. Philostr. Jun. Icon. IV. 863. unde Lexicographi nostri incaute *ἡμιθήρ* retulerunt, *μιξόθηρ, ὀλεσίθηρ*, quod Valckenarius Euripidi restituit Phoenn. 689. *ἀνδροφῆρες* alii Hesychio, ex aequalibus compositum ut *λυκοπάνθηρες*, eodemque accentu. Plura secundae adhaeserunt declinationi *εὔθηρος* (*καὶ εὔιχθυς*) Aristid. XVII. 250. *ἄθηρος, πολύθηρος, μιξόθηρος* Themist. XXIII. 284. A. quam formam Pollux V. 13. orationi convenientissimam judicat. Hinc pendet neutrum *τὸ ἄθηρον* Plut. de Soll. Anim. XXXII. 194. T. XII. et superlativus *πολυθηρότατον νάπος* Eur. Phoenn. 802. *Ἔγκηρος* et *ἐπίκηρος* hanc unam formam habent, nec minus fixum *ἀκήριος*, cui *πολυκήριος* accommodatum est. A verbali *στατήρ* adjectiva proficiscuntur *δεκαστάτηρος, τετραστάτηρος*, sed simplicium flexum sequuntur

---

5) Quae antecedunt *τὰ εἰς ηρ ἐθνικὰ ἢ κύρια - βαρύνονται Ἴβηρ, ἀνίβηρ, δόμηρ*—sic scribi oportet *Ἰλλίβηρ* v. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. P. II. 408. vel *Κελτίβηρ*, et *Δόβηρ*. Omissum et *Λείγηρ* Ligeris Polyb. XXXIV. 10, 6. nisi ille potius *Λίγειρ* scripsit.

substantiva ὀβολοστατήρ, βοοδμητήρ, σωματοφρουρητήρ etc. cum gentilicio Κελτίβηρ. Ab his, quae vocalem nominativi corripiunt, unum est compositum μελανάθηρ, quod Niclasius scite restituit Hesychio ad Geopp. III. 3, 11. cetera aliorsum vergunt, εὐάερος, εὐαέριος, ἐνάερος, ὑπαέριος, ἐναιθέριος, ἀνάστερος, ἑλικάστερος, διάστερος, ἐξάστερος, ἰσάστερος, ἑπτάστερος, πανάστερος Tzetz. Posth. 58. quorum ad similitudinem in Agloph. p. 462. revocavi vitiosum πολυάστηρ a Schaefero ad Dion. p. 200. commendatum. A γαστήρ vero dissimilia oriuntur: συρόγαστρος, πρόγαστρος, ἐγγάστριος, ἑτερογάστριος, ὀγάστριος, quod et ὁμογάστωρ dicitur ut εὐρυγάστωρ, πλατυγάστωρ, συργάστωρ, ὑδρογάστωρ· sed cur Schneiderus πιθογάστωρ analogiae convenientius duceret quam πιθόγαστρος, causa nulla erat. Haec est solita nominum formatio, quae dativum in ασι mittunt, κένανδρος, ἔλανδρος, μόνανδρος, ἡμίανδρος, Τίμανδρος, quorum feminina maximam partem propria sunt Τιμάνδρα Paus. VIII. 5. Athen. XII. 535. D. Anton. Lib. c. V. Ἡγησάνδρα Schol. Od. IV. 22. Σωσάνδρα Lucian. Imagg. §. 4. Ἀναξάνδρα Clem. Strom. IV, 19, 619. Δαμασάνδρα Athen. XIII. 574. E. Νικάνδρη Parthen. XXVII. et homericum Κασάνδρη, quibus redarguitur mendosa notatio Ἀλέξανδρα in Epigr. App. N. 287. et Κάσανδρα Eur. Andr. 298. cf. Spitzner. de Vers. her. p. 267.[6]) perpauca appellativa ἀναρπαξάνδρα Aesch. Sept. 776. quod Blomfieldio paene barbarum videbatur, στελλάνδρα ἡ κόρη Hesych. ἀλεξάνδρα herba, quae et ἀλεξάνδρεια dicitur Steph. non ab Alexandro magno, reor, sed ex etymo, ἐψάνδρα in

6) Pro σκολοπένδρα Aristot. H. Ann. II. 10. (14.) 2. Bekkerus p. 505, 13. et Jacobsius in Aelian. H. Ann. XI. 23. substituerunt proparoxytonum, quod saepissime legitur et in his libris et alibi v. II. 14. (10.) IV. 1. 3. IX. 25. (37.) 4. Theophr. de Ign. c. 60. Aelian. H. Ann. XII. 35. Artemid. II. 13, 164. Athen. p, 304. F. Geopp. XIII. 14, 8. et continetur Grammaticorum praecepto v. Spitzner. Prosod. p. 17. qui quum sola Τάναγρα et σκολόπενδρα ex lege excipiunt, tacite reprobant σαλαμάνδρα Galen. de Temp. III. 4, 674. T. I. Gregor. Carm. III. 66. A. quod proparoxytonon est Arist. H. A. V. 19, 3. Paul. Aeg. V. 33. 169. Geopp. XV. 1. 34. Anecd. 261, 23. etc.

Ara Dosiadae, quod perperam proparoxytonos scribitur sicut ipsum ἀναρπάξανδρα Eustath. Opusc. XXIV. 216, 94. Legitimum hujus generis accentum habent Σωσιπάτρα Eunap. V. Aedes. p. 32. Τηλεπάτρα Schol. Od. K. 6. Κλεοπάτρα etc. et appellativa ὀβριμοπάτρα, ὀρτυγομήτρα, νεφρομήτρα etc. Tertiam terminationem peperit trope vocalis, ἀντήνωρ, εὐήνωρ, μεγαλήνωρ, ῥηξήνωρ, ὑψήνωρ. Cum κέναvδρος congruunt τρίπατρος, ὄπατρος, χρυσόπατρος, Ἀντίπατρος, quod Arcadius p. 87. cum ἀλίμενος, δίμηνος, ἀθέμιτος, confert ut a genitivo compositum; cum ἀντήνωρ vero λιποπάτωρ, ἐπιπάτωρ, μητροπάτωρ, ψευδοπάτωρ, τριπάτωρ Orionis epitheton Nonn. XIII. 99. A matris nomine nullum est, quod priori respondeat terminationi; nam ἔμμητρος et περίμητρος ad μήτρα pertinent ut ὑπομήτριος· plurima autem quae secundae, ἀμήτωρ, ἑτερομήτωρ, μουσομήτωρ, παλαιομήτωρ, σιδηρομήτωρ, φιλομήτωρ [7]). Tertia est in ιος, ὁμοπάτριος, ὁμομήτριος, a quibus πατροπάτωρ, μητροπάτωρ· hisque similia differunt non solum quod substantiva sed etiam, ut Pollux judicat III. 23. poetis propiora sunt; adjectivis autem duplex forma concessa est, ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ Plat. Legg. XI. 924. E. ἀδελφὸς ὁμοπάτωρ καὶ ὁμομήτριος p. 925. E. ὁμοπάτριοι καὶ ὁμομήτριοι Lys. c. Diog. p. 894. ἀδελφὴ ὁμομητρία Aristoph. Nubb. 1372. ὁμοπάτωρ καὶ ὁμομήτωρ Plut. de Frat. Am. VIII. 45. T. X. [8]) Ad exitum simplicis nulli reditus datur praeterquam proprio Δημήτηρ et facticiis illis ὦ πάτερ, αἰνόπατερ Aeschyl. μῆτερ ἐμή, δύςμητερ Hom. et Nonn. XLVI. 194. pro quo licet idem μῆτερ ἀμήτωρ dixerit XLVIII. 803. ut et Sophocles El. 1154. tamen illa substantiva esse approbant alia parathesis liberioris exempla: Αἰνελένη, Πτωχελένη, Κορωνεκάβη, Κακοΐλιος, Δύςπαρις, Ἄϊρος, Ἀδικαίαρχος, Diespiter, Marspiter, collata cum Liber

7) Θεομήτωρ a Christianis S. Maria, ab exteris Rhea cognominatur Nonn. XXV. 334. Pro θεομήτορα κόσμον Maneth. IV. 7. θεομήστορα scribendum.

8) V. Schaefer. ad Simonid. II. 12. p. 129. qui non negabit tamen, avitam dignitatem adjective τιμὴν προπάτορα dici posse.

pater et cacosyntheto *omnipater*; αὐτομήτηρ vero ita demum probari potest, si dicitur ut Αὐτοθαΐς. Sed Σκυθόμητρες Tzetz. Anteh. v. 22. εὐπατέρων Gregor. Carm. LII. 126. D. ὀβριμοπάτηρ ὁ ἰσχυρὸν πατέρα ἔχων Hesych. κοσμοπάτηρ aliaque ad Phryn. p. 659. allata aut librariorum correctorumque inscitiae inscribenda sunt aut consuetudini adulterinae, quam subsequens Eustathius p. 1681, 18. femininum εὐπατέρεια[9]) repetit a genitivo τοῦ εὐπάτερος. Quid vero impedit, quominus illud a recto ὁ εὔπατρος proserpsisse credatur ut ὠκυλόχεια, quod Schneiderus incommode ad ὠκυλοχής refert, ἀμαλλοτόκεια Joann. Ecphr. 390. quod plane omittit, εὐρυόδεια, cui nonnulli spiritum lenem inseruerunt tanquam si simplex esset Schol. Ven. Π. 635. Ab εὐπατέρειος autem, quod Dorvillius ad Char. p. 562. ex Apostolio profert, repeti vetat prosodia. Tertia species est εὐπάτειρα διὰ τῆς ει τῷ λόγῳ τῶν διὰ τοῦ ειρα Etym. Gud. p. 220. quae apparet in proprio Καλλιπάτειρα Paus. V. 6, 5. Schol. Pind. Argum. Ol. VII. et in affinibus, ἀντιάνειρα; βωτιάνειρα, ἐννεάνειρα, quod Arato reddidi probante Buttmanno Gramm. T. II. 408. s. I. 242. παμμήτειρα, quanquam simplex extat μάτειρα φύσις Synes. H. III. 326. Hesych. s. Μήτειρα, quod Zenodotus et Aristophanes tribuerunt Homero ipsi Il. XIV. 259. Cum his autem conferre juvat femininum κυανοπρώειρα, ut Herodianus scripsit in Simonidis Fragm. CCXVI. Gaisf. CXLVI. Schneidew. πρὸς τὸν χαρακτῆρα τῶν διὰ τοῦ ειρα, Etym. M. 692, 35. multo ille aptius quam qui κυανοπρῴρα, non solum quia iota longum non subscribi solet, sed etiam quia adjectivi κυανοπρώϊρος, quod nonnulli Homero tribue-

9) Hoc post Euripidem usi sunt Apollonius, Tryphiodorus, Himerius Or. XIX. 3. 716. Gregor. Carm. LXXVII. Christodor. Ecphr. v. 99. Εὐπατέρεια proprie dicitur ἀγαθοῦ πατρὸς θυγάτηρ v. Hesych. s. Εὐπατρία, sed transfertur ad locum εὐπατέρεια αὐλή v. Adn. ad Aj. p. 230. ut εὐπατρίδαι οἶκοι Ion. 1073. οἶκος τῶν εὐπατριδῶν καὶ παλαιῶν Plutarch. V. Aemil. c. II. sed his non utar ad defendendum οἶκοι Ἀτρεΐδαι v. Matthiae ad Eur. Hel. 358. et οἶκοι Λαβδακίδαι Soph. Ant. 594. Φινεΐδες ἀκταί Iph. T. 423. significat τὰς τοῦ Φινείου, τὰς Φινείας, id quod scriptura cod. Par. νιφείας indicare videtur.

runt, feminina positio fingi nequit nisi producta ultima κυανοπρῷρα. Masculino κυανοπρώρειος, quod Eustathius cum ἡμετέρειος componit, nonnullos femininum κυανοπρώρεια ut ἀνεμώρεια affinxisse, obscurum indicium praebent Etymologi M. verba p. 319, 2. ζήτει περὶ τούτου εἰς τὸ Προώρεια καὶ Κάειρα, quorum capitum prius excidit sed posterioris nominis terminatio conjecturam affert, Grammaticum πρώρεια scripsisse et, quomodo hoc ex πρῷρα sive πρώρα v. Ellendt. Lex. Soph. T. II. 676.[10]) productum sit, planum fecisse fortasse hujusmodi exemplis Πηνελόπεια, Εὐρώπεια etc. Quartum est εὔπατρις, quod eidem p. 333, 28. a nomine πατρίς compositum videtur ut εὔελπις, sed τῆς εὐπατρίδος (scr. εὐπάτριδος) Νηρῆδος Iph. A. 1077. et κακόπατριν ἐοῦσαν εἰς οἴκους ἄγεται Theogn. 193. significant bono et malo patre natam[11]) nec ab alio principio duci potest ζωνογάστριες οἱ τὰς γαστέρας ζωννύμενοι Hesych. qui et alteram formam servavit Μεσογάστορα τὸν ζωνογάστορα. Pro vitioso γαστροιίδας Athen. XI. 481. C. aut ἐγγάστριδας scribendum ut Porsonus voluit Advers. p. 127. aut γαστρώδεας. Nomen avis χρυσομήτρις Aristot. H. Ann. VIII. 9. (3.) 4. pro quo Sylburgius χρυσομίτρις, Bekkerus commodius χρυσομήτρις edidit, aliis extricandum relinquo. A φρητήρ compositum est ἀφρήτωρ, a δαήρ πολυδάηρ ab Arcadio memoratum, quo exemplo fortasse negligentior aliquis λιπάνηρ dixit pro λιπήνωρ seu λιπεσήνωρ, quod a vulgato διπάνηρ propius abest quam δυςάνηρ. Obliquum certe casum simplicis similem γυναικάνδρεσσι finxit Epicharmus v. ad Phryn. p. 687. cui Eustathius p. 1132, 32. de suo apposuit accusativum γυναίκανδρα.[12]) A trisyllabis εἰνάτηρ et θυγάτηρ nihil pro-

10) Qui πρώρα scripserunt, iidem πρῷος, πρῷζος, πρῷμος, probasse videntur, qui πρῷρα, ex πρώειρα contractum putarunt ut ᾄδω ex ἀείδω (a quo discrepant αἴρω et φαίνω) ut Δαῖρα, Καῖρα quae ex Δάειρα, Κάειρα coarctata esse volunt v. Addend.

11) Τὸν κακοπάτριδα Πιττακὸν Alcaei Fragm. V. 15. ambiguum est, sed λιπόπατριν ἰδωδήν Anth. Pal. XV. n. 12. et φυγόπατριν Gregor. Naz. Or. XXV. 482. B. a πατρίς composita.

12) Herodianus Μον. p. 16. σημειώδης ἡ γαστὴρ ὀξυνομένη· καὶ γὰρ

gignitur, ne simplex quidem, quale est *πάτριος, αἰθέριος, ἀστέριος,*[13]) *πατρῷος, μητρῷος, ἀστρῷος, ἀνδρῷος, ἀνδρεῖος.*

§. 4.

Catalexes ορ, υρ, ωρ, uno complexu comprehendam. Theogn. Cram. II. 41. *εἰς ορ λῆγον οὐκ ἔστιν εὑρεῖν πλὴν τοῦ ἄορ καὶ ἦτορ.* Theod. Gramm. p. 135. et Herod. Epim. p. 192. *τὰ εἰς ωρ διὰ τοῦ ω γράφονται πλὴν τοῦ ἄνορ, κάλορ, ἦτορ, ἄορ·* et p. 240. *πλὴν τοῦ κάλορ, ἦτορ, ἄορ καὶ ἄνορ ἀρνικόν (ἀρσενικόν) ὁ ἀνήρ,* quae quomodo corrigenda sint Herodotus docet IV. 110. *οἰὸρ οἱ Σκύθαι καλέουσι τὸν ἄνδρα.* Sed *τὸ κάλορ,* sive ut Moschopulus scribit, *κάλλαρ,* parum expedio; dorica certe ab hoc loco aliena. Nec satis explorata *ταλάωρ τὸ τόξον* Anecd. p. 1200. quod antiquos per ω declinasse dicunt ut *τοῦ ἠλέκτωρος, τοῦ προπάτωρος,* et quae Hesychius apponit *Κέμμορ τὸ μέγα κῆτος, Ἔορ θυγάτηρ ἀνεψιός, Ἔορες προσήκοντες, Εὐρέσφι γυναιξί, Μάκορ δίκελλα, Οἰοθόρ* (post *Οἴω*) *Προμηθεύς,* peregrina vero *Ἀθώρ* et *Ἄνξωρ* Diod. XIV. 16. Ad componendum duo tantummodo apta sunt, unum ab Hesychio allatum *Ξυνάωρ εὐναία δάμαρ*[14]), *γυνή, ἄλοχος,* cujus accusativum *τὸν συνάορα* ex oraculo Eunap. p. 27. jam Muetzellius attulit de Theogon. p. 193. similem Aeschyleo *ὑπερπόντιον τιμάορα* Suppl. 42. Alterum est *χρυσάωρ* proprium Steph. s. *Εὔρωπος* et adjectivum,

---

ἄλλως τὰ εἰς τηρ ὀξυνόμενα ἀρσενικά, ἀστήρ, ἀλκτήρ, ὁπότε μὴ κατὰ μεταβολὴν γένους εἴη ὡς τὸ ῥαιστῆρα κρατερήν, ὕλης τε γαστῆρα· scrib. *ὕλην στεγαστῆρα,* non ut Dindorfius, *ὕλης τ᾽ ἐργαστῆρα,* quo genus femininum non demonstratur.

13) *Ἀστέριος,* quod Vossius ad Arat. 693. graecum esse negat, non solum a Stephano topicis *Ἀστερία* et *Ἀστέριον* praestruitur, sed legitur etiam in Anth. Pal. IX. 208. ubi si quis *ἀστρῴην* corrigat, numeros volubiles nimis adstringet; sed *ἀστερία ἅμαξα* Callim. Fr. CXLVI. Bentl. suspectum habeo ipse.

14) Haec duo vocabula, quae vulgo commate interposito disjunguntur, conjuncta sunt in Aeschyli Fr. 327. *Ἥρα· τελεία Ζηνὸς εὐναία δάμαρ.* Hesychius pro *Ἑόρτας ἀρεσκούσας, καλάς,* scripsisse videtur *ἔορας* i. q. *ὄαρες.*

quod idem Hesychius perquam varie explicat χρυσοήλιος, χρυσοκίθαρις ἢ καλλιόμηλος, quo loco χρυσόηλος scribendum et καλλιόμιλος, nam ὀαρίζειν interpretantur ὁμιλεῖν et ὀαριστὺν — ὅμιλον. Neque χρυσάωρ solum dicitur sed etiam χρυσάορος ut δολιχάορος. Quae fortasse omnia a communi stirpe verbi ἄρω ducta sunt, sed ea differentia ut solum neutrum terminetur in ορ, communia in ωρ vel in ορος. Ab ἦτορ, quod Eustathius p. 113, 33. et Philemo §. 85. per casus declinari negant neque certa est scriptura in Simonidis Fragm. VII. 6. ἤτορι γαλαθηνῷ, complura manant: δολοήτωρ Sybill. Prooem. κακοήτωρ ib. I. 181. μεγαλήτωρ, cujus omnes casus in usu sunt. Longius non proceditur; nam pro εὐητόριος apud Philostratum vere emendatum est εὐήτριος. In υρ terminata perpauca sunt; nam quae apud Hesychium extant βόμβυρ ἄμμος, ἴθυρ τὸ σιδήριον τοῦ ἄξονος, κόρυρ θριγκός etc. speciem doricam, auctorem nullum habent, gentilicia autem, quae Eustathius perstringit p. 932, 21. et ad Dionys. v. 491. Ἔφυρ, Κέρκυρ, Ἴλλυρ, Ἄσσυρ, et quod Theognostus addit p. 41. Φίλυρ, eorum casum primum non inveniri Herodiano credimus ap. Etym. M. 506, 20. qui duo sola admittit a Schol. Theocr. I. 1. comparata μάρτυρ et ψίθυρ. quorum prius Herodianus Eust. p. 114, 18. Aeolibus tribuit a communi usu sejunctum; alterius testis nullus. Mormyres in Ovid. Halieut. dicuntur qui graece μόρμυροι ut siser σίσαρον, cicer κίκερος sive κικερρός. Asturem Memnonis armigerum Silius finxit III. 332. ex gentis nomine Astures, Graecis ignotum. Κόσσυρ a Ptolemaeo appellatur insula, quam antiquiores Κόσσουραν dicunt v. Tzchuck. ad Mel. Vol. II. P. II. 581. Composita in hoc genere non reperiuntur nisi forte apud scriptores Christianos ὁ καλλίμαρτυρ vel μεγαλόμαρτυρ, quae tamen politiores repudiant praeferentes ἱερόμαρτυς Phot. Cod. CCLVI. 766. μεγαλόμαρτυς Eustath. Opusc. 167, 20. θεόμαρτυς I. 2, 20. et conjuncta in Anecd. Bachmann. T. II. 354. ὁσιόμαρτυς, καλλίμαρτυς, πρωτόμαρτυς, congruenter antiquis αὐτόμαρτυς, ψευδόμαρτυς· nec apud Plutarchum ψευδομάρτυρ ut Scheiderus ait, sed ψευδομάρτυρες legitur cf. Suicer. Thes. s. Στέφανος. A nomine

neutrius generis compositum substantivum unicum est plurale τὰ ψευδόπυρα, adjectiva plura ἄπυρος, ἐπίπυρον etc. In ωρ exeunt plurima a verbis orta, simplicia ῥήτωρ, ἵστωρ, et a simplicibus composita ἐθελορήτωρ, πολυπρήκτωρ, διογενέτωρ etc. quae, ut simplicia ipsa, utrumque genus complectuntur, ἡ παμβώτωρ, ἡ παμμήτωρ, ἡ ἀπάτωρ, ἡ πολυάνωρ, modo femininam formam mutuantur a nominibus in ης sive ηρ, πουλυβότειρα etc. Ac verbalibus aditus etiam ad secundam declinationem patet, ἵνα μὴ ἀνίστορος ἧς (nisi ἀνιστόρητος scripsit) Galen. Ther. ad Pis. V. 232. T. XIV. quo si paronyma traducuntur, iota recipiunt, Εὐπατορία ab Eupatore condita, εὐπατόριος ἡ βοτάνη Galen. l. c. IV. 288. vulgo εὐπατόριον dicta, sicuti Apaturia nominata dicuntur solemnia τῶν ἀπατόρων. Sed quaeritur, num haec terminatio etiam communibus possit concedi. Substantiva quidem feminini generis a πατήρ, μήτηρ, θυγάτηρ, nulla propagantur, sed satis multa ab ἀνήρ, partim simplicia ἠνορέη, ἀνδρία, pars composita, εὐανδρία, φιλανδρία, εὐηνορία, μεγαληνορία, ὑπερηνορέη, ac neutra duo diversis genitivi formis congruentia πολυάνδριον et ποιμανόριον. Sed hoc et primitivum ποιμάνωρ a Blomfieldio ad Pers. 76. in dubium devocatur, qui negat se videre quomodo ex ποιμήν et ἀνήρ hujus moduli vocabula concinnari possint; quare scribendum esse ποιμάντωρ et ποιμαντόριον, id quod Guietus praecepit ad Hesych. s. h. v. [15]) Passovius autem non repudiat quidem illud ποιμάνωρ sed simplex esse statuit, nam compositum ποιμανάνωρ dicendum fuisse. Quorum prius non aberrat a sententia eorum, qui adjectivum λεσχηνόριος a λεσχαίνω repetunt, sed infirmatur eo, quod a verbis in αινω, εινω, υνω, quae permulta sunt, nullum producitur nomen in νωρ. Quamobrem Eustathio assentior ποιμάνωρ compositum esse, utique non ab integro ποιμήν vel ποιμαίνω, sed a stirpe ut λιμηρός, de quo supra loquutus sum, Ποίμανδρος, Pimander hermeticus, Ποιμανδρία, omniumque simillimum Εὐφράνωρ, quod quum Appollonius de Adv. p. 546, 15. cum Νικάνωρ, Ἀντήνωρ,

---

15) Theognostus Cram. II. 23, 17. ποιμάνωρ βασιλεύς, ποινίδες βάκχαι, posterius mendose pro ποτνιάδες.

contendit ut copulatum, omnem nobis dubitationem tollit; neque obstat, quod illa dorica dicit, *ποιμάνωρ* autem in diverbiis legitur, nam in eodem genere Aeschylus *πειθάνωρ* scripsit et *φιλάνωρ*, in canticis pugnantia secum *ἀστεργάνωρ*, *πολυάνωρ*, *δεισήνωρ*, *ἀντήνωρ* cf. Ellendt. Lex. Soph. Praef. T. II. p. XVII.[16]) Et quod idem adjungit Apollonius *Ἐλεφήνωρ*, ab *ἐλεφαίρομαι* compositum dicunt, non integro illo sed primitivo, cujus species apparet in *Ἐλπήνωρ* v. Eustath. p. 1877, 30. His vero rationibus neutrum quoque *ποιμανόριον* a suspicione vindicatur. Adjectiva nulla succurrunt praeter *Ζεὺς Ἀπατηνόριος* Anecd. p. 416. et *ἀγανόριος* sive *ἀγανόρεος* Aesch. Pers. 1026. *ὑπερηνόρεος* Theocr. XXIX. 19. quorum primum fortasse a Grammaticis fictum, horum scriptura controversa est; de *φρατόριος*, *ἀνακτόριος*, alibi disseruimus. A simplicibus in *ωρ*, quae a certo verbi inclinamento repeti nequeunt, unum est syntheton *ἀρχίφωρ* et heteroclita *αὐτόφωρος*, *κατάφωρος*, *περίφωρος* v. Wyttenbach. ad Plut. de discr. adul. p. 425. T. I. Qui clepsydrae appositus est, dicitur *ὁ ἐφύδωρ* Poll. VIII. 113. Hesych. vetere scribendi more, quem antiquitatum graecarum enarratores imitari nollem; composita sunt *ἔφυδρος*, *ἐφυδάτιος*, *ἄνυδρος*, *ἀνύδατος*, *μελάνυδρος*, *ἐνύδριος* Procl. in Tim. I. p. 43. Non componuntur *ἄχωρ*, quod Arcadio restituendum pro *ἄπωρ* p. 19, 16. et quod Alexander Trall. I. 8, 12. huic cognatum putat *ἴχωρ* (corruptum videtur *ἀνίχωρ* Herodian. *Μον*. p. 32, 16.) *ἕλωρ*, *κέλωρ*, *ἔλδωρ*, *τέκμωρ*, quorum unum est generis ambigui. Herodianus l. c. *ὁ Ἴβυκος ἔσθ' ὅτε καὶ θηλυκῶς προφέρεται, οὔτε κατὰ σφετέραν ἐέλδωρ*. Schneidewinum, qui ad Fr. XIV. Herodianum graece declinare scisse negat, praetermittimus, potiusque edoceri cupimus, utrum Technicus apud Ibycum *ἐλδῶ* legerit a recto *ἡ ἐλδώρ* declinatum ut *τὸν ἰχῶ*, an fuerit eorum sententiae particeps, quos improbat Eustathius p. 566, 32. *τὸ γράφειν ἰχῶρ μετὰ τοῦ ρ κατὰ ἀποκοπὴν μόνου τοῦ τελευταίου φωνή-*

16) Quidnam causae fuit cur Aristarchus Il. *Λ*. 92. *Βιάνωρ* scribere mallet quam *Βιήνωρ*? num simplex esse credidit ut *Θεανώ*? Nisi id quoque contractum est ex *Θεονόη* v. Addend.

ἐντος, οὐ πάνυ ἀρέσκει τοῖς παλαιοῖς, quod alii *ἰχώρ* scripserunt fortasse ut indeclinabile. Femininum videtur *κέλωρ ἡ φωνή* Hesych. cognatum cum *κελαρύζω*.

CAP. III.

De nominibus in sigma simplex exeuntibus.

§. 1.

Ex nominibus primae declinationis unum *βορέας* hoc loco tractare statutum habeo, quod in appositione manet immutatum *μελαμβορέας*, mutatur in synthesi *κατάβοῤῥος* Plat. Crit. 118. B. *ὑποκατάβοῤῥος* Theophr. *πρόςβοῤῥος* Eur. cui librarii saepe alterum ρ subtrahunt v. Tzschuck. ad Strab. T. III. 34. T. IV. 452. Schweighaeus. ad Athen. T. II. 100. et *προςβόρειος, διαβόρειος, μελαμβόῤῥειος*, apud Theophrastum, Strabonem, aliosque inferiorum; ac gentem quoque Hellanicus *Ὑπερβόρειοι γράφει διὰ διφθόγγου* Steph. ut Jambl. V. P. XXXII. 215. p. 430. Aelian. V. H. II. 26. H. Ann. XI. 10. ubi duo codd. *Ὑπερβόρεος* praebent, quam formam non solum Herodoti libri consensu summo tuentur, sed etiam ceterorum exempla numerosissima Aesch. Choeph. 383. Plat. Charm. 158. B. Aristot. H. Ann. VI. 29. Lucian. Philops. §. 13. Antonin. Lib. c. XX. Athen. XIII. 605. C. Diog. La. VIII. 11. Liban. T. I. 378. Porphyr. V. P. p. 58. Sext. c. Ph. I. 603. etc. atque illorum ipsorum, ex quibus modo *Ὑπερβόρειος* attulimus, Jamblich. V. P. VI. 30. p. 68. XIX. 9. p. 196. Aelian. H. Ann. XI. 1. Simplex vero *βόρεος* Arat. 249. sustulit Buttmannus, et pro *βόῤῥεος* Aesch. Sept. 529. scribere praestat *βοῤῥαῖος*, quod et hoc loco cum *βόῤῥειος* sive *βόρειος* certat et alibi v. Jacobs. ad Anth. Pal. VI. n. 245. *ὑπερβόραιος* cod. Ciz. Jamblich. XXVIII. 135. p. 284. *antiboraeus* Vitruv. IX. 8, 1. quod apud Graecos non reperio. Adjectiva tertiae declinationis simplicia et composita eandem terminationem habent: *αἰνοτάλας, δυςτάλας, παντάλαν' ἄχη* Aesch. Pers. 637. *παμμέλας, λευκομέλας, ὑποχλωρομέλας, ὑπέρμεγας* Arist. Eqq. 158. Aelian. H. Ann. VI. 63. [1]) *πάμμεγας* Plat. Tim.

1) Hic Edd. veteres paroxytonum exhibent et pari vitio *ὑπομέλαν* Hippocr. de Morb. I. 181. T. II. Epidem. V. 560. T. III.

p. 26. Phaedr. 128. E. sed παμμεγέθης Parm. 128. B. Demosth. p. 416, 15. ὑπερμεγέθης p. 684, 4. Aeschin. p. 390. quae pariter probat Pollux III. 88. cum aliis autem orationis partibus terminatio mutari solet, εὐμέλανος, εὐμεγέθης, ἰσομεγέθης, ἀπειρομεγέθης Sext. c. Geom. p. 324. πολυμεγέθης Eustath. Opusc. XXIV. 16, 217. cui regulae ad Phryn. p. 106. breviter expositae neque ἀμεγέστερος repugnat Theophr. de Sens. c. 76, 678. neque εὔμεγα Leonidam Tarent. XCV. quippe corrupta, illud detractione syllabae, hoc conglutinatis vocabulis, quae in Anth. Pal. VII. 506. recte dirimuntur. Ac motionis quoque, quae dicitur, per genera et gradus, nulla reperiuntur nisi in parathesi et compositione debili exempla ῥυπαρομέλαινα Athen. IX. 395. D. ἐρυθρομέλαινα XIV. 652. E. παντάλαινα, δυςτάλαινα, τριςμέγιστος, παμμέγιστος Aelian. H. Ann. X. 2. Non mobilium exempla haec sunt: πολυδειράς, πολυσπιλάς, συνορμάς, συμφυγάς, χαλκεμβολάς, χαμαιευνάς, οὐρεοφοιτάς etc. quibus si genere neutro opus est, a secunda declinatione sumitur, φιλολάμπαδος, ἄδαδος, ἔνδαδος, pro quo Aeschylus ἐνδάς sive ἔνδας retinuit. Neque pauca a simplicibus ἀῤῥήτοις ortum habent, ἀποφράς, ἀποσπάς, κυνοσπάς, ὁλοσπάς, παρασπάς, ἀποστάς ὁ φυγών Aesch. Fragm. LXXIII. βουστάς, παραστάς, χοροστάς, συστάς, ἐμβάς, ἐπεμβάς, quorum pleraque adjectiva sunt, ultimum substantive usurpavit Paulus Silent. Ecphr. Soph. I. 175. ὀρέων μὲν ἐπεμβάδος οὔτι χατίζεις (sicut illi, qui Ossae imposuerunt Pelion) et II. 519. λυκάβαντος ἐπεμβάδα id est consequutionem [2]). Sed λυκάβας ipsum ab hoc verbo compositum esse nemo affirmet paullo consideratior. Neque mentione digni qui homericum ἀνδρακάς substantivum esse crediderunt vel a futuro κάσω compositum vel pro ἀνδρόδασις usurpatum v. Apollon. Lex. Sed jure huc referuntur ἀκάμας, ἀδάμας, κεκραξιδάμας, λαοδάμας, λεοντοδάμας, χαλκοδάμας, quae quia et declinationem masculinorum participio-

---

2) Nomen ἐπίβδας qui interpretati sunt ἐπιβάδας v. Ruhnk. ad Tim. p. 120. ex accusativo tertiae declinationis ἐπιβάδα nominativum primae ἐπίβδα elicuerunt.

rum sequuntur idemque genus servant quum propria fiunt, *Εὐρυδάμας, Θειοδάμας, Πραξιδάμας, Λαοδάμας*, jam olim a feminino genere exclusi adversatus in hoc Boeckhio, qui *ἡ ἀνδροδάμας* Pindaro impertitum ivit. Sed duorum generum aliterque declinata sunt, quae a verbo *κεραννύναι* ortum habent; primum *αὐτόκρας*, quod Pollux VI. 23. sq. affert cum affinibus *ἄκρατος, εὔκρατος, εὐκέραστος, εὐκραής καὶ αὐτόκρας ὁ μηδεμιᾶς προςθήκης δεόμενος, καὶ αὐτοκέρας καὶ αὐτόκρατον καὶ νεοκράς*, quod in cod. oxytonos scribitur ut Arcadius jubet p. 20, 25. *τὰ εἰς ας ἐκτεταμένον ἔχοντα τὸ α, οὐδέποτε ὀξύνεται, χωρὶς εἰ μὴ ὦσιν ἀπὸ παθητικοῦ παρασύνθετα* (scrib. *ἀπὸ παθητικοῦ παρακειμένου σύνθετα*) *ὡς τὸ χαλκοκράς καὶ γαλακτοκράς* [3]). Idem p. 195, 11. *τὰ εἰς ας ὀξύτονα, εἰ μὲν εἴη ὀνόματα, συστέλλονται, Ἀρκάς, φυγάς, ἰθάς, εἰ δὲ μετοχαί, ἐκτείνονται, ἱστάς, πιμπράς· σεσημείωται τὸ ἰθάς* (scrib. *ἱμάς*) *καὶ ἀνδριάς* [4]) *καὶ ὅσα παρὰ τὸ κέκραμαι, ἰσοκράς, ἑλικράς* (sic). De mensura consentit Draco p. 12. *ἐκτείνονται τὰ ἀπὸ τοῦ κεκρᾶσθαι σύνθετα ὡς ἑλικράς, μελικράς*, cujus aliam speciem refert Hesychius *Μελισσόκρας ἡ γλυκεῖα δέλτος*, significans *mellifluum carmen*. Idemque Photius dicere voluisse videtur his verbis *Νεοκράς καὶ χαλκοκράς καὶ ἁλικράς*, quod et illis reddendum pro *ἑλικράς* et Suidae pro *ἁλίαρος ἠρτυμένος ἅλατι*, nisi quis illic *χαλικράς* praeoptat eodem auctore Suida utnt falso: *χαλίκρητος ποτός ὁ χαλῶν τὰς φρένας ἢ κατὰ στέρησιν τοῦ χ, ἅλις ἄκρατον ἔχων·* fallitur autem et de primo vocabulo, quod sine dubio ab *ἅλς* compositum ut *ἁλίμικτος* et *ἁλίκαντς* (scr. *ἁλικραεῖς*) *θαλασσομιγεῖς* Hesych. et de secundo, in quo *χάλις* inest. Feminino adjunxit Aeschylus Fragm. 384. *νεοκράτας* (sic) *σπονδάς*, eodemque modo Euripides scripsisse videtur Antiop. XLVI. (XLI. 83. M.) *βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδονή* pro vulgato *ἡδέως*, *nullum solidum gaudium*, ut *ἀκήρατος ἡδονὴ καὶ καθαρός* Plut.

---

3) In seqq. p. 21, 1. pro *ἀρκᾶς* scribendum *Μαρικᾶς*.

4) Si vera est tonosis *ἱμᾶντος* et *ἀνδριᾶντος* v. Anecd. Cram. I. 217. hoc rursus dissident a participiis, quorum alpha corripitur.

V. Mar. XXIII. καθαρὰ ἡδονή Achill. Tat. XXIII. καθαρὸν καὶ ἀμιγὲς τὸ χαῖρον οὐκ ἐπιδέχεται ἡ ἀνθρώπου φύσις Heliod. V. 4, 178. quod autem Stephanus dicit s. Τάρας probatum Eustathio ad Dion. v. 376. οὐδὲν εἰς ρας θηλυκὸν εὑρίσκεται, aut μόνως θηλυκόν intelligi voluit aut de iis loquutus est, quae genitivum in αντος mittunt ut Πρᾶς Πράντος, Ἄρας Ἄραντος Paus. II. 12, 3. Sed a genere neutro adjectiva a κέκραμαι composita non minus abhorrent quam cetera verbalia; neque adversatur Hesychius: χαλκόκρας, χαλκόκρατον νόμισμα, nam glossema non necesse est genus glossae sequi, quae hoc loco ad certi nummi nomen masculinum, ut sunt pleraque nummorum nomina, referri videtur. Αὐτόκερας autem et μετάκερας adverbia esse Grammatici testantur. Phrynichus App. p. 3. αὐτοκέρας (sic) σημαίνει τὸ αὐτοκέραστον καὶ συμμέτρως κεκερασμένον. Εἴρηται δὲ ἐπιῤῥηματικῶς. Suidas Κεράς ἐπίῤῥημα ἀντὶ τοῦ κεραστικῶς· ἐκ δ' ἔχεεν κελέβην, μετὰ δ' αὖ κερὰς ἤφυσατ' ἄλλο· ὁ δὲ νοῦς, ἀπὸ τοῦ κεράσματος ἄλλο ἤντλησεν ἀπὸ τοῦ ἄγγους, ἐν ᾧ ἦν, quo significare videtur κεράς non cum ἄλλο quasi substantivum cum adjectivo conjunctum sed absolute positum esse *adhibita temperatura*; quare etiam ultimam acuit ut adverbia solent ἀγκάς, ἀνδρακάς, ἑκάς, ἐγκάς (i. q. ἐγκυτί intus). Neque huic sententiae adversantur Comicorum versus, quos Athenaeus profert III. 123. E. primum ἡ μὲν τὸ θερμὸν παρέχειν, ἡ δ' ἑτέρα τὸ μετάκερας, ubi adjectivum adverbio junctum dici potest ut Plat. Tim. p. 34. C. μετέχοντες τοῦ προςτυχόντος τε καὶ εἰκῇ, deinde ἐβόησ' ὕδωρ ἐνεγκεῖν, ἄλλος μετάκερας, quod ita reddi licet *illud quod* μετάκερας *vocatur*. Verum tamen rebus omnibus consideratis ad hanc revolvor conjecturam, sicut a δέμω ducitur δέμας id est δομή structura, a δέρω δέρας, a δέω (δείδω) δέας, a σκέπω σκέπας, a λείβω (λίπω, liquo, liqueo) λίπας, itidem a κέρω κέρας et composita, quae sola remansisse videntur, μετάκερας atque αὐτόκερας, quae quum natura substantiva essent generis neutrius sed indeclinabilia, ad similitudinem adverbiorum reciderunt, ut obsoletum λίπα. Quibus approbatis simul illud manifestum fuit, μετάκερας non ut Schweighaeuserus

opinatur ad Athen. T. I. 291. ex *μετακέρασμα*, quod apte restitutum est Plut. de Fac. Lun. XXX. 98. imminutum esse sed nativum, deinde adjectivum *ὁ* et *ἡ αὐτόκερας*, quod Lexicographi offerunt, rejici oportere, nec probari posse paroxytonesin *αὐτοκέρας* Anecd. Bekk. p. 467, 7. Hesych. Phot. Declinabilia modo eum accentum habent, quem Grammatici praescribunt, *εὔκρᾶτα φίλον* Aesch. Choeph. 344. Athen. XI. 482. B. quo refellitur Schneideri opinio, *εὔκρας* et *αὔτόκρας* hunc unum habere casum ad Theophr. T. III. 541. *εὐκρὰς ἔρως* Asclepiades Anth. Pal. XII. n. 105. et Suid. *νεοκράς* Hesych. modo contrarium: *εὔκρας εὔκρατος* Etym. M. *νεόκρατα ποιεῖν* Plut. Symp. V. 4, 215. T. XI. Athen. XV. 665. E. quod per omnes codd. obtinet sed a Dindorfio regulae accommodatum est. Verumtamen veteres ipsi ejus auctores non omnia, quae in contrarium veniunt, corrigenda censent, sed metaplasta esse defendunt: *ἔστι τῷ μελικράτῳ καὶ χαλκοκράτῳ καὶ γίνεται κατὰ μεταπλασμὸν τῷ μελίκρατι καὶ τῷ χαλκόκρατι* Anecd. p. 1226. quae significatio est, nominativos *μελίκρας* et *χαλκόκρας* illis fuisse ignotos; sed quum hoc propter raritatem vocabuli fortuitum videri possit eademque accentus inconstantia et obliquos, quos modo attuli, et hoc universum genus pervadat v. Dissert. II. C. II. merito repudiamus metaplasmum nulla idonea ratione fundatum. — A substantivis masculinis composita sunt *ἀνδρογίγας, τριγίγας, ῥυγχελέφας, ταυρελέφας, εὔκρας εὐκέφαλος* et *λευκόκρας λευκοκέφαλος*, quae Hesychius retulit, utrumque a masculino compositum; a neutro *κάρα* sunt *ἀμφικαρής* et *δικραής*, de quibus supra admonui.

Sequitur tertium genus neutrum, quod bisyllabiam non egreditur, *οὐδὲν γὰρ εἰς ας λῆγον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἔστιν οὐδέτερον* Etym. M. 491, 22. qui hoc quoque Herodiani scitum affert p. 639, 8. *ἀπὸ τῶν εἰς ας οὐ γίνεται σύνθετον ἀλλ' ἀπὸ τῶν εἰς ος*, quare *ἀμφώης* [5]) non ab *οὖας* compo-

5) Vulgo *ἀμφώεις* legitur, quod non convenit exemplis *ὥσπερ παρὰ τὸ εἶδος εὐειδής, γένος εὐγενής, οὕτω παρὰ τὸ οὖς ἀμφώεις*. Accentum Buttmannus confert cum *δυσώδης, πανώλης*. Herodianus *π. Μον.* p. 14.

situm esse, sed ab *οὖος* sive *ὦος*, quod comparat cum *οὖδος*, *γῆρος*, *ὕδος* etc. Contrarium quidem sentit Eustathius p. 870, 2. *τὸ ὦς ἐκ τοῦ οὖας, ἀφ' οὗ παρὰ τοῖς παλαιοῖς ἑτερούας* (hoc accentu etiam Anecd. Cram. II. 7, 22.) *ὁ μόνωτος*, sed deest testis, vulgoque composita habent formam genitivi vel integri *ἀνούατος*, *μονούατος*, *χρυσούατος*, vel affecti *βραχύωτος*, *πολύωτος*. A *κτέρας* existit *ἀκτερής*, *κακοκτερής* — a *κέρας ῥαιβοκερής τοῦ ῥαιβοκεροῦς* Hesych. s. *Ῥαικακερεῖς*, et *ὑψικέρης τοῦ ὑψικέρητος* Anecd. p. 1189. [6]) et *λευκοκέρατες*, cui perperam nominativum *λευκόκερας* praescribunt. A *κνέφας ἀμφικνεφής*, *ἀκροκνεφής*, *ἑτεροκνεφής* ut a *νέφος ἰοδνεφής*, *ἁλιδνεφής*, quod Hesychio restituendum pro *ἁλιδνοφής*· indidemque resumto adjectivo simplici *ἀκροκνέφαιος* ut *δικέραιος δύο κέρατα ἔχων* Suid. et *ὑπουδαῖος*, *ἐπουδαῖος*, *κατουδαῖος*, quorum in accentu diversitatem alibi tractabo. Alia ad secundam transmigrant declinationem sive atticam *εὐρύκερως*, *μελάγκερως*, *ὀρθόκερως*, *πολύκερως*, *ῥινόκερως*, quod si, ut Siebelisius statuit ad Paus. IX. 21, 2. ex *ῥινοκέρατος* contractum esset, alium haberet accentum, et a similibus *ἀγήρως*, *παντογήρως*, *λειπόκρεως*, *πολύκρεως* Theodos. Gramm. p. 68. *ἡδύκρεως*, cujus comparativus quoque invenitur *ἡδυκρεώτερος* Aristot. de Gen. Animm. V. 6. p. 786, 15. ut *ἀξιοχρεώτερος* Dio Cass. LXXIV. 9. sive eam, quae vulgaris dicitur *ἄκερος* Maxim. Tyr. XVII. 318. Galen. de Adm. Anat. IV. 3, 94. *ἠΰκερος* [7]), *νήκερος*, *πολύγηρος*

---

hoc dicere videtur, *οὖας* genitivum habere *οὔατος*, *ὄας ὄατος*, *ὦας ὤατος*, *ὦς ὠτός καὶ ὠός οὐκ εἰρημένον μέν*, *συνεσχηματισμένον δὲ (τῷ) παρὰ Θεοκρίτῳ ἀμφώης· τοῦ μέντοι οὖς ζητητέον τὴν κλίσιν*. Si *ἄουτος*, quod Lexicographi nostri susceperunt, testem haberet, declinationem simplicis conjectare possemus.

6) *Αἰγοκερεύς*, a quo obliqui ducuntur, praetermitto ut inusitatum; *aegiceri* genitivus legitur apud latinos poetas ut et *bucera secla* atque *bucerius*, quo Graeci non utuntur.

7) In oraculo Phleg. Trall. de Mir. X. p. 70. ubi Romani diis inferis immolare jubentur *ἐννέα ταύρους φανάς ἠϋκέρους*, scribendum videtur *ταύρας φαιάς*. Hesychius *Μονόκερα*, *τὸ μηκέτι ἔχον τὴν ἀλκήν*, scrib. *τὰ — ἔχοντα*. *Ἀμφίκερος* et *ἀκρόκερος* Phot. s. *Ἡνιόχους* et Schol. Apoll. I. 566. non proxime a *κεραία* composita sunt, sed a primitivo *κέρας*.

Galen. Art. Med. VIII. 328. T. I. Poll. II. 13. εὔγηρος v. Wyttenbach. ad Plut. Consol. ad Apoll. p. 740. πρόγηρος, σύγγηρος, ταχύγηρος, ἄκρεος, γλυκύκρεος Sophro ap. Demetr. de Eloc. §. 151. et Athen. II. 86. E. ubi cod. γλυκύκρεως. Alia genitivi formam iterant, modo plenam, ἀγήρατος, μονοκέρατος, ἀμβλυκέρατος Schol. Ven. II. 22. modo cavam sive hiulcam πολυγήραος, ἀγήραος, εὐκέραος. Postremo quum ambigua atticae declinationis terminatio diversis casibus ortum dederit τοῦ καλλίκερω, τὸν ὑψικέρων (sic) Nonn. XVII. 130. et τοῦ ῥινοκέρωτος Oppian. Cyn. I. 10. aegocerotis Lucr. V. 614. τῷ αἰγοκέρωτι Orph. π. Σεισμ. v. 51. τὸν αἰγοκέρωτα Julian. Or. IV. 156. A. Agath. Hist. V. 3, 145. hinc nova prodiit nominativi species ὁ αἰγοκέρωτος Anthol. Cetera huc atque illuc vagantur; a σέλας εὐσέλαος Paul. Ecphr. Soph. II. 414. a πέρας διαμπερής, quo utitur Rufus Ephesius III. 50. ἐκτρήσεις διαμπερεῖς, a δέπας vero verbale φιλοδεπαστής, a γέρας ἀγέραστος. Accusativum λεοντοδέρην Orph. Lith. 613. Passovius ad λεοντοδερής retulit fortasse aeolicum esse ratus, sed ille λεοντοδόρην scripsisse videtur. Aeschylo Sept. 83. Hermannus ἐλέδεμας tribuit contrarium Herodiani praecepto paullo ante apposito; quo incommodo vacat Passovii correctio ἐλασιδέμνιος Opusc. p. 104. cetera improbabilis. Hactenus dixi de adjectivis; quae vero Etymologus l. c. affert tanquam e lege excepta: τὸ γὰρ καλλικρέας καὶ βουκέρας σύνθετα, substantiva sunt ut ceratiorum nomen novitium τὰ ξυλοκέρατα, ut *artocreas*, *Chrysoceras*, eadem accentus inconstantia, qua pleraque hujus generis; πάγκρεας ὅπερ ἔνιοι καλλίκρεας ὀνομάζουσι Galen. de Ven. Dissect. I. 781. T. II. quorum prius pariter proparoxytonon est de Us. Part. V. 2, 344. et compluribus locis, ut et βούκερας Theophr. Caus. VI. 14, 10. Galen. de Fac. Alim. I. 14, 537. T. VI. sed accentu non retracto βουκέρας Hippocr. Mul. I. 700. T. II. Ruf. Eph. de Affect. Ren. p. 3. Galen. Gloss. s. h. v. et s. Αἰγοκέρας, quod alibi melius αἰγόκερας vel αἰγίκερας scribitur. Similiter τὸ ὑπόκερας organi nomen Theophr. de Mus. Ecl. II. 191. T. V. τὸ δίκερας Poll. VI. 97. Athen. V. 202. B. ubi codd. nonnulli δικέρας. Herbae vero illae etiam adjective appellan-

tur; τὸ βούκερον, τῷ βουκέρῳ Theophr. τοῦ βουκέρου in Hippiatricis, quod Schneiderus ad Theophr. T. III. 689. in Hippocratis libris quaesivit, scripturae compendio deceptus; et attice αἰγόκερως, βούκερως Dioscor. Mat. II. 124, 243. II. 207, 323. τραγόκερως III. 25, 364. καλλικέρεως χυλός in formula medica Galen. de Comp. Med. p. Locc. I. 1, 423. T. XII. quod rectius sed mendoso tamen accentu scribitur p. 426. καλλικέρως τῆς τήλεως δοκεῖ μοι λέγειν, ὀνομάζεται δὲ παρ' ἡμῖν ἐν Ἀσίᾳ αἰγόκερως, sed distinguitur in libro de succedaneis p. 731. T. XIX. ἀντὶ καλλικέρω (sic) τῆλις.

§. 2.

In αις quae exeunt componendo non mutantur, ἀβρόδαις, διόπαις, ὀβριμόπαις etc. nisi a verbo originem habent ut ἄδαιτος, αὐτόδαιτος, aut cum praepositione composita sunt, *Epidaetia* Veneris cognomentum. In αυς duo sola sunt, γραῦς et ναῦς, ad copulandum perinde apta. Arcadius p. 93, 1. τὰ εἰς αυς πολυσύλλαβα βαρύνονται, χιλιόναυς, ὁμόγραυς (scr. ὠμόγραυς) quod mendosius etiam ὁμογραῦς scribitur ap. Phot. s. Σπαρτοπώλιον. Eodem modo λιχνόγραυς, λιπόναυς, χιλιόναυς, quibuscum attica forma invaluit ἀρχένεως, εὔνεως, λιπόνεως, Ἀναβησίνεως ab Homero fictum; et ad primum ordinem declinata πολύχειρ καὶ πολυναύτης Aesch. Pers. 83. στόλος χιλιοναύτης Ag. 45. id est, classis Agamemnonia, quae vulgo χιλιόναυς vocatur Strab. XIII. 594. Sed Ἀργοναύτης, Σωοναύτης Schol. Apoll. II. 746. a masculino ναύτης composita; χιλιοναύτης figuratum ut ἀβούτης, πολυβούτης, λειποτάκτης, pro quo λειπόταξις dici poterat ut κύκνοψις ἄνθρωπος Anthol. πολύλεξις λόγος Anecd. p. 758. et 759. [8]) Eaque forma sola est, cui verba affingi possint, ταχυναυτεῖν, λειποτακτεῖν. Tertiam repraesentant andronymica Ἐχένηος,

---

8) Hanc perraram conformationem ejusque ambiguitatem designavi ad Phryn. p. 628. Illa a nominibus composita sunt ut φιλογένεσις ὄρεξις a Proclo in Polit. p. 416. bis iteratum; sed βαρβαρόλεξις apud Charisium et *barbarolexis* ap. Isidorum, quo Ernestius in Techn. Rhet. Gr. p. 54. et Grysarius in Theor. Stil. Lat. p. 2. utuntur, re vera barbarum est pro βαρβαρολεξία.

Πολύνηος, *Κλυτόνηος* et appellativum *ἀκρόνηον τὸ τῆς νεὼς ἄκρον* Suid. simplex autem est *νήϊος* ut *γρήϊος* Etym. M. 603, 20. Cramer. Anecd. II. 286. I. 295. unde *νεῖον τὸ τῆς νηὸς πυθμενοειδὲς ξύλον* II. 121, 18. ejusdemque vocalis interventu finguntur substantiva *δεκαναΐα*, *πεντεναΐα*, ut a *πολύλαος πολυλαΐα*, quanquam adjectiva haec non reperiuntur ac fortasse ne praesumta quidem sunt, duobus nominibus *δέκα νῆες*, *πολὺς λαός*, in unum coalescentibus ut *νουμηνία*, *ἱερομηνία*, *τετρακωμία*, *πεντεδραχμία*, *pentaprotia*. His expositis duo ad deliberandum restant Aeschyli vocabula maxime *αἰσχυληρά*, *ἑλένας* et *ἄναυς*. Pro illo Elmslejus *ἑλέναυς* scribi jubet, quod primum necessarium non est, quia *ἑλένας* et a dorico *νᾶς*, cujus obliquos Tragici usurpant, compositum et ex *ἑλέναος* contractum videri potest ut *ἀρχέλας*, *Στρατόλας*, *Ἀγησίλας*· quod si secus esset, tamen ejusmodi lusum etymologicum ad perpendiculum quis exigat? Deinde vetus scriptura *ἑλέναν* hoc praestabilior, quo ad sonum proprii *Ἑλέναν* accedit propius. *Ἑλενᾷς* autem, id est *ἑλεναΐς*, quod Schneidewinus ad Ibyc. p. 146. *prae vocabulo nihili ἑλένας* commendat, Grammaticae adversatur elementariae, quae *Νηρῇς*, *ἡρῷς* et similiter ficta relegat *ultra Sauromatas*. Nympham, quae a Parthenio c. 29. *Ἐχεναΐς* vocatur, brevius *Ἐχένη* dici posse, Buttmanni opinio fuit in Friedemanni Miscell. II. 1. p. 41. idque nomen Theocrito affingit VII. 73. et cum *Ἑλένη*, *Κατάνη* comparat. Verum enim vero *Ἑλένη* feminina est positio *τοῦ Ἕλενος*, ut *Δαναός*, *Δανάη*, *ὤλενος*, *ὠλένη*, *ἔβενος*, *ἐβένη*, neque Catina ab eo dicta, quod conditor ejus, ut Stephanus ait, *κατὰ ναῦν* venerit, sed simplex est ut *ὁ κάτανος catinus* vel *ἡ κατάνη scalprum*, nec pauca oppida ab instrumentis denominata sunt domesticis: *Ἄρυστις πρόχους καὶ πόλις Ἰώνων* Athen. XI. 784. A. (p. 1041.) *Ζάγκλη*, *Κοτύλη*, *Μαχαιροῦς*, *Τράπεζα* etc. De Theocriti versu *ᾄσεῖ δ' ὥς ποκα τὰς ξενέας ἠράσσατο Δάφνις ὁ βώτας*, Hermannus in Opusc. T. V. 81. ita judicat, irritos esse omnes nominis proprii restituendi conatus ac potius *τὰς ξείνας*[9])

9) In Id. II. 145. *ἅ τε Φιλίστας μάτηρ τᾶς γε ἐμᾶς αὐλητρίδος*, in-

scribi oportere. Si tamen Theocritus, ut Buttmanno visum, fabulam de Echenaide, quam Parthenius exposuit, sequutus est, sic scripsisse videtur ὥς ποκ' Ἐρυξινέας ἠράσσατο, nam ἐχενηΐς et ἐρυσινηΐς synonyma sunt. Formae quidem analogia cernitur in Μενελαΐς Paus. VIII. 23, 3. Σθενελαΐς Epigr. Adesp. CXIV. Ἀρχελαΐς Parthen. ap. Hephaest. I. 3. p. 9. λυσιλαΐδες lupinorum nomen laconicum Athen. II. 55. E. et νικολᾷδες VIII. 346. B. contractum ut κωπᾷδα, Εὐβοΐδα, hoc brevi vocali, illud longa; et masculinum Νικολᾴδας, ut Ἡρῴδης, Μινῴδης; cui nescio cur Jacobsius in Anth. Pal. XIII. 19. iota subtraxerit, quod apparet in Νικολαΐδας Paus. VI. 10. Σθενελαΐδας I. 85. VIII. 3. Ἰολαΐδας Aelian. V. H. XII. 3. Νεολαΐδας Polyb. XXXIII. 5. Μισγολαΐδας Xenoph. Ἱππολαΐδας v. Corais ad Isocr. p. 264. Ἀριστολαΐδας Inscr. Corcyr. N. 1845. Vol. II. [10]) quorum omnium terminatio dorica. Alterum est illud νᾶες ἄναες, quod quum Lexicographi ad ἄναυς retulissent, hoc nomen Passovius Graecia exterminavit Schaefero auctore, qui ad Hec. 610. et hoc et παρθένος ἀπάρθενος, γάμος ἄγαμος, χάρις ἄχαρις, substantiva esse contendit tragica unius aut paucorum casuum certisque locutionibus apta, idemque statuit de πλοῦτον ἄπλουτον ad Plut. V. Lyc. c. X. p. 299. Quid vero minus consentaneum, quam γάμος ἄγαμος, χάρις ἄχαρις, aliter dici atque τὸν ἄγαμον γάμον Oed. T. 1214. γάμους δυσγάμους Phoenn. 1047. τὰν ἄχαριν χάριτα Leonid. Epigr. XLVII. χάρις οὐ χαρίεσσα Gregor. Carm. LVI. p. 133. E. χάρις ἀχάριστος

---

eptum est τᾶς γε ἐμᾶς· quis enim credat Simaetham, quae pompam spectatura vestem mutuam sumsit, tibicina usam esse serva? Paullo post v. 154. eadem ἁ ξεῖνα vocatur; ergo corrigere libet τᾶς Σαμίας.

10) Ἐρυξιδαΐδας Thucyd. IV. 119. pro quo Valckenarius Ἐρυξιλαΐδας substituit, non aliunde derivari potest nisi ab Ἐρυξίδαιος sive Ἐρυξιδαῖος, ut Ἀριδαῖος Plutarch. de Alex. V. 61. cf. Schneider. ad Plat. Civ. T. III. 277. Θρασυδαῖος Pind. P. XI. 21. quod in Liban. Decl. T. II. p. 226. hoc modo sed p. 227. 239. Θρασύδαιος, ap. Herodo. IX. 58. Θρασυδήϊος et Θρασύδηος scribitur, nec certum Μενεδαῖος Thucyd. III. 100. Κλεόδαιος codd. Diod. IV. 31. ex quo contractum est Κλεόδας Schol. Pind. Isthm. VII. 18. non Κλεάδας, ut vulgo scribitur Aelian. H. Ann. XII. 31. etc.

Plutarch. Comp. Alcib. IV. *χάριν ταύτην ἄχαριν προςτίθησι* Arrian. Alex. IV. 8, 7. *ὧν δὴ χάριν οὐκ ἐπίχαριν λέγοιμ' ἂν νόμον* — Plat. Legg. IX. 853. D. ubi genitivus additus est ut Iph. T. 566. *γυναικὸς χάριν ἄχαριν*, quod nemo substantivum esse dicet, neque fieri potest ut Hec. 612. *νύμφην ἄνυμφον παρθένον τ' ἀπάρθενον*, hoc postremum sit substantivum, adjectivum vero *ἄνυμφος*. Insuper Graeci multo magis quam Romani Germanique consuéverunt substantivis adjungere adjectiva ejusdem stirpis negantia, *θεὸς ἀθεές* Plat. Symp. 198. A. Aristid. Or. XXXIV. 441. *γένος ἄγονον* Eur. Herc. 887. *τροφαὶ ἄτροφοι* Aret. Cur. II. 11, 290. *πίστις ἄπιστος* Maneth. V. 97. *σοφία ἄσοφος* Clem. Protr. V. 56. A. et cum praepositione negativa *φόνος ἀπόφονος* Orest. 163. quod Scholiastes cum *γάμος ἄγαμος* contendit, aliisque particulis *δύςερως ἔρως* Plutarch. V. Pericl. XX. 407. *θάνατος εὐθάνατος* Menand. Fr. p. 10. *θάνατος ἀθάνατος* Theophyl. Hist. III. 13, 79. C. quo in genere ante ceteros Tragicos luxuriatur Euripides. Neque solum conjugata nomina componuntur, sed etiam quae diversis stirpibus orta sed synonyma sunt; *τόκοι ἄγονοι* pro *ἀτοκία* Oed. T. 26. *ζωὴ ἄβιος* Emped. 326. *δύςζωος κάβίοτος βίοτος* Epigr. Adesp. DCLIII. *μόρος ἄποτμος* Alc. 118. etc. Ex his igitur exemplis, quorum pars maxima ita comparata est, ut nullam substantivi substantivo additi suspicionem admittat, illa existimari debent, quae non Tragicis solum sed in omni genere dicendi frequentantur: *κόσμος ἄκοσμος* Julian. Epigr. LXIV. Nonn. VI. 371. *οἶκος ἄοικος* XVII. 42. ib. 51. et Aelian. H. Ann. XII. 6. *πᾶσα πόλις ἄπολις ἂν γένοιτο* Plat. Legg. VII. 766. D. prorsus ad Aeschyli exemplum Eum. 457. *ἄπολιν Ἰλίου πόλιν ἔθηκας*. Neque Latini substantiva negantia adjungunt sed adjectiva *nuptiae innuptae*, *sepulcra insepulta*; quamobrem *numerus innumerus* Lucr. II. 1053. III. 780. valet innumeralis, quo idem utitur, sive innumerabilis, quo Gellius cf. Voss. Institt. Rhet. V. c. 7. Si quis autem propter quae supra attuli *πατὴρ αἰνοπάτηρ*, *Ἶρος Ἄϊρος*, quod Eustathius p. 1837, 16. adeo cum *ὕπνος ἄϋπνος* comparat, Schaeferi sententiam defensum eat, equidem haud dispicio, cur haec licentia transfe-

ratur quo minime opus est, genusque substantivorum multiplicetur insuetum et devium, prae quo Graeci, ut superiora exempla declarant, adjectivis uti maluerunt compositis aut substantivis particulae negativae subjunctis: *Ἀργεῖος οὐκ Ἀργεῖος* Eur. Or. 904. *ἄνθρωπος οὐκ ἄνθρωπος* Athen. XII. 519. B. *γάμων οὐ γάμων συντελουμένων* Julian. Or. VII. 288. C. *γυναῖκα οὐ γυναῖκα* Oed. T. 1256. *ἄνδρες τινὲς οὐκ ἄνδρες* Clemens Protr. I. 1. E. *θεὸν οὐ θεόν* Phil. de Mos. III. 678. A. quae potissimum ad epanorthosin pertinere indicat adversativa saepe apposita *τέρας οὐ τέρας ἀλλ' ἔριν* Hel. 1134. *ἔρωτας οὐκ ἔρωτας ἀλλ' Ἐριννύων πάγην* Lycophr. 406. *γάμος οὐ γάμος ἀλλ' οἰζύς* Eur. Hec. 948. quo loco *γάμος* omitti poterat ut Androm. 103. *οὐ γάμον ἀλλά τιν' ἄταν*.

§. 3.

Terminatio *εις* duobus adstricta est substantivis simplicibus, *κτείς* et *κλείς*, quorum illud compositione mutatur *κατάκτενος*, *πεντέκτενος* et *πεντεκτενής* v. Meinek. ad Men. p. 34. alterum minus. Hesychius *Ἀκλείδας* (sic) *ἄζυγας*, ubi *ἀκλῇδας* emendant; *ὑπὲρ δίκλειδος θύρας* Hippocr. de Articc. I. 22. p. 144. T. III. quod bis ita scriptum repetit Galen. in Comm. I. 344. T. XVII. P. II. et in Gloss. s. h. v. sed ap. Erotianum recte *δικλεῖδες θύραι*, Scholiasta Hippocr. T. I. p. 12. *τῆς δικλίδος*, et vulgo obtinet *δικλίδες*, cujus primum casum Draco p. 56. Etym. M. 518, 20. perinde ut *ἐγκλίς* per syncopen et systolen ex *δικλῄς* deformatum putat, Passovius autem minus probabiliter a verbo *κλίνω* repetit; *ἡμικλεῖς πύλας* Suidas ex ignoto auctore affert pro *ἡμικλείστους*, simplici *τὰς κλεῖς* assimilatum. Substantiva autem *κατακλείς* et *ἀντικλείς* oxytona sunt; illud ap. Biton. de Mach. p. 11. et 12. Heron. Belop. p. 125. Galen. Isag. X. 703. T. XIV. Ruf. Ephes. de Part. p. 8. Schol. Od. Σ. 294. Eustath. p. 1847, 35. Phot. s. *Σφαγάς* et Hesych. s. *Σιγλοφόρων*, saepiusque sed alio intellectu ap. Hephaestionem et Quintilianum de Mus. I. p. 56. *ἀντικλείς* locis iis, quos Lexicographi indicant; quibus repugnant barytona *κατάκλεις* Schol. Ven. XIV. 180. Anecd. Cram. II. 233. et *ἀντίκλεις* in codd. Pollucis X. 22. His tertium affingit

Theod. Gramm. p. 66, 26. τὰ εἰς ῑς θηλυκὰ διὰ τοῦ ῑ γράφονται, πλὴν τοῦ κλείς καὶ ἀντήρεις, quam regulam Grammaticus in Anecd. Cram. I. 283. ita informat, ut masculinum κτείς comprehendatur: τὰ εἰς ῑς ἀποστρέφεται τὴν ει, εἰ μὴ ἔχει τὸ ε ἐν τῇ γενικῇ, πλὴν τοῦ κλείς, κατάκλεις καὶ ἀντήρεις. Sed Etym. M. 112, 22. hunc nominativum inusitatum esse, obliquos autem tanquam ab oxytono ἀντηρίς declinari dicit, quo reprobatur properispomenon ἀντῆρις Suid. et proparoxytonum αἱ ἀντήριδες ap. Hesych. et Thucyd. VII. 36. Ex Eust. p. 903, 50. τὰς ἀντήρειδας οἱ μὲν διὰ τοῦ ῑ ἀντηρίδας (Romani *anterides*) apparet nonnullos diphthongo usos esse, quos Poppo ad h. l. refellit argumento in orbem eunte; nam quod dicit κλείς unicum esse per ειδος declinatum, id ipsum negatur ab illis, qui ἀντηρείς hoc modo declinant, neque justior est ista de confusione adjectivi ἀντήρης et substantivi ἄντηρις suspicio.

§. 4.

Nominum in ευς duo sunt genera, unum a pariter terminatis, ἀρχιγραμματεύς, δρυαχαρνεύς, τρισαριστεύς Rhetor. Gr. T. III. 4. T. IV. p. 110. 122. et 665. etc. πολυαριστεὺς Eustath. Opusc. XXIII. 210, 70. alterum ab imparibus Βοὸς κεφαλαί, Βουκεφαλεύς, Κυνόσουρα Κυνοσουρεύς, μαλακοκρανεύς. Omnium autem accentus idem sive substantiva sunt, ἐπιιερεύς Inscr. N. 381. T. I. atticumque ἀρχιέρεως v. Ast. ad. Plat. Legg. XII. 947. A. λιμοδωριεῖς Hesych. δυςβασιλεύς Anecd. Bekk. p. 1009, 21. παραβασιλεύς Eunap. V. Max. p. 53. μικροβασιλεύς, φυλυβασιλεύς et apud posteriores πατροβασιλεύς pro βασιλεοπάτωρ v. Reisk. ad. Constant. Porph. p. 833. sive a casibus obliquis composita in adjectivorum naturam convertuntur, ἰσοβασιλεύς, μισοβασιλεύς, φιλοβασιλεύς, a quo adjectiva forma propagatur Plut. V. Aemil. XXIV. ἀεὶ λέγονται φιλοβασίλειοι οἱ Μακεδόνες, minus illa hoc loco necessaria quam μεσοβασίλειος ἀρχή, quod Dionysio familiare, et ἑπταβασίλειον unguenti nomen atque συκοβασίλειον, sed commoda tamen ad evitandam ambiguitatem, quia φιλοβασιλεύς et regis amantem significat ut φιλανθρακεύς, et eum qui τὸ βασιλεύειν amat ut φιλοκύνηγος, φιλαναλω-

τής, φιλογυμναστής, pro quo φιλογυμνάσιος dici poterat, ut αὐτεξούσιος, φιλεκκλήσιος Eustath. Or. XLII. p. 85, 91. Unum ex his femininam positionem sortitur παμβασίλεια non motione ut mihi videtur, sed compositione; nec δυςαριστοτόκεια a masculino promotum dixerim, cujus exemplum minime certum est Callimachium δυςτοκέες τοκέες. Ab ἀμφορεύς ducuntur, quia genere neutro supersederi non poterat, adjectiva mobilia δεκάμφορος, μυριάμφορος, quasi ab ἄμφορος ut ἀνάφορον, *amphora*. Huic proxima sunt vocabula mensurarum δωδεκεύς, τριτεύς, ἑκτεύς, cujus dimidia pars ἡμιεκτεύς (ut ἡμικοτύλη, ἡμιμέδιμνος, ἡμίχορος) dicitur, si integra est Erotiani glossa Ἡμιεκτέα τὸ ἥμισυ τοῦ ἑκτέου (ἑκτέως) nec tamen hoc apud Hippocratem legitur, sed ab ἕκτος compositum ἡμίεκτον Mul. II. 769. T. II. de Aphoris p. 28. et 29. T. III. et Dion. Chr. VII. 136. Paul. Aeg. VII. 26, 305. genere neutro ut ἀμφίεκτον, sed ὁ ἡμίεκτος Schol. Arist. Nubb. 645. qui alteram formam ἡμιεκτέον, (unde εἰς δύο ἡμιέκτεα in Inscr. Olbian. N. 2058. A. 75.) praefert vulgari ἡμιεκταῖον, quae ad simplex ἑκταῖον (ut χοαῖον) eandem rationem habet, quam τριταλαντιαῖον ad ταλαντιαῖον v. ad Phryn. p. 544. sq. Nomen χοεύς Elmsleius ad Ach. 1013. veteribus ignotum fuisse asseverat; ac si quis, quod ille facit, omnibus locis, ubi χοᾶ et χοᾶς legitur, paroxytona subdiderit, χόα autem et χόας, ubi ultimam longam habent, producta esse dixerit ut βασιλέᾶ et βασιλέᾶς, res conclamata erit; sed profecto χοῦς et βασιλεύς comparari non possunt, nec χοεύς e scriptis veterum eradicabitur, cui similia sunt instrumentorum nomina verbalia στροφεύς, στορεύς, φορεύς, νομεύς, τροπεύς (plurale utrumque), ψυγεύς, πνιγεύς, et mensurarum paronyma, quae modo attuli, δωδεκεύς etc. Itaque τοῦ χοῶς jure retinetur Arist. Pac. 537. τοῦ χοέως Sext. c. Phys. I. 613. Galen. de Comp. Med. p. Locc. VI. 932. T. XII. τῷ χοεῖ Buttmannus affert in Ind. Nom. Anomm. τὸν χοέα Hippocr. de Morb. III. 321. T. II. quem accusativum attice contrahi ut Μηλιᾶ adnotat Suidas s. Ἀτρέα, idque saepius legitur apud Comicos v. Anecd. p. 1431. χοεῦσιν (cod. χοῦσιν) Aristot. de Gen. et Int. I. 10. p. 328, 27. Accusativi

forma quadruplex χόας, χοεῖς, χοέας et χοᾶς in codd. ubique variatur Dem. c. Macart. p. 1052, 21. Aristot. H. Ann. IX. 27, (45.) 24. Athen. V. 200. A. X. 412. E. XI. 782. D. p. 1038. Dind. Nominativum χοῦς Buttmannus tertiae adscribit declinationi, ratio secundae ut cetera verbalia σοῦς, κνοῦς, θροῦς, πλοῦς, ῥοῦς, quae si in transitu ad tertiam inflectuntur, is est error κλίσεως ut vocant, pervulgatus quidem nec tamen ita ut τοῦ χοῦ Arrian. Al. II. 76, 6. quod Ellendtius retinuit, repudiari debeat; τοῦ χόου ἀγωγή N. 1838. Corp. Inscr. Vol. II. Ceterum sive terram egestam (Schutt) significat sive aliud effusum quodvis ut ἐκ χοὸς ἀνδρογόνοιο Nonn. Par. IX. 34. Gregor. Carm. I. p. 40. C. II. p. 44. B. id est sputum, sive instrumentum effundendi proprieque congium ὁ χοῦς Schol. Nic. Ther. 102. τῇ χοῒ Philem. Techn. §. 291. (ex Athen. IV. 131. B.) χοῦν Aelian. XVI. 12. χῶν argolice dictum Ath. p. 365. D. tamen idem est vocabulum ὁ et ἡ χοῦς v. Tschuck. ad Strab. T. V. 240. χοή atque χοεύς, ut τόμος, τομή, τομεύς, falsaque eorum opinio qui χοῦς ex χοεύς contractum dicunt. Composita ad secundam diriguntur: ἡμίχουν Aristot. H. Ann. IX. 45. p. 630, 34. Diosc. Mat. I. 33, 46. τρία ἡμίχοα Arist. Mirab. c. CXVIII. Hipp. de Int. Affect. p. 503. T. II. de Nat. Mul. p. 600. Mul. II. 843. et 875. quibus inexspectatum intervenit τρία ἡμιχόεα de Morb. III. 321. de Int. Aff. 453. Mul. I. 746. et 748. II. 873. forsitan pro ἡμιχόϊα ut τρία ἡμιωβόλια de Nat. Mul. p. 604. τὰ δίχοα Athen. XI. 496. A. δεκάχοα δεκαπλάσια Suid. τετραχόοις κάδοις Hedyle Epigr. II. (6.) τετράχουν Geopp. IX. 10, 8. πεντέχουν Aristoph. Fr. CLXXXVIII. Sed plane diversum ὑδροχοεύς a verbo originem ducit ut θηροφονεύς, παιδοφονεύς, ἰχθυβολεύς, ἀριστοπονεύς, νειοτομεύς etc. quod genus Eustathius p. 576, 46. imperite a futuris in ευσω repetit, sed alibi rectius paraschematista dicit p. 791, 17. ut Schol. Il. K. 84. nominibus in ος afficta, quorum locum obtinent ubi metro convenientiora sunt, neque temere in primo ponuntur casu[11]), nisi ad gravandum ictum ἰχθυβολεύς ὁ πε-

11) Hac de re primum admonui in Censura Lexici Passoviani Annal. Berol. a. 1832. T. II. 219.

ρισσός Anth. Pal. VII. n. 494. et in fine pentametri n. 504. eadem ratione, qua ἀστεροπητής, ἡνιοχῆος, Δηριαδῆος, in clausula praeferuntur. Ἑρμογλύφος tamen et ἑρμογλυφεύς perinde probat Thomas, neque ulla est nominum cum praepositione conjugatorum distinctio ἀνάδοχος et ἀναδοχεύς v. ad Phryn. p. 315. προαγγελεύς Hermipp. Dial. de Astrol. I. 8. p. 11. ut εἰςαγγελεύς, vulgo autem προάγγελος dicitur et ἐξάγγελος, sicut ἀποβολεύς, ἀποδοχεύς, ἀνατροπεύς, διαφθορεύς, διασπορεύς, ἐκλογεύς, hanc terminationum quasi usu ceperunt, ἀπότροπος, διάδοχος, ἔμπορος etc. alteram. Adjectivum simplex in ευς nullum est, sed Etym. M. 637, 8. τρεύς praestruit nominibus Ὀτρεύς et ἀτρεύς ὁ ἄφοβος, quo Euphorio utitur Fr. XCIV. ἀτρέα δῆμον Ἀθηνέων ad exemplum homerici δυςκλέα[12]), nominativo plurali ἀτρῆες ἀνάγκαι Herodes Atticus sive Marcellus, pro quo lapis ἀτρεῖες exhibet, hoc ut ἐΰῤῥεῖος, illud ut ἀγακλῆος, de quibus vetus est Grammaticorum dissensio. Eustathius p. 996, 44. τὸ ἐΰῤῥεῖος δοκεῖ ἀπὸ τοῦ ῥύω ἐΰῤῥύς, ἐΰῤῥέος καὶ ἐπενθέσει ἐΰῤῥεῖος· εἰ δὲ ἀπὸ τοῦ ῥέος, ἔχει ἀπορίαν διὰ τί μὴ ἐϋῤῥῆος ὡς Ἡρακλῆος. Schol. Vict. ad Il. Φ. 1. εὐῤῥεῖος ἀπὸ τοῦ εὐρεύς καὶ κατ' ἐπένθεσιν τοῦ ι, ἢ ἀπὸ εὐρέης εὐρέεος καὶ κράσει, tacite retracto accentu, qui si suo relinquitur loco (εὐρεέος) perispasis ratio non apparet, eaque causa fuisse videtur, cur Grammatici nominativos in υς et ευς et genitivum epenthesi auctum comminiscerentur cf. Gregor. p. 677. Anecd. Cram. II. 211, 30. aliis ellipsin praetexentibus; Schol. Il. B. 115. δυςκλέα ἐκ τοῦ δυςκλεύς, ἔστι δὲ ἔλλειψις τοῦ ε, οὐ συναλοιφή. Et ad Ξ. 433. ἐΰῤῥεῖος· εὐρέος εὐρεῖος ὡς ἱππέες ἱππεῖς scrib. εὐρέος εὐρῆος, ὡς ἱππῆες οἱ ἱππεῖς, qui εὐρῆος praetulisse videtur ut ἀγακλῆος, sed perperam confert cum ἱππῆος, quod aliter dici nequit[13]). Ὀτρεύς ὁ ἡμίονος

12) Hesychius Ἀχρία ἀχρεῖον, quo confirmatur Philoxeni monosyllabi originatio in Schol. Il. B. 269. ῥῆμα ἔστι χρῶ (ἀφ' οὗ χρής) καὶ μετὰ τοῦ ἄλφα τοῦ στερητικοῦ ἄχρης (sic) ἀπὸ δὲ τοῦδε ἀχρήϊος.

13) De Homero loquor; Aeoles τοῦ Ἀχίλλειος, Πέρσειος, dixisse notum est v. Boeckh. Corp. Inscr. I. 721. b.

Theognostus affert in Anecd. Cram. II. 13, 24. fortasse ex Hesychio Ὄτρεα ἡμίονος, ubi οὐρέα corrigunt. Nominativum ἀμφιδεύς, quem Portus olim ex Herodoteo τὰς ἀμφιδέας exsculpsit, posteriores rejecerunt; neque ἀμφιδέες in Hesychii cod. scribitur sed ἀμφιδέαι· restat autem masculinum τὸν περιπόδιον κόσμον ἢ τὸν ἀμφιδέα Anecd. p. 354, 22. fortasse pro neutro τὰ ἀμφίδεα.

§. 5.

Nominum in ης utriusque declinationis compositio in expedito; primum propriorum Φιλευρικίδης Plutarch. Amat. X. 19. Athen. VIII. 342. B. φιλοθερσίτης Anecd. p. 1189. φιλαριστείδης καὶ φιλοθουκιδίδης Thomas Schol. in Anth. Plan. N. 315. φιλοσωκράτης Athen. V. p. 215. F. φιλαπελλῆς Arcad. p. 28. φιλαρσάκας εἶναι τοὺς Παρθυαίους Strab. XVI. 298. Ὑπερθεμιστοκλῆς cum similibus, quae rarissima esse dicit, collegit Phrynichus App. p. 67. neque recte Schaeferus ad Trach. 550. φιλοσοφόκλειος usurpavit, quae forma reservanda est adjectivis ut ψευδαριστοφάνειος Athen. I. 5. B. Suid. s. Ἀρτεμίδωρος. Deinde ab appellativis paronymis verbalibusque μισοδημότης, φιλοδίτης, γειαρότης, θεολωβητής, τρωγλοδύτης, φρενοληστής etc. quae praeter δικαιοκρίτης accentum simplicium servant. Haec si a personis ad res traducuntur, adjectiva evadunt, ἀδέσποτος, διμέτρητος, τετραμέτρητος, διπάλαιστος etc. A nominibus tertii ordinis, ἱππολέβης, μουνοκέλης, μισογόης, νεοπένης, ψευδοπλάνης, ἑτεόκρητες Hom. et Scymnus Perieg. v. 541. et accentu minus probato ἡμικρῆτες Lyc. 150. νεοκρῆτες Polyb. V. 386. His vero omnibus notabiliora sunt adjectiva, quae Grammatici perfecto passivi subjiciunt, primum προβλής, quod unum ex hoc genere Homerus delibavit, si quidem versus ille, in quo ἀβλής legitur, poetae abjudicatur v. Schol. Il. Δ. 117. Id apud Hesychium ἄβλης scribitur contra Grammaticorum praeceptum, de quo supra dictum Dissert. II. c. I. §. 3. contraque ceterorum usum, ἀσπιδαποβλής, ἀστροβλής, διοβλής, κεραυνοβλής, λιθοβλής Tzetz. Chil. III. 246. πολυβλής Apollon. Lex. s. Ἄβλητα, et παραβλής Maneth. VII. 560. nisi is

potius scripsit νόον παραπλῆγας mente excussos v. ad Aj. v. 598. Secundum est idemque regulae tonicae contrarium ἴγνης et ἑτερόγνης Etym. M. 435, 32. Tertium ἀδμής, quod Liban. T. III. 233. perperam ἀκμής scribitur, et νεοδμής· quartum ἀνδροθνής Aesch. Agam. 814. pro quo non video cur Porsonus ἀνδροκμής supponat, νεοθνής Plat. Legg. IX. 865. E. ἡμιθνής[14]), χειμωνοθνής, quorum tenorem perturbat paroxytonum λιμόθνης Aesch. Ag. 1274. declinatio autem sibi constat τοῦ ἡμιθνῆτος etc. dudumque sublatum est, quod olim vulgabatur apud Xenophontem, τὰ νεογνῆ. Sexto loco succedit ἀνδροκμής, quod in Aesch. Choeph. 889. ante Stanlejum barytonum erat, δορικμής, αὐτοκμής· ultimo ἀκλής, si incorrupta est scriptura Anecd. p. 1005, 14. ἀμφιτρής Nonn. Par. IX. p. 104. ἡμιτρής Anecd. p. 1379. a. ἰθυτμῆτες σπήλυγγες Nonn. Dion. II. 451. pro quo Wellauerus ἰθυτμῆγες scribi jubet ad Apoll. II. 581. sed redit ἰθυτμῆτες ἀγυιαί V. 282. et ut in Maneth. IV. 6. ἡμιτμῆτι πορείᾳ scribatur potius quam quod nuper repositum est ἡμιτμῆγι, suadet codd. scriptura ἡμιτμῆτ', idemque nomen pro ἰθυτνής restituendum in Schol. Il. Π. 44. ἀκμῆτες ὡς ἀδμῆτες· καὶ καθόλου ὅσα παρακείμενα (scr. ἀπὸ παρακειμένου) συντίθειται ὀνόματα εἰς ης λήγοντα, ὧν τὸ τέλος μίαν συλλαβὴν ἀποφέρεται τοῦ ῥήματος μετὰ δύο συμφώνων, ὀξύνεται, οἷον ἰθυτνής (sic) μία συλλαβὴ ἐπὶ τέλους ἀπὸ παρακειμένου καὶ δύο σύμφωνα πρὸ τοῦ η, φλεβοτμής, ἀβλής, ἀκμής. Haec autem omnia unius terminationis vinculis continentur, sicut cetera in ας et ως. Meinekius quidem ad Euph. Fr. LXI. 133. femininam affert positionem in ητις ex Etym. M. Εὐφορίων αὐτὴν (Iphigeniam) ἐτυμολογεῖ Ἑλένης καὶ Θησέως, ὑποβλητὴν δὲ δοθῆναι Κλυταιμνήστρᾳ, quo loco quum cod. Par. ὑποβλῆτιν exhibeat, vir eximius Euphorionem hac ipsa voce usum suspicatur

14) Vanum est discrimen illud Schol. Lyc. 510. ἡμιθνὴς ὁ ψυχοῤῥαγῶν, ἡμίθνητος δὲ ὁ ἡμίθεος, neque differunt ab his ἡμιθανής, ἀθανής, δυσθανής, αὐτοθανής, quo Pythia usa videtur pro αὐτοθάνατος Plut. Quaest. Gr. XII. 383. ἡμιδαμής etc.

et similiter a δασπλής duci δασπλῆτις. De hoc obscurissimo vocabulo et pariter temperatis λιπερνής, λιπερνῆτις, equidem pronunciare non audeam quid habendum sit, sed meum semper judicium fuit, feminina πλανῆτις, γυμνῆτις, χερνῆτις, non a bisyllabis πλανής, γυμνής, χερνής, proficisci, sed a nominibus primae declinationis πλανήτης, γυμνήτης, χερνήτης, atque ad hanc formulam ὑποβλῆτις, si legeretur alioubi, revocare non dubitarem ut a masculino ὑποβλήτης declinatum eademque potestate; ceterum ὑποβλήτης non magis reperitur quam ὑποβλής, sed his similia quaedam τειχεσιβλήτης[15]) et ἐπιβλής, καταβλής, προβλής, συμβλής, primum activae significationis, cetera passivae; unde sequitur ὑποβλῆτιν suppostricem potius significare quam suppositam, ut σιδηροβρῶτις in Schol. Ven. V. 385. Ἄρης φεύγων εἰς Νάξον ἧκε καὶ κατέκρυψεν ἑαυτὸν εἰς τὴν σιδηροβρῶτιν λεγομένην πέτραν, ubi ad Naxon insulam translata est, quae vulgo Naxo Creticae assignatur, lapicidina ἀκόνης Ναξίας, ut Pindarus ait Isthm. VI. 108. quam Naxiam vocant Latini. Photius Ναξίανθος ἡ ἀκόνη, ναξία λίθος ἡ κρητικὴ ἀκόνη. Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης v. Schol. ad Pind. l. c. Steph. s. h. v. Hoc igitur non ad σιδηροβρώς referendum, quod communis est generis, sed ad σιδηροβρώτης.

§. 6.

Nominum in ῐς compositorum ingens est numerus ab omni fere genere vocabulorum, sed ab aliis pauca, ab aliis plurima oriuntur. Ab adjectivis, quae ipsa perrara sunt, nihil emanat praeter ἄϊδρις et πολύϊδρις, nisi ἀνδρόσινις quoque et λοξότροχις (non λοξοτρόχις) et ὀνόγαστρις huic numero adscribere libet; νῆϊς autem simplex ἄῤῥητον habet ut βορβοροτάραξις, ὠτοκάταξις, v. ad Phryn. p. 628. πάμφθερσις[16]).

---

15) Hesychius Ἐπιβλήτης, δοκός, sed jure dubitatur. Δασπλήτης et τειχεσιπλήτης easdem radices habere asseverant Grammatici Anecd. Cram. I. 149. sed parum persuadent.

16) Hoc et φθερσιγενής, φθερσίμβροτος, non ab eodem verbi inclinamento unde δάρσις, κάρσις, derivata esse indicio est diversitas vocalis.

Nec multa reperiuntur a substantivis verbalibus composita, εὔοψις Hesych. s. Εἰδαλίμας, κύκνοψις, φάκοψις, φάοψις Hesych. (post φέγγουσα) μάκροψις Tzetz. Ant. 399. γαλίοψις et λύκοψις (non λυκοψίς) plantarum nomina et ἐχέτρωσις. Sed a nominibus magna multitudo redundat, praecipue a femininis: ἄθεμις, ἀκίθαρις, βρίμηνις, γλώσσασπις, δύςμηνις, εὔτροπις, κακόφατις, κυσοβάκχαρις, θηρόλεξις, λεπτόμητις, μενεφύλοπις, μισόφροντις, πολύθηρις, ταραξίπολις Phil. in Flacc. 985. A. φίλυβρις, χρυσόῤῥαπις etc. non ita multa a masculinis et communibus, ἀλευρόμαντις, δύςορνις, μελλόποσις, πρωτόποσις etc. Ex hoc numero duo sunt a Grammaticis tractata declinationis causa: τὰ παρὰ τὸ μάντις σύνθετα διὰ τοῦ δος κλίνεται, κοσκινομάντιδος, ἀλευρομάντιδος, προμάντιδος Anecd. p. 119. quod nisi de femininis intelligi voluit ut τῇ προμάντιδι Pausan. III. 4, 5. communi usu refellitur, ἐν φαρμακομάντει Athen. VI. 261. F. οἱ θεομάντεις Plat. Apol. p. 22. C. Niceph. Gr. Hist. VIII. 8, 208. B. οἱ ψευδομάντεις IX. 5, 252. C. Herodo. IV. 69. Plutarch. de Pyth. Oracc. XXV. 291. ἰχθυομάντεις Athen. VIII. 333. D. Ἀχαιομάντεις et Θουριομάντεις Hes. tum ἀλφιτομάντεις, κριθομάντεις et ceteri hujus farinae ap. Jamblich. de Myst. p. 4. Artemid. II. 69. Clement. Adm. II. p. 4. Poll. VII. 188. atque ionica προμάντιος ὀνείρου Nonn. XLVIII. 263. ὑδρομάντιες Maneth. IV. 212. φιλομάντιες III. 293. Sed propria ita ut illi volunt declinantur, τοῦ Εὐμάντιδος Paus. IV. 16. Θουμάντιδος Athen. XII. 551. A. Βίωνος τοῦ Ἀριστομάντιδος Inscr. Cephalen. N. 1929. Vol. II. quod Boeckhius pro ἀριστομάντεως accepit. Alterum hoc est: ἀγκυλόμητις, ποικιλόμητις, δολόμητις κλίσιν οὐκ ἰδίαν ποιεῖται, ἀλλὰ κλίνεται ἑτεροκλίτως ἀγκυλομήτου κτλ. ὡς πρέσβυς πρεσβύτου Moschopul. ad Hesiod. Opp. 47. et Philem. p. 5. quorum sententia aut perverse tradita aut falsa est; nam generis masculini casus omnes reperiuntur τοῦ πολυμήτιος Hom. αἰολόμητιν Hesiod. Th. 511. ἀγκυλόμητιν Nonn. XXI. 253. κλυτόμητιν H. H. in Vulc. XIX. 1. neque solum ubi altera forma metro adversatur, sed etiam ubi convenit ut Pind. Isthm. VII. 13. ἱππόμητιν, Epigr. Adesp.

CCCLIX. a. ὦ κλυτόμητι, pro quo Homerus ὦ δολομῆτα, ὦ ποικιλομῆτα dixit, Aeschylus ὦ αἰπυμῆτα, sed idem ubi metrum poscebat οἱ δολομήτιδες Suppl. 750. neque alterum substantivis femininis adaptari potest: πολυμήτιδι τέχνῃ Orph. Arg. 126. βουλὴν ἀγκυλόμητιν Nonn. Par. IV. 75. θεὰ δολόμητι Dion. VIII. 126. πραΰμητιν Ἐλευθὼ Pind. Ol. VI. 71. ποικιλομήτιδες ἆται Soph. Fr. Terei IX. In exitu senarii Hesiod. Opp. 48. quo loco Homerus semper ἀγκυλομήτης, ποικιλομήτης, posuit, nemo probabit ἀγκυλόμητις. Sed pro πολυμήτου τέχνης Anth. Pal. IX. n. 63. recte nunc legitur πολυκμήτου, pro αἰολομήτοις Tzetz. Anteh. 28. αἰολομίτροις, quae ipsa vocabula a librariis confusa sunt in Theocr. XVII. 19. neque aliud hujus heteroclisiae exemplum suppetit. Accentus, quem Grammatici huic generi praescribunt, tanta servatur constantia ut παμμῆτις Simonid. Fr. CCXXI. Gaisf. XXXIII. Schneidew. et si quid simile intervenit v. Muetzell. de Theog. p. 21. id librariorum incuriae deberi conveniat, qui ut a προφήτης προφῆτις, pariter a παμμήτης παμμῆτις declinatum esse putarunt. Verum enim vero compositum est, ut εὔπατρις et similia adjectiva, de quibus nota est Grammaticorum praeceptio: proparoxytona esse quae ab oxytonis brachycatalectis composita sint, paroxytona, quae a macrocatalectis, quam regulam migrant φιλελπίς Anecd. p. 70. μελαναιγίς Aesch. Sept. 699. χρυσαιγίς Bacchyl. Fr. XX. (nec correxit Schaeferus ad Dion. p. 400.) κυαναιγίς Pind. Ol. XIII. 100. aliaque, quae Siebelisius ad Paus. I. p. 256. perite emendat. Sed multo saepius contra alteram regulae partem peccatum est, ἁλικρηπῖδος ἀρούρης Nonn. I. 289. πολυψηφῖδι θαλάσσῃ Naumach. Praecc. Conj. v. 60. et cum masculinis πολυψηφῖδα παρ' Ἕρμον Anth. Pal. XIV. 112. et saepius in hac clausula v. Schneider. ad Plat. Civ. VIII. 566. C. τῷ μονοκρηπίδι (sic) Artemid. IV. 63, 378. τὸν μονοκρηπῖδα pluribus locis, quos Jacobsius indicat ad Anth. Plan. N. 127. p. 854. denique in ipsis Homeri carminibus nonnulli femininorum epitheta ἐΰκληΐς, πολικληῖδι, ἐϋπλοκαμῖδες, scripserunt propterea quod Grammatici quidam adjectiva, quae constanter substantivis feminini generis adjuncta

reperiuntur, accentum nominum unde composita sunt, retinere tradiderunt; quo errore Spohnius quoque de Odyss. p. 191. implicatus est[17]). Sed antiquorum Technicorum haec fuisse videtur sententia, acuenda esse nomina in ις, quae unius sint generis sive brachycatalecta, καταιγίς, λευκομαινίς, συνωρίς χαμεταιρίς, περισκελίς, sive in longam exeuntia, οἰνοκηκίς Galen. de Simpl. Med. Fac. VII. 22. p. 25. T. XII. ὀπισθοκρηπίς εἶδος ὑποδήματος Hes. περικνημίς, προκνημίς v. Arcer. ad Aelian. Tact. p. 107. sed gravanda esse communia, hoc est adjectiva, διχόμηνις, λεύκασπις, εὔαγλις (non εὐαγλις ut Schneiderus, neque εὐαγλίς ut Passovius) εὐκνήμις, πολυκλήϊς, quorum si alia femininis potissimum attribuuntur, alia masculinis, id non efficitur terminatione, quae utrique generi communis est, sed aut ex natura rei pendet, cui adjuncta sunt, aut fit fortuito, nullamque affert accentus mutandi causam; πατρὶ σὺν εὐώδινι Nonnus usurpavit XLVIII. 975. nec dubium, quin conclave δόμος εὐκλήϊς vel πολυκλήϊς dici possit. Genus neutrum horum adjectivorum, quae per ιδος declinantur, mihi incompertum, ceteris Grammaticorum scitu concessum v. Anecd. II. 119, 17. satisque usitatum est: τὸ ἄναλκι Cyrill. c. Jul. I. 24. D. ἄχαρι Philostr. Ap. VII. 35, 314. Athen. IX. 397. A. βαρύμηνι ἦθος Philo Quod omn. prob. p. 878. E. τὸ δύςερι Plat. Legg. IX. 863. B. Dionys. de Thuc. II. 813. Synes. Ep. LXVII. 213. A. δύςδηρι Nic. Ther. 738. δύςελπι Arist. Probl. XXX. 1. p. 955, 4. μῆχαρ ἐλέπτολι Tzetz. Anteh. 373. εὔελπι Thucyd. IV. 62. Dio Cass. XLII. 1. Max. Tyr. XX. 2, 390. Julian. Ep. LIII. 104. Heliod. II. 6, 58. ἐπίχαρι Plat. Civ. VII. 528. D. εὔχαρι Himer. Or. XIII. 5, 548. Aretae. Cur. Diut. I. 4. 308. λιπόπατρι Etym. M. 760, 41. φιλόπατρι Synes. Ep. CIII. 241. Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 362. T. VII. φίλερι Agath. Hist. I. 13, 25. A. φιλόπολι Thuc.

---

17) Graefius Nonn. X. 163. ὄλβον εὐψηφῖδα scripsit et IX. 273. βαθυκρηπῖδος ἐρίπνης, sed Κίμψον ἐύψηφιδα XIII. 465. ἀλικνήμιδι ἀπήνῃ XLIII. 199. θεοκρήπιδος Ἀθήνης XXIV. 96. εὐκρήπιδα λόφον XLIII. 222. et alia praetermisit intacta.

VII. 92. Sed ceterorum casuum mira raritas: *τέκνα φυγῆς ἔτι νήϊδ' ἐόντα* Oppian. Hal. I. 760. *ὀκτάκνημα ὀκτακέρκιδα* Etym. M. *αὐτοσκωμμάτων ἀστικῶν καὶ αὐτοχαρίτων ἀττικῶν* Alciphr. III. 43. pro quo *σκωμμάτων ἀστικῶν καὶ αὐτοχαρίτων* scribendum videtur. Hinc admonemur comparationis, quae duplex est; una poetica *ἀθεμίστερος* Oppian. Hal. I. 756. *ἀχαρίστερος*, altera vulgaris inter secundam et tertiam declinationem ambigua, *εὐχαριτώτερον* Aelian. I. 59. Appian. Civ. II. 26. p. 209, 90. *ἀχαριτώτατα* Herodo. VII. 156. *ἐπιχαριτώτερος* Suid. s. *Ἐπαφρόδιτος*, quae ut neutrum *ἀχάριτα παθήματα* Herodo. I. 207. ab utroque nominativo repeti possunt, nam suavis, gratiosus, urbanus modo *εὔχαρις* dicitur modo *εὐχάριτος* et hoc nonnunquam pro *εὐχάριστος* v. Wesseling. ad Diod. XVIII. 28. Dorvill. ad Char. 616. Schneider. ad Demetr. de Eloc. c. CXXX. 55. similiterque cetera composita v. Pierson. ad Herodian. p. 441. Ast. ad Plat. Legg. p. 297. Ed. Pr. quanquam Buttmannus Gramm. §. 67, 4. de *ἐπιχάριτος* dubitat. Communi usui aptum est *δυςελπιστότερος* Socrat. Epist. VII. p. 13. et cetera verbalia. E monosyllabis unum mihi praesto *ὠκιώτατος*. Sed de compositione quae dicturus eram, nondum absolvi. Ab *ὄρχις* non solum *ἔνδορχις* Anecd. p. 1370. *κρύψορχις*, *μόνορχις*, *τρίορχις*, quod in cod. reg. legitur Aristot. Histor. Animal. VIII. 5. (3.) sed et *ἐνόρχης*, *σποδόρχης*, *τριόρχης* vulgo et apud Aristophanem ipsum, qui semel metri causa admisit *τρίορχος*, alii *ἄνορχος* et *ἔνορχος*; Herodoti codices VI. 32. VIII. 105. variant *ἐνόρχιας*, *ἐνόρχας*, *ἐνορχίων*, *ἐνορχιέων* sive *ἐνορχέων*, et genitivus ionici similis *τῆς τριόρχιος* legitur Paul. Aeg. IV. 41, 149. De his, quae cum *πόλις* composita sunt, dixi ad Phryn. p. 606. omissis quae a praepositione ordiuntur, *ἔμπολις*, *πρόπολις* (*τοῦ προπόλεως* v. Bos. Ellips. p. 187.) *περίπολις* (nisi *περίπολος* scripsit) *καὶ δρομάς* Poll. VII. 203. His intermixta sunt quaedam ex altero ordine declinationum, *περιπόλιος*, *προπόλιος* et leniter inflexum *προπόλεος* fortasse ambiguitatis causa, aliisque fontibus derivata *βαρημήνιος*, *ὑποτρόπιος*, *περιτρόπιος*, *ὑπεράκριος*, sed ab *ἀσπίς ὑπασπίδιος*, ab *Ἄλπεις ὑπάλπειος*, *ὑπεράλπειος* at-

que προςάλπειος. Ab ὄρνις non solum illa, quae supra retuli, et genitivi simile πολυόρνιθος, sed etiam ἄορνος v. Cellar. ad Curt. VIII. 11. Wesseling. ad Diod. XVII. 85. Trisyllabum in ις unum est δύναμις, vox solitaria, unde compositum herbae nomen χιλιοδύναμις, adjectivis communibus aliorsum deflexis ἀδύναμος, ἐνδύναμος, ἐναντιοδύναμος, μεγαδύναμος Hesych. s. Εὐρυσθένης, quibus apponi licet ἔφηλος ὁ ἐφηλίδας ἔχων Suid.

§. 7.

Substantiva in ος quum componuntur, terminationem asciscunt cujusvis generis participem, plerumque ης tertiae declinationis, quod genitivum in ους mittit excepto ἀμένης ἀμένητος τὸ παιδίον, διὰ τὸ μὴ ἔχειν μένος Etym. M. 81, 41. Anecd. Bekk. p. 1189. Nec raro ος secundae. Etym. M. 399, 5. Anecd. Cram. I. 129. τὰ εἰς ος ἀπὸ οὐδετέρων συντεθειμένα ἀπὸ εὐθείας συντίθεται, ξίφος ἄξιφος, δύςριγος, πλὴν τοῦ εὔτειχεος. Hoc modo formata sunt ἀκέλυφος, ἄθαμβος v. Wyttenbach. ad Plut. de Aud. p. 383. T. I. ἄμενος παρὰ τὸ μὴ ἔχειν μένος Arcad. p. 62, 18. fictum videtur ad explicandam originem substantivi ἀμνός, ἀφθιτόμισος Maneth. IV. 234. a verbo repeti potest, δωδεκάσκυτος, ἔμβρεφος, εὔρηχος, εὔερος, εὔστηθος Tzetz. Posth. 470. εὔσμηνος, πολύσμηνος Choeril. ap. Herodian. π. Μον. 13, 8. et φιλόσμηνος, ἰσόϋψος Galen. T. XVIII. P. I. 757.[18]) κάταλσος Eustath. ad Dion. 321, 15. pro quo Strabo καταλσής dixit, κάτοξος, κατάχρεος et ὑπόχρεος, μεγαλόσθενος, ὁμόλεχος, ὁμόειδος, πολύγλευκος, πολυστέλεχος, πολύκτηνος, πολυπάμφαος, τετράσκελος Joann. Gaz. Ecphr. II. 691. Phot. s. Ἱππαλεκτρυών, τὰ μεσόσκελα Zonar. s. Κιχῶναι, *monoscelus*, φίλανθος Porphyr. ap. Euseb. Praep. III. 110.[19]) φίλετνος

---

18) Μεγαλόπλατος Schol. Dion. ap. Hemsterhus. ad Lucian. Tim. §. 26. ἰσόπλατος v. Schweighaeuser. ad Athen. T. III. 178. ἐπίπλατος Hesych. ab adjectivis repeti posse apparet ex his: τοῦ ὀξυγλύκου Paul. Aeg. III. 39, 95. φιλόγλυκος Eustrat. in I. Nicom. p. 21. b.

19) Φίλανθος andronymicum est Paus. V. 2, 4. ut Λύκανθος Xe-

etc.[20]) Praecipue vero duo nomina ῥύγχος et χεῖλος huc inclinant: βούρυγχος, κακόρυγχος, κλαδαρόρυγχος, μακρόρυγχος, ὀξύρυγχος, πλατύρυγχος, φοινικόρυγχος, βαρύχειλος, ἰσόχειλος Geopp. XII. 19, 4. χεράςχειλος, λαγώχειλος Galen. Iutr. III. 681. T. XIV. σκολιόχειλος, φοξίχειλος, et in codd. Arist. H. A. IV. 4, 3. λεπτόχειλα et παχύχειλα, homericumque ἐννεάχιλοι nonnulli interpretati sunt ἐννεαχειλεῖς. Sed unum ex his Homerus ad primam deflexit declinationem Anecd. p. 1190. ὡς παρὰ τὸ ῥῖγος γίνεται δύςριγος καὶ παρὰ τὸ θάρσος Ἀλιθέρσης καὶ παρὰ τὸ ξίφος ἄξιφος, οὕτω καὶ παρὰ τὸ χεῖλος ἀγκυλόχειλος σύνθετον καὶ λοιπὸν ἀπὸ τούτου παρασύνθετον ἀγκυλοχείλης, ἀγκυλοχείλου, quod qui a χηλή compositum putant, reprehenduntur ab Etym. M. p. 11, 3. Brevius Schol. Il. XVI. 428. ἀγκυλοχεῖλαι παρασύνθετον ἐκ τοῦ ἀγκυλόχειλος ἢ ὡς τὸ δεδόκεται παρὰ Κρατίνῳ, vitiose scriptum pro δωδεκέται. Choeroboscus Anecd. p. 1375. b. Ἀττικοὶ δωδεκαέται λέγουσι cf. Adn. ad Phryn. p. 408. Ergo ut ab ἔτος δωδεκετής ducitur et δωδεκέτης, similiter a χεῖλος ἀγκυλοχειλής et ἀγκυλοχείλης, quanquam illi deest forma in ος, cujus paraschematismus perhibetur ἀγκυλοχείλης. Non minus variatur in compositione nomen τεῖχος. Primum Apollonius de Pron. p. 38. C. de Synt. II. 31. p. 187. ubi ἀλλοδαπός, ἡμεδαπός etc. ab ἔδαφος compositum esse defendit, quinque hujus terminationis exempla affert ἄστεφος,

---

noph. Μέλανθος et Φάλανθος, Πύρανθος urbis nomen Steph. feminina Βισάνθη, Ἰάνθη, Λυκάνθη Arcad. Οἰάνθη quorum primum non magis compositum est quam Ζάκανθα, Ψαλάκανθα Hephaest. Hist. c. V. ipsumque ἄκανθα sive ἄκανθος ab ἀκή productum. Nec satis certum quod Suidas affirmat, φάλανθος adjectivum ab ἄνθος ἡ λευκὴ θρίξ compositum esse. Κήρινθος (cerinthe) cum κῆρος, ἐρέβινθος (λέβινθος, γέρινθος) cum ὄροβος, ervum, cognatum videtur. Γαλινθιάς in γαλῆν mutata dicitur Antonin. c. 29. μήρινθος et πείρινθος producta sunt a brevioribus, τερέβινθος sive τέρμινθος fortasse a τρέμιθος. Sed ἀσάμινθος, quod veteres copulatum putant, αἴγινθος, ὑάκινθος, Κόρινθος, Σάμινθος (a σάμος?) Προβάλινθος etc. unde orta sint, nemo probabiliter docebit.

20) Μυριότειχος Matthiae ad Eur. Iph. T. 139. verbum nihili esse pronunciat; si propter terminationem, fallitur.

ἄξιφος, δύσριγος, κακόπαθος[21]), εὔτειχος, cujus superlativum εὐτειχότατος Davisius in Maximi Tyr. XXVII. 3, 38. e codd. restituit; neque solum εὔτειχος Grammatici afferunt, sed etiam καλλίτειχος Etym. Gud. 151, 18. Anecd. Crameri T. I. 112, 2. δίτειχος ib. II. 294, 9. et oppidi castellive nomen Διδύμον τεῦχος v. Berkel. ad Steph. posteriores in unum contraxerunt, πρὸς Διδυμότειχον Niceph. Hist. VIII. 11, 219. F. τῷ Διδυμοτείχῳ IX. 1. 239. B. etc. Homerus autem plus semel εὐτείχεος usurpavit, quod unum hujus generis exemplum novit Scholiastes ad Il. XVI. 57. τὰ εἰς ος λήγοντα οὐδέτερα συντιθέμενα ἀπ' εὐθείας συντίθεται, ξίφος ἄξιφος· μόνον τὸ τεῖχος καὶ ἀπὸ γενικῆς τείχεος εὐτείχεος, cui similia sunt sed novitia ἀνείδεος Stob. Ecl. I. 11, 310. Cyrill. c. Jul. I. 32. C. et πανείδεος Theolog. Arithm. In Pind. Nem. I. 24. πολέμου μναστῆρα χαλκεντέος λαὸν ἵππαιχμον codd. quatuor χαλκέντεον praebent convenientius canoni Porsoniano, de quo dixi ad Aj. p. 129. Hesychiumque pro Εὐμάξεως εὐφυὴς τοῖς αἰδοίοις scripsisse suspicor εὐμέζεος. Tertia forma est imparisyllabae declinationis εὐτειχής, quae apud unum Pindarum ter legitur, ἀμφιτειχής et ἑπτατειχής apud Aeschylum conspirantibus in accentu libris cetera dissonis; in Eur. Andr. 1010. Matthiae εὐτείχη πύργον edidit; quo auctore, tacet solumque hoc adnotat in codd. εὐτυχῆ scribi; in Alexidis versibus Athen. XIV. 644. B. ὦ τὸν εὐτυχῆ ναίων Πάρον vulgatae propius est εὐτειχῆ, quam quod Dindorfius reposuit εὐτείχη· pro θεοτείχεα Τροίην Epigr. Adesp. CCCCXCVII. Anth. P. Append. N. XIV. in editionibus Agonis Homerici, unde illud sumtum est, θεοτειχέα legitur; pro λινοτείχεα in Dionysii versibus ap. Steph. s. Γάζος codex Rheding. (v. Praefat. LXIII.) denuo inspicientibus fortasse paroxytonum ostendet, quod in Edd. haeret; eumque accentum huic vocabulo praescribit Photius p. 117, 1. ὥςπερ τεῖχος εὐτειχὴς καὶ σθένος ἰσοσθενής, οὕτως εὖρος ἰσευ-

21) Si hoc nomen, quod e codd. additum est, recte paronymis adnumeratur, eodem referenda erunt δυῆπαθος et quae in suspicionem vocata sunt ἀκρόπαθος atque ἔκπαθος Hesych.

ρῆς. Apud Homerum vero illa fuit ἡ τετριμμένη τάσις, nec mutare ausi sunt veteres; μεταπλασμός εὐτείχεα ὡς πυργοκέρατον πυργοκέρατα Schol. Il. l. c. Verum antiqui poetae, si qui metaplasi usi sunt, id non temere neque versus concinnandi causa sibi erogarunt, sed ob rationes longe graviores, quarum nulla in hunc locum convenit. Itaque nos potius prosodiae veteris inconstantiam causabimur, cujus et antiqui magistri nos admonent in Anecd. Crameri T. I. 158. εὐτείχεα - ὤφειλεν εἶναι εὐτειχέα, apposito canone datisque exceptionibus, quibus tota causa magnopere implicatur. Ne quis autem ἀγκυλοχείλης recordatus protocliton εὐτείχης comminisceretur ionice declinatum ut δεσπότεα, obstabat substantivum feminini generis, cui adjunctum est, et forma accusativi, qua Homerus non utitur. Trisyllaba in ος omnino pauca sunt, ἔδαφος, ἔρεβος, κέλυφος, κίναδος, ὄνειδος, ὄφελος, μέγεθος, πέλαγος, σέλαχος, στέλεχος, τέμενος, τέναγος, et pauciora hinc composita, quae omnia Grammatici paroxytonesi subjicere videntur: τὰ παρ᾽ οὐδετέρων εἰς ος ληγόντων συντεθέντα δισύλλαβα (δισυλλάβων) μὴ τῷ η παραληγόμενα, ὀξύνεται — πρόσκειται δισύλλαβα διὰ τὸ εὐμεγέθης, εὐστελέχης Anecd. Crameri T. I. 158. sed εὐπελαγέος Μελιβοίης editum est Orph. Arg. 168.

Paucis absolvam quae in ιος exeunt, ἐντείχιος, ἐπιτείχιος, ὑπερνέφιος Schol. Il. 495. XXIV. 97. ὑποβένθιος, περιστήθιος, ἐπισίνιος, ἐπικήδιος, quod plerique in ἐπικήδειος vertendum putant v. Jacobs. ad Aelian. V. 34. et cum adverbio composita: εὐέριος, ab Atticistis reprobatum, ὁμοέθνιος Phot. ὁμογένιος Dionys. Antt. VI. 21. pro quo ὁμόγνιος dici solet, εὐγένιος, quod Hesychius interpretatur εὐγενής, nisi huic forte nomen proprium propositum fuit, cujus generis ea est propria terminatio, Εὐγένιος, Εὐσέβιος, Ἐπιφάνιος, nec solum in hac terminatione sed universe; δρακόντειον αἷμα, τὸ δὲ κύριον Δρακόντιος· λεόντειος δορά, τὸ δὲ κύριον Λεόντιος Choerobosc. in Anecd. Cram. T. II. 285. Γερόντιος etc. v. Comm. ad Aj. p. 115. In ειος legitime terminari solent, quae cum praepositionibus coaluerunt: ἐπέτειος, προέτειος, ἀποτέλειος, προτέλειος, καταδάνειος, nisi hoc a

δάνειον potius quam ab obsoleto δάνος compositum est. Et quae cum aliis orationis partibus, ab hoc flexu non aliena μακρέτειος, εὐέρειος, ὁμήθειος, ἀκρώρειος, κακοθέρειος Schol. ad Hesiod. Prooem. p. 5. et ad Opp. 638. μεσέρκειος Schol. Ven. Π. 231. quorum pleraque speciem adjectivi simplicis referunt. Neque id hujus terminationis proprium est, sed admittitur saepius partim distinguendae significationis causa, sicut φιλοίκειος (v. Jacobs. ad Aelian. p. 174.) multum distat a φίλοικος, φιλοδίκαιος[22]) a φιλόδικος, ἐλλόγιμος ab ἔλλογος, nec χρυσοφάεννος plane idem quod χρυσοφαής, partim etiam nulla hujusmodi ratione, χρυσοκόκκινος Niceph. Gregor. Hist. VI. 2, 103. E. quod si propter neutrius τὸ κόκκινον usum excusatur, supersunt alia τριμίτινος, δυςχειμέρινος, ἀπανθρώπινος Dialog. Hermipp. de Astrol. II. 6, 38. χρυσελεφάντινος[23]), δυςορφναῖος, ὁμευναῖος, ἀδέσμιος, ἀκαίριος, ἀώριος, φιλόρθιος, βαθυπλούσιος, μεγαπλούσιος, πολυόλβιος, πολυδίψιος, sed πολυόλβιος in suspicionem venit, ut et ἀχρήσιμος[24]), φοινικορόδιος, βαθυπέδιος, quod si cum ceteris ab hoc etymo compositis contendimus, nihil adversamur Boeckhio ad Pind. Nem. III. 17. id contra analogiam sermonis formatum esse, sed num a βαθύπεδος propagari nequeat βαθυπέδιος ut ἀθέσμιος, ἁλιῤῥόθιος, φυγοδέμνιος, ψευδόρκιος, μεσοπλεύριος Schol. in Hippocr. p. 105. aliaque quae substantivis in ιον adjuncta sunt, et cur βραχυχρόνιος, πολυχρόνιος, praevaluerint brevioribus altioris est quaestionis. Hic nihil addam praeter quae prioribus adjuncta sunt paragogae supervacaneae exempla: παραμόνιμος, παραφρόνιμος, ποτιφόριμος

22) De ὀρθοδίκαιος Aesch. Eum. 994. quaeri potest, synthesisne sit ut ὀρθοδίκης an parathesis ut adverbia ὀρθῶς καὶ δικαίως Aeschin. c. Ctes. p. 479. Ὑπερδίκαιος non dicitur sed ὑπέρδικος duplici intellectu, ἀκριβοδίκαιος contra et ἀκροδίκαιος.

23) De λευκελεφάντινος Hesych. dubitatur. Λιθαργύρινος et ὀρειχάλκινος huc omnino non pertinent.

24) Theophr. Caus. VI. 19. (18.) 3. Urbinas οὐ χρήσιμος suppeditat. Ex regula opponuntur sibi invicem χρήσιμος — ἀχρεῖος Stob. Flor. XCVIII. 33. p. 526, 32. χασμῳδιώδης — ἀχασμώδητος Rhetor. Graec. T. III. 544.

Epicharm. Athen. III. 121. B. *ἀνόστιμος*, *παλινόστιμος*, a quibus secerni oportet, quae primitivis carent ut *ἀδόκιμος*, *προςδόκιμος*, *ἐμποίνιμος*, *ὑπερβόλιμος*, quaeque aperte cum simplicibus composita sunt ut *αὐλοὶ τέλειοι* — *ὑπερτέλειοι* Athen. XIV. 634. F. aut a compositis derivata ut *ἀναπόμπιμος* et *διαπόμπιμος* ab *ἀναπομπή*, *φιλαπλοϊκός* a *φιλάπλους*. Postremo huc referam *ἰσοτέλεστος* pro *ἰσοτελής*, *ταχυβάδιστος*, *χρυσεοπήνητος*, *μελιπτέρωτος*, *φιλωρείτης*, *παιδοποιητής*, *κωμῳδοποιητής*, *μικραδικητής* oppositum *τῷ μεγαλάδικος* Aristot. Rhet. II. 17. p. 1390, 29.

§. 8.

Sequitur trias nominum in *ους* terminatorum. Ab *ὀδούς* et ionico *ὀδών* procedit duplex forma adjectivorum, quorum nonnulla pro substantivis valent, *μονόδους*, *μυριόδους*, *σινόδων* sive *συνόδων* Aristot. H. Ann. VIII. 2. qui piscis a Polluce *συνόδους* vocatur; *ἐριόδων ὁ μεγάλους ἔχων ὀδόντας* Hesych. secundum ordinem literarum in *ἐριώδων* mutari oportet. Sed utriusque terminationis discrimen qualecunque a nonnullis traditum esse apparet ex admonitionibus Grammaticorum; Phrynichus App. 58. *προώδων ἡ προέχουσα τοὺς ὀδόντας καὶ ἐπὶ τοῦ ἄῤῥενος*· et Poll. II. 96. *ὁ προύχοντας ἔχων τοὺς ὀδόντας καλεῖται προώδων· καὶ προόδους ἐπὶ θηλυκῶν*. De genere neutro nos edocet Etym. MS. Hermanni de Em. Gramm. p. 28. *τὸ καρχαρόδουν καὶ τιμήειν ἀπὸ τοῦ καρχαρόδον καὶ τιμῆεν γέγονε κατὰ πλεονασμόν*. Hinc est quod pro *καρχαρόδουν καὶ χαυλιόδουν ζῶον* Aristot. de Part. Ann. III. 1. p. 661, 23. quae Buttmannus Gramm. §. 63, 2. incassum suspectat, libri nonnulli praebent *καρχαρόδον καὶ χαυλιόδον*· et vulgo legitur *τὸ ἄμφωδον* III. 2. p. 663, 36. ubi codd. *ἄμφοδον*, sed *τὸ καρχαρόδουν* Philostr. V. Ap. IV. 38, 178. Aristot. H. Ann. II. 29. quo loco in codd. *καρχαρόδον* et *καρχαρόδων* scriptum invenitur; *τὸ ἀμφῶδον* apud eundem compluries v. Addend. *ὀξυόδοντι γενείῳ* Nonn. XL. 484. Neutri pluralis haec habemus exempla: *χαυλιόδοντα γένεθλα* Oppian. Cyn. III. 6. *τὰ καρχαρόδοντα* II. 262. Galen. de Usu Part. XI. 2, 588. Aelian. H. Ann. XI. 37. *πολυόδουσι*

γενείοις Nicand. Th. 53. Super haec adnotanda est correptio ultimae νωδός, et anadrome genitivi γέρων ἀνόδοντος, tertio femininum κενοδοντίς ad similitudinem masculini in ων conformatum ut θεράπων, θεραποντίς. Non minus quam illa generi neutro apta sunt adjectiva a πούς composita πολύπουν γένος Plat. Tim. p. 34. A. τὸ ἄπουν Arist. H. Ann. III. 1, 1ι τὸ εἰλίπουν Hipp. de Articc. p. 146. T. III. τὸ τετράπουν Callim. Fr. 87. τὸ ἀργυρόπουν Athen. V. 212. B. Pluralis numeri formae ambiguae sunt, μῆλα ταναύποδα Homeri, et persaepe alibi τὰ ἄποδα, δίποδα, τετράποδα. Etsi enim nomina secundae declinationis potissimum de mensura dici solent v. ad Phryn. p. 546. coll. Jacobs. ad Anth. Pal. 679. Ellendt. ad Arrian. T. II. 350. nihilo secius pro ζώοις τετραπόδεσσι Maneth. VI. 415. Diodorus II. 42. scripsit ζώοις τετραπόδοις, Nonnus XI. 486. ἀελλοπόδοιο τοκῆος, nisi ἀελλοπόδαο dedit, ut Hesiodus Οἰδιπόδαο, variatque scriptura Alciphr. III. Ep. 27. ubi ἑτερόποδα receptum est pro ἑτερόποδον, et nominis topici Τρίποδες et Τρίποδοι Strab. VIII. 394. Quamobrem superlativus πολυποδώτατος Tzetz. Chil. IX. 911. ambiguum est, utri declinationi assignandus sit. In utramque partem Graeci protoclitis uti solent: ἑπταπόδης, ὀκταπόδης, τριπόδης, ἀελλοπόδης, ἀερσιπόδης, γυμνοπόδης, ψαυκροπόδης, prae quibus Homerus ἀργίπους, ἀελλόπους, εἰλίπους etc. dicere amat, et in absoluto casu τρίπος, ἀελλόπος, ἀρτίπος, quae paroxytona sunt ut Grammatici praescribunt ad Il. IX. 505. eumque accentum habent τετράπος Arat. 214. Macrob. de Differ. Verb. p. 726. τετράπον Aenigm. XV. 321. T. III. Anall. ἀελλόπος Nonn. XII. 54. XXIV. 135. XXXVII. 159. XLVIII. 247. μικρόπος Tzetz. Posth. 372. Οἰδίπος Alcaei Mess. Ep. XXI. 492. T. I. neque in simplicibus, quibus Dores iota subtrahunt, χαρίες, Μαλόες, τιμῆεν Anecd. p. 1187. detractio literae affert mutationem accentus. Sed proparoxytona ἀέλλοπος Nonn. XXVIII. 288. (vitiose ἀελλοπός XXXIV. 260. et Paraphr. XI. 97.) σάρapος Alcaeus Fragm. VI. 16. ὤκυπος in ultimo versu Hymni in Apoll. p. 518. T. II. Anall. ἄρτιπος Agath. Ep. XXI. 4. et LV. 5. p. 40. et 50. T. III. pro quo in Anth. Pal. paroxytonum successit v. Jacobs. Praef.

XXXVII. et Adnot. p. 117. miraturque Eustathius p. 768, 46. τὸ ἀρτίπος καὶ ἀελλόπος διὰ τί μὴ προπαροξύνονται μετὰ τὴν ἀπέλευσιν τοῦ ῡ ὁμοίως τῷ πούλυπος, idemque p. 787, 53. de νηλίπους dubitat ne a λίπος potius quam a πούς compositum sit. Accentum autem abjecta litera ῡ non retrahi miratur ideo quod hyphesin sequi solet anabibasmus toni, ζέα, χρόα, ζόη, δέρη, φλόος, κάτασχε, ἔπισχε, ὑπόδρα, χῶρι, ἐληλαμένος etc. [25]) Itaque illud quoque plerumque proparoxytonon est sive πόλυπος scribitur Athen. VI. 224. E. sive πούλυπος Oppian. Hal. III. 224. E. Isidor. Ep. I. Nonn. VI. 269. Joann. Ecphr. II. 87. sive πώλυπος, quod Athenaeus p. 316. A. Aeolibus tribuit, sed evagatur longius v. Hipp. de Morb. II. 243. aliosque ap. Schweighaeus. T. III. 287. Nec minus fixum accentum habet νήλιπος, quod qui a dorico nescio quo ἦλιψ propagatum putarunt metuo ne id consilii ceperint, quod non facile explicare possint; nam et illius vocabuli etymon inexcogitatum est, neque credibile videtur νήλιπος aliter compositum esse atque νηλίπους et νηλίπεζος, cujus pars posterior idem significat quod πούς, ut ἐξάπεζος, χιονόπεζα, prorsusque inauditum est Οἴδιψ illud, unde Doederlinus ad Oed. C. 342. Oedipi nomen productum esse sumit sine ulla pedis significatione. Postremo Munckerus ad Anton. c. XVIII. avem ἠέροπον eandem esse putat, quam Aristoteles et Apostolius ἀερόποδα vocant. Substantivorum significationem acceperunt τριόδους et τρίπους, unde adjectivum πολυτρίπους compositum est, eamque nativam habent γεισίπους, ἱστόπους, καλάπους, κλινόπους. Adjectiva, quae praepositionem recipiunt, diversam pro significatione speciem sortiuntur; namque aliter dicitur τὸ ὑπόπουν, quod sub se pedes habet, aliter τὸ ὑποπόδιον, quod sub pedibus est, περιποδίη ἡ ὑπὸ πόδας οὖσα Galen. Gloss. ἐμπόδιος, ἐπιπόδιος, παρπόδιος, περιπόδιος, sed pro περίποδα ὑποδήματα Poll. VII. 84. recte corrigunt περὶ πόδα, neque aliter scribendum videretur Niceph. Blemm. Geogr. p. 6. κατοικοῦσι τὰ πρόςποδα τοῦ ὄρους,

---

25) Similis quodam modo est trisyllaborum in ῑον exeuntium diversitas, θύριον, λύριον, κόριον, παιδίον, κλειδίον, ομιλίον.

nisi succurreret τὰ πρόποδα τῶν ὀρῶν Schol. Nic. Th. 345. Πρόπους rursus substantivum est. — A βοῦς composita sunt εὔβους, πολύβους Anecd. p. 701, 5. et cum correptione ultimae μέσαβος sive μέσαβον, Πόλυβος. Etym. M. 680, 57. Πόλυβος συγκοπὴ οὐχ ἀφαίρεσις· εἰ γὰρ κατ' ἔλλειψιν ἐγένετο, ὤφειλεν εἶναι Πολύβος ὡς ὠκύπος, quanquam et hujus accentus instabilis est, nec remanet in χείμαῤῥος similibusve qui ante erat. Μέσαβον autem Pollux I. 252. auctor est μεσάβοιον quoque dici et μεσόβοιον, quod conferendum cum ἀλφεσίβοιος, μυριόβοιος, δεκάβοιος (ut δεκάχοιος Hesych.) in Draconis lege Poll. IX. 61. ne solis hoc concessum putemus poetis. His adnexa sunt, quae supra memoravi, ἀβούτης, πολυβούτης, et proparagoga ἀργιβόειος, ἑπταβόειος, πουλυβόειος, ὠμοβόειος Dio Cass. LXXVII. 7. quod in communi sermone ὠμοβόϊνος dici solet v. Valcken. ad Herodo. VII. 91. cum feminino γῆς Εὐβοείας Sophocl. Thyest. VI. ad ultimum ὠμοβοεύς, ut βοεύς, ἰστοβοεύς. De neutro οὖς quum jam supra §. 1. exposita sint quae ad rem pertinent, unum restat πλακοῦς, cujus genitivum imitantur adjectiva ἀπλάκουντος et φιλοπλάκουντος, nominativi formam atque adeo accentum retinent substantiva κοπτοπλακοῦς et μηλοπλακοῦς Galen. de Alim. Fac. II. 23, 603. T. VI.

§. 9.

Amplior producitur numerus nominum in $\overline{υς}$, partim a masculinis ἐξαπέλεκυς, ἰσόνεκυς, ἰσόπρεσβυς, καλλίβοτρυς, μικρόσταχυς, φίλιχθυς, ψευδόμαρτυς atque alia indidem composita, quae C. II. §. 4. produximus; a femininis εὔγηρυς, κυάνοφρυς, τρίκορυς, μακρόγενυς et μικρόγενυς, a quibus ἡμιγένειος, μακρογένειος, ὀξυγένειος, χαλκογένειος, tantum distant, quantum γένειον a γένυς. Accentus utriusque generis idem est, sive a barytonis composita sunt sive ab oxytonis, sive longa est simplicium ultima sive brevis; vitiosa sunt ἱερομάρτυς l. c. Λευκόφρυς in codd. Lycophr. 346. apud Hesychium αὐτομάρτυς, ἑλιβότρυς, μικροβοτρύς (s. Μικρόῤῥωξ), ὀρθοκόρυς, nec ferri potest oxytonum πανοιζύς ἑστία Aesch. Choeph. 49. nam quod Bernhardy opinatur Synt. p. 50.

πανοιζὺς substantivum esse cum alio substantivo conjunctum, id neque ad excusationem accentus quidquam confert neque graece dici potest. Aeque mendosa sunt ἐναλιδρῦς in lemmate Poetae de Herbis c. XIV. 191. et καλλίχθυς in Hedyli Epigr. III. 526. Anall. T. III. Append. Epigr. XXIX. 764. pro quo κάλλιχθυς scribitur ap. Athen. VIII. 344. E. unde epigramma excerptum est. Substantiva plerumque paroxytona sunt: ἐτυμόδρυς Theophr. H. Pl. III. 8, 2. ἡμερόδρυς Hesych. λινόδρυς Diosc. Mat. III. 102, 449. φελλόδρυς Paus. VIII. 12, 1. et ap. Theophrastum tribus locis, ubi ne semel quidem discrepat Urbinas, χαμαίδρυς Diosc. l. c. Paul. Aeg. VII. 22, 258. Galen. de Simpl. Facult. VIII. 22, 153. T. XII. de Antid. I. 5, 31. T. XIV. eodemque loco χαμαιπίτυς et 12, 59. de Simpl. Fac. VIII. 22, 155. Nonn. c. CLXXXIV. Dioscor. Mat. I. 175. et 176. Eup. 327, 333. et in codd. Athen. XV. 681. D. qua in syllaba accentum retinent secundus tertiusque casus et illis locis et Paul. Aeg. VIII. 3, 231. nominisque proprii Καλαμόδρυς Aelian. V. H. I. 27. dativus Καλαμόδρυϊ scribitur Athen. X. 415, F. Verum alia, quae in Dissert. IV. §. 7. exhibui, hinc discrepant; quin Dindorfius ad Arist. Fragm. p. 8. perispomenon offert τοὺς ἀπιχθῦς, id est τοὺς μὴ ἐσθιομένους ἰχθύς, quod hoc intellectu substantivum est ut πρότηθυς, ναρδόσταχυς Paull. Aeg. VII. 3, 248. Schol. Nic. 604. γέρανδρυς atque μέλανδρυς (non μελάνδρυς). Sed hoc idem adjectivum est secundae declinationi accommodatum πίτυος ἐκ μελανδρύου Aesch. Philoct. N. 235. cujus femininum esse videtur sed substantive usurpatum ἡ μελανδρύα, quod Theognostus Anecd. Cram. II. 106. inter nomina primae declinationis κωδύα, καρύα, ὀξύα etc. refert; eundemque locum obtinuerunt neutra, χαμαίδρυον trissago Galen. Eup. III. 521. T. XIV. μελάνδρυον quod nonnulli in Odyss. Ξ. 12. pro μέλαν δρυός substituerunt, γεράνδρυον, ἔνδρυον, ἄδρυον, pro quo Pindarum Fragm. XXIII. 126. ἄδρυς dixisse Boeckhii conjectura est. Eodem pertinet μεσόφρυον. Adjectivorum fines non egressa ἄμυος Hipp. de Articc. p. 216. T. III. Galen. de Temp. III. 6, 70. Paul. Aeg. I. 61, 17. ἀριδάκρυος, βαρυδάκρυος, πολυδάκρυος, εὐβότρυος, εὐκόρυθος, τρικόρυθος, πολύϊχθυος,

ac fortasse τριςοίζυος Aeschylo reddendum Fragm. CCCLV. pro τρισόζωος. Sed a νηδύς nullum ducitur adjectivum; nam ὁμονήδυος per errorem scriptum est pro ὁμονήδυιος, quod cum νήδυιος compositum est, ut τριπήχυιος, παραπήχυιος, προπήχυιος, quae Poll. II. 142. restituenda pro παραπήχιον et προπήχιον. Neutralia non componuntur nisi mutata declinatione, ἀγόνατος, πυκνογόνατος, καμψεσίγουνος, ἁρπυιόγουνος etc. excepto nomine δάκρυ, unde ἄδακρυς, ἀναγκόδακρυς, βαρύδακρυς, ἔνδακρυς, πολύδακρυς, quorum nullum casum nisi primum et quartum demonstrare possum in utroque numero, ἀριδάκρυες et ἑτοιμοδάκρυες Eustath. p. 115, 36. neque plures in usu fuisse affirmat Matthiae Gramm. §. 114. p. 292. Sed Hesychius tamen affert Ἀριδάκρυσι πολυδάκρυσι, neque ratio apparet, cur Graeci huic adjectivo angustiores fines circumscripserint quam similibus: εὐστάχυος πεδίοιο Quint. Cal. II. 402. εὐσταχύεσσιν ἀμάλλαις V. 61. πολυβότρυος ἀντ' Ἀμύροιο Hesiod. Fragm. XIX. Βουπρασίου πολυβότρυος Theocr. XXV. 11. quo exemplo et primo Quinti cognoscitur, haec adjectiva non duorum, ut Lexicographi perhibent, generum esse sed trium, idque non solum in casibus imparibus; nam ἑνδεκάπηχυ legitur apud Homerum, παράπηχυ et ἐπίπηχυ apud alios, εὔσταχυ Niceph. in Synes. p. 353. C. Eustath. Opusc. III. 13, 84. ἀρίδακρυ Aristot. H. Ann. IX. 1, 4. quod hinc affert Schol. Il. XX. 252. ἱερόδακρυ Melanipp. Ath. XIV. 651. F. πολύδακρυ Christ. Pat. p. 266. B. ἐπίδακρυ Hesych. s. Μυδαλέον et ὑπόδακρυ s. Γλαμυρόν, δάκρυ ἄδακρυ Hermannus restituit Iph. T. 832. ὑπέροφρυ Eustath. Or. II. 11, 62. Alterum est ἄστυ, quod cum solis praepositionibus cohaerescit non uno modo: συνάστεος Simonid. Fragm. XXVI. 191. προάστιος ὡς Βυζάντιος Steph. s. Ἄστυ, quod poetarum usibus inservit, et προάστειον, quod toties hoc accentu signatum legitur, ut properispomenon προαστεῖον Themist. Or. VI. 82. A. non minus sit suspectum, quam poetica forma in libris Thucydidis II. 34. IV. 69, 2. et Strabonis XII. 577. XIV. 653. Artemid. III. 62. etc. Cetera hujus generis insociabilia sunt: βράθυ, γῆθυ Psell. in Anecd. Boissonadii T. III. 224. κάχρυ, κόνδυ, μέθυ, μίσυ, μῶλυ, νάπυ, πῶυ,

σῶρυ, φῖτυ, quibus Theognostus Cram. II. p. 79. et 120. addit *ἄσχυ ἀπόρευμα (ἀπόῤῥευμα) δένδρου* ex Herodo. IV. 23. et ignotius *τρῆνυ*, Hesychius *Κόχυ πολὺ πλῆθος.* Sed *τὸ γένυ*, quod Passovius apud Tragicos legi affirmat, legitur nusquam. Unicum et singulare est *ἀδελφός*, si pro vero valet, quod vulgo traditur, compositum esse a *δελφύς·* nam pro *χρύσοφροι* Aelian. H. Ann. XVIII. 28. XVI. 12. nunc *χρυσόφρυες* legitur a codd. oblatum; *ἀμφιπέλεκκος* et *ἡμιπέλεκκος* proxime absunt ab homerico *πέλεκκον.* Adjectiva autem in *υς* exeuntia si cum praepositionibus conjungantur, plerumque servare terminationem, si cum aliis orationis partibus, fere semper mutare, multis exemplis ostendi ad Phryn. p. 533. quibus addo *ἄπολυ* Anecd. Ind. p. 1335. *ὑπέρπολυ* et *σύμπολυ*, ac feminina non mota, *κόμη ἀπευθὺς οὖσα (ἀπαιθύσσουσα?)* Stob. Ecl. I. 29, 586. T. II. *δῆξις ὑπότραχυς* Galen. Gloss. 418. *ἡ ὑπόπλατυς σανίς* Schol. Lyc. 641. Quibus explicatis restant verbalia, quae pauca sunt: *ἔπηλυς, κάτηλυς, μέτηλυς, νέηλυς, ἐργότρυς κατάσκοπος ἔργων* Hesych. *κάτηρυς* apud eundem *Κατήρυδες αἱ καταῤῥέουσαι ἄμπελοι* a *ῥύω, ῥέω*, sed *εὔῤῥυς*, quod Eustathius ut supra dixi §. 4. genitivo *εὐῤῥεῖος* praestruit, accentus et declinatio adulterinum esse arguit, neque usitatum est *βρίηπυς*, quo Herodianus utitur ad explicandum *βριήπυος* in Schol. Ven. *N.* 521. *ἤπυς ὡς γῆρυς, βρίηπυς ὡς μελίγηρυς, οὗ ἡ γενικὴ τοῦ βριήπυος μετέστη εἰς εὐθεῖαν.* Haec autem verbalia per *δ* declinata ab illo genere, quod genitivum in *ατος, ητος, ωτος*, mittit, non solum hoc differunt, quod duas consonas a perfecto verbi passivi translatas non habent, quae illorum nota est a Grammaticis tradita v. §. 5. sed etiam generis neutrius participatione, *ἔπηλυ ὕδωρ* Paus. II. 5, 2. *ἔπηλυ πλῆθος* in Heracliti Epist. a Boissonadio edita ad Eunap. p. 428. *τοῦ ἐπήλυδος γένους* Dionys. Antt. I. c. 60. *ἐπήλυδα ἔθνεα* Herodo. VIII. 73. quod nemo ad nominativum *ἐπήλυδος* refert, quem Struvius in Suppl. Lex. Schneid. ex Sibyllinis profert depravatum fortasse ex *ἐπήλυτος. Ξύγκλυδα συγκεχυμένα* Hesych. *συγκλύδων καὶ μιγάδων ἠθῶν ἀνάπλεοι* Philo de Legg. Spec. II. 789. A. §. 14, 312. Mang. Apostolii glossa *σύγκλυδος*

advena ap. Dorvill. ad Char. p. 575. auctoritatem nullam affert, meritoque Graefius ad Nonn. XXXIV. 157. damnavit nominativum ὁμήλυθος.

§. 10.

Jam perventum est ad ultimam catalexin ῶς, tribus nominibus affixam, quorum unum χρώς declinationem duplicem, propagines diversissimas habet. Earum duas Atticistae discriminant: ἁπαλόχρως διὰ τῆς ω, οὐ διὰ τῆς ου Phryn. App. p. 18. λευκόχρως ἀττικῶς, λευκόχρους ἑλληνικόν Moeris p. 252. idque satis comprobatum est; sed dubitatio restat de accentu. Nam vulgo haec barytona sunt ἀλλόχρως (Eur.), ἀλφιτόχρως (Aristoph.), ἀνθεσίχρως (Athen.), ἄχρως Hippocr. Epid. VII. 634. T. III. ἐνερόχρως (Alciphr.), γλυκερόχρως (Anth.), κελαινόχρως (Anth.), κυανόχρως (Eur.), λευκόχρως (Anth.), πάγχρως Synes. de Prov. I. 114. B. παρθενόχρως (Anth.), τρίχρως Aristot. Meteor. III. 2. p. 371, 14. τρυφερόχρως Paul. Aeg. V. 3, 162. aliaque haud pauca; eumque accentum Arcadius p. 93, 21. et monosyllabicis [26]) adscribit, λευκόχρως, ἀείζως, et polysyllabicis, χρυσέρως, λυσίδρως· sed excipit attica δύςερως, φιλόγελως. Persaepe tamen hoc praeceptum negligitur praesertim in obliquis: κηροχρῶτες Athen. XIII. 608. D. τακεροχρῶτες X. 449. B. τερενοχρῶτες III. 131. D. ξανθοχρῶτες VII. 325. E. μελαγχρῶτες Eur. Hec. 1106. quod in duobus codd. Flor. proparoxytonon est, ut κελαινόχρως Aesch. Suppl. 785. μελάγχρως Plat. Phaedr. 253. E. ubi codd. aliquot μελαγχρώς praebent, ut κυανοχρῶτα Mosq. in Eur. Phoenn. 308. πελαργοχρῶτες Lycophr. 24. ὑπολευκοχρῶτες Hippocr. Epid. I. 402. T. II. pro quo proparoxytonum legitur ap. Galen. Comm. I. in L. de Humor. VIII. 90. T. XVI. Alia est forma vulgaris εὔχρους Aristid. Or. XLIV. 568. T. I. pro quo in cod. Laur. εὔχρως scriptum; μελάγχρους Plut. V. Arat. c. XX. μελάνοχροι Galen. Eup. II. 391. T. XIV. ἑτερόχροος μορφή Nonn. XXXII. 79. πολύχροον ἄνθος Damocritus ap. Galen. de Comp. sec. Locc. X. 2. 636.

---

26) *Monosyllabicis* dixi diversum a *monosyllabis*.

B. etc. ducta a recto χροῦς ut χοῦς, quem Buttmannus et Passovius Graecis abjudicant, sed Herodianus π. Μον. p. 17. Ionibus pertritum esse testatur; et aucta epenthesi γλαγεόχροιος Tzetz. Posth. 527. μελίχροιος v. 366. πολύχροιος Anteh. 213. ἑτερόχροιος Polem. Physiogn. I. 6, 195. Suid. εὔχροιος Hipp. Mul. I. 758. T. II. λευκόχροιος Epidem. II. 434. T. III. παράνοιοι de Morb. I. 209. T. II. σύμπνοιος Aret. de Sign. Acut. I. 10. p. 20. similiaque ad Phryn. p. 495. allata, quibus omnibus non idem auctoritatis adjungo, multoque minoris aestimo ἐλαιόχρωος Anon. de Alim. p. 411. in Anecd. Boisson. T. III. μονόχρωος, quod Bastius produxit Ep. Crit. p. 24. et μελίχρωος quod Boissonadius inconsultius revocavit in Philostr. Her. XIX. 9, 736. Vulgatioris formae neutra pluralia ambigua sunt ὄστεα ταμεσίχροα Paull. Sil. Ep. XL. 54. Anth. P. X. n. 60. φῦλα κρατερόχροα Oppian. Cyn. III. 337. nec τῶν μελιχρόων Philostr. Imagg. I. 4. decerni potest secundaene sit declinationis an tertiae, ut γλαυκόχροα καρπόν Pind. Ol. III. 23. λιπόχροα ταῦρον Nonn. XIX. 65. οἱ μελάγχροες Herodo. II. 104. quibus praeivit homericum ἐγχείας ταμεσίχροας. Et hujus casus transversos poetae neutralibus quoque connectere solent: ὑγρόχροος ὑψόθι νώτου (nisi masculinum est) Joann. Ecphr. I. 283. μελανόχροος ἀντὶ καρήνου Nonn. XXVI. 300. ταμεσίχροϊ κέντρῳ XXXVII. 379. XLVII. 124. Vulgo autem neutra attice declinantur: τὸ εὔχρων Plat. Legg. II. 655. A. Arist. Thesm. 644. Eqq. 1171. ἄχρων Plat. Charm. 168. D. πυρόχρων Aristot. Rhet. III. 3. ὁμόχρων καὶ μονόχρων de Gener. Ann. III. 1. p. 749, 20. c. 3. p. 755, 4. ubi codd. mire quam variant ὁμόχρουν, μονόχροον, μονόχρωμον, μονόχρωον· iidem τὰ μονόχρω de Incess. V. 6. p. 786, 3. pro μονόχροα praebent; ἥπατα εὔχρω de Part. Ann. IV. 2. p. 622, 23. Nec obliviscendum est μελαγχροιής a χροιά compositum, de quo Schol. Od. Π. 175. μελαγχροιής ὀξυτόνως· τοῦτο δὲ κατὰ συγκοπὴν Ἀττικοὶ μέλαγχρις, quod ap. Moeridem p. 262. μελάγχρης, a Bekkero rectius μελαγχρής scribitur, ut et alibi editum est et in Menandr. Fr. CCCXL. 281. cum neutro junctum μειράκιον μελάγχρές. Et ἀχρής quoque (non ἄχρης) ex ἀχροιής sive

ἀχροῆς contractum dicit Etym. M. p. 281. δέρμα εὔχροές Odyss. XIV. 24. ubi εὔχροον scribi Scholiastae adnotant. His accedit sexta forma genitivi similis μελίχρωτος, quod Schneiderus damnat, nec ipse dubito quin Aristaenetus μελίχλωρος scripserit vel μελίχροος v. Schneider. ad Plat. Civ. T. II. 175. sed defendit Bastius Epist. Crit. p. 24. κυανόχρωτος afferens ex hymno Orphico, cui ὀζόχρωτος *hircosus* Gloss. et εὔχρωτος ex scriptoribus inferioris aetatis addi possunt, analogiae haud aliena.

Alterum est φώς et φῶς. Ab illo Simonides composuit δαμασίφωτα τὸν ὕπνον Schol. Ven. Ω. 5. quod hujus generis unicum est, sed φῶς multa ex se progeneravit, velut substantiva, σκιόφως (Heliod.), σεληνόφως (Chaeremon.) et λυκόφως, quod Eustathius p. 449, 12. et p. 809, 41. una cum γλυκόφως p. 689, 23. plebejae adscribit dialecto cf. Corais ad Heliod. p. 175. ac genitivus τοῦ λυκόφωτος legitur ap. Hesych. s. Λυκοειδέος. Tum adjectiva ἄφως et λειψίφως, quae Eustathius p. 811, 63. barytona esse dicit διὰ τὴν σύνθεσιν. Sed quaeritur quomodo nominativus τοῦ ἀμφιφῶντος scribi oporteat; Athenaeus XIV. 645. A. placentam ἀμφιφῶντα dici ait aut ob faculas circumpositas aut quia affertur die, quo lunam occidentem sol exoriens occupat, coelumque duplici illustratur lumine, ὁπότε ὁ οὐρανὸς ἀμφιφῶς γίνεται. Id certe ἀμφίφως scribere convenit; sed placentae nomen sic ut Ξενοφῶν, Ἀγλαοφῶν, scriptum esse ostendit declinatio; neque causabor ambiguitatem veteris scripturae Poll. VI. 75. ἀμφιφῶνες. Peculiaris feminini forma est ἀναφωτίς, quod recte acuitur ut ἐπωτίς, sed properispomenon esse oportet herbae nomen ἀγλαοφῶτις, cujus accusativus est ἀγλαοφῶτιδα ap. Poetam de Herb. 154. Adjectiva trium generum genitivo assimilantur, αὐξίφωτος, (αὐξίφωνος nihili est) ἀρχίφωτος, ὁλόφωτος, πλησίφωτος, τρισσόφωτος, quae omnia apud scriptores christianos inveniuntur, ut et πάμφωτος Maxim. Monach. Exeg. Pasch. p. 335. in Uranolog. Petavii, πολύφωτος Schol. Ven. I. 477. ὑπέρφωτος Maximus l. c. et Eustath. Or. XXIV. 238. cum praepositione ἐμφώτειος. Ab antiquiore nominis forma composita sunt ἀμφιφαής, ἑτεροφαής, πλησιφαής etc. ipsumque κελαινεφής hinc ducunt Grammatici v. Etym. M.

Polysyllabicorum declinatio quae sit, declarat Choeroboscus Anecd. p. 1197. τὰ εἰς ως σύνθετα τὴν τῶν ἁπλῶν φυλάττουσι κλίσιν, οἷον λυσίδρως, λυσίδρωτος, χρυσέρως, χρυσέρωτος, φιλόγελως, φιλογέλωτος· εἰ δὲ ἀττικά εἰσιν, ἀποβολῇ τοῦ σ ποιοῦσι τὴν γενικήν, ὁ δυσέρως, τοῦ δύσερω, accentibus iis, quos scripsi. Moeris φιλόγελω Ἀττικοί, φιλογέλωτος Ἕλληνες. Regulam sequuntur οἱ δυσίδρωτες et εὐίδρωτες in Theophrasti Fragm. de Sudoribus saepe iterata, ἀνίδρωτες Aret. de Sign. Diut. I. 16, 122. II. 7, 151. sed crebra transgressio est in Hippocratis libris, ἐν πυρετῷ ἀνιδρῶτι Coacc. p. 272. T. I. et ap. Galen. Comm. II. in Prorrh. I. 642. et 643. T. XVI. πυρετοὶ ἀνιδρῶτες Epidem. II. 428. IV. 513. T. III. Ab eodem nomine duo secundae declinationis oriuntur adjectiva ἄνιδρος Hipp. de Vict. Acut. p. 75. T. III. τὸ εὔιδρον Theophr. l. c. 19, 816. κάθιδρος Phot. et Hesych. quod et Suidae pro κάθιδρως reddit Kuesterus. Et cum replicatione genitivi ἀνίδρωτος Hipp. Epid. VII. 653. et 665. τὰ εὐίδρωτα Aristot. Probl. I. 17. XXXVI. 2. Quae nomen ἔρως in exitu habent, partim propria sunt ut Ἀντέρως, Συνέρως Galen. Comp. sec. Locc. IV. 774. T. XII. Ἑρμέρως, Χρυσέρως sive Χρύσερως v. Ebert. Dissert. Sicul. p. 153. quorum interpretatio incerta, partim communia significatione inter se diversa; nam ἵππερος, nomen comicum, substantivum est et παιδέρως, sive planta ita dicitur Diosc. Eup. c. 182, 310. sive unguentum Phot. illud amorem equorum denotans, hoc quod amatur a pueris; sed Ζεὺς παιδέρως, quod Pollux III. 70. jocose fictum dicit, pueros amantem declarat sicut δυσέρως misere amantem; cetera a nominis casibus sunt composita vel secundo ut ἀντέρως amethysti nomen, vel quarto ut λυσέρως et ἀνακάμψερως, quod recte proparoxytonos scribi videtur ut θρήνερως, μίσερως Poll. VI. 189. quod Theodosius Gramm. p. 68. cum δύσερως, κάκερως, πολύερως conjungit; ἰδέρως tamen, ὁ ἅμα τῷ ἰδεῖν ἐρῶν, paroxytonum est apud veteres Lexicographos. Anadromae similitudo in hoc numero nulla praeter ἀπέρωτος ἔρως Aesch. Choeph. 600. quod ipsum nonnulli eximunt ἀπέρωπος scribentes. Item a γέλως et substantiva componuntur, ἔγγελως, κατάγελως atque κλαυσίγελως,

et multo saepius adjectiva αἰσχρόγελως, ἐγερσίγελως, ἡδύγελως, πρηΰγελως, ὑβρίγελως, φιλοπουλύγελως, quae plerumque in declinatu crescunt; sed ambiguum est Athen. XIII. 591. C. Φρύνην ἐπικαλουμένην κλαυσιγέλωτα, adjectivumne sit an substantivum. Ac pro φιλόγελως dicitur etiam φιλογέλοιος, quod genus compositionis supra attigimus; sed πολύγελος vereor ne fictum sit a Lexicographis; neque in numerum admittam φιλόγελοι, quod duo codd. Aristot. Rhet. II. 13. p. 1390, 22. pro φιλογέλοιοι praebent; quo loco sequitur neutrum tertiae declinationis ἐναντίον τὸ ὀδυρτικὸν τῷ φιλογέλωτι. A femininis deflexa duo quae afferam habeo: Δηοῦς εὐρυάλωος Nonn. IV. 409. VII. 82. XXXIX. 139. Par. XI. 106. alterum substantivum Μιργάβωρ τὸ λυκόφως Hesych. quo a principio adjectiva προσεῷος et ὑπηοῖος ducuntur. His si addidero verbalia, cursus, quem ingressi sumus, peractus erit. Plurimis ortum dedit verbum βιβρώσκω· ἄλιβρώς Lycophr. 443. ubi codd. optimi et plurimi ἀλιβρός substituunt ut ζαβρός [27]), νεογνός, et Eur. Troad. 436. ὠμοβρῶς Κύκλωψ codd. ὠμοβόρος et ὠμόβρος, quorum omnium eadem est correctio; τὸν ἀβρῶτα Paul. Sil. Ep. LXVI. Agath. Hist. II. 31. p. 71. A. ἀνδροβρῶσι χαρμοναῖς Eur. βαρυβρῶτα στόνον Soph. ἡμιβρῶτες Athen. 202. C. τοῦ κρατοβρῶτος et τοῦ παιδοβρῶτος Lycophr. βοραὶ σαρκοβρῶτες Moschio Stob. Ecl. I. 9, 38. p. 242. cui simillimum οἰνοβρῶτα βορήν Nicandri, τῷ νεοβρῶτι saepius apud Hippocratem significatione activa ut pleraque illorum et χειροβρῶτι δεσμῷ Stesichor. ap. Zenob. VI. 44. (omissum a Kleinio). Unum substantivi locum obtinuit vermiculi nomen, quod τριχόβρως scribitur Phot. οἱ τριχόβρωτες Arist. Ach. 1079. (1111.) vitiose τρίχοβρος Hesych. saepius τριχοβρῶτες, v. Schol. et Comm. ad Arist. l. c. Anadromae similitudinem habent ἄβρωτος, ἀνδρόβρωτος, θριπόβρωτος, λυκόβρωτος, ὠμόβρωτος, pro quo apud Hesych. s. Χάρυβδις male ὠμόβροτος legitur atque haud

---

27) Ab eodem verbo compositum videtur μολοβρός, nisi simplex est *molestum* significans; Hesychius Μολορός (sic) λυπηρός, ἀηδής. Sed de λάβρος veteres sine dubio errant.

scio an Aesch. Suppl. 287. *κρεοβόρους Ἀμαζόνας* scripserit, non *κρεοβότους*, quod non magis dici posse videtur quam *γαλακτόβοτος*. His adnumeranda sunt *ἀγνώς*, cujus usus frequentissimus, accentus stabilis est, *ἀλλογνώς*, nisi Empedocles *ἀλλόχρως* scripsit v. Aglaoph. 838. *ἀπτώς*, *φυλλοστρώς* et *ἀτρώς*, quod affertur in Choerobosci canone ap. Suid. et Etym. M. s. *Ἀβλῆτα*. *Κυαμότρως* commentum est nescio cujus in Schol. Arist. Eqq. 41. nec tutiora Hesychiana illa *Ἀζῶτες οἱ μὴ εἰς τὰ συνεστῶτα παρόντες* [28]) et *Εὐαλὼς εὐχερῶς θηρώμενος*, cujus in locum *εὐαλής* reponunt; nam adjectiva copulata in *ας*, *ης*, *ως*, quorum genitivus in *τος* exit, omnia a verbis ducta sunt iis, quae consonas duplices easque ut plurimum mobiles habent *βλ*, *κρ*, *πτ*, *στρ*. Quod in causa est, cur Hermanno *χερνής* a verbo *νέω* sive *νήθω* compositum esse Opusc. T. V. 106. minus assentiar; ac ne aptum quidem videtur viris nomen opificii, cui mulieres praefici solent, repugnatque etiam motio generis *χερνῆσσα*, nulli verbalium concessa, et paraschematismus *χερνήτης*, *χερνήτωρ*, ut *λιπερνής*, *λιπερνήτης*. Nominis *αἰγοθής*, quod Etym. M. profert, ignoti auctores, ignota declinatio. Semel legitur *ὑποδρής* Nonn. Par. VI. 185. *γινώσκων ὅτι λαὸς ὑποδρὴς ἔσκεν ἑταίρων*, nisi *ὑποδρήσσεσκε* scripsit, ab *ὑποδράω* vel *ὑποδρήσσω* id est *ὑποδέρκομαι*. Neque communem analogiam sequuntur antiqua vocabula, *δμώς*, quod pro *δμής* in usum venit mutata declinatione, et composita, *ὑποδμώς*, quod veteres ob praepositionis pleonasmum acui consentiunt Arc. p. 93. Etym. 435, 36. *ἑτεοδμώς*, cujus solus genitivus *ἑτεοδμώων* apud Hesychium extat olim a Ptolemaeo lectus Odyss. *Π*. 305. et *καθακλῶθες* vel *κλῶθες*, quod ex metaplasmo ortum putant, *κλῶθες ἀντὶ τοῦ κλωθοί*, vel, ut Suidas, a *κατακλώθη ἡ εἱμαρμένη* repetunt [29]). Generis neutrius unum consors est: *ἄζων*

---

28) Fere ut latinum *discinctus* pro segnis, instrenuus, sed apud Hesiodum *γείτονες ἄζωστοι ἔκιον* — significantur *οἱ σπεύδοντες παρεῖναι*.

29) Hoc exemplo *λινοκλὼς χλαῖνα* pro *λίνουλκος* correxi ad Phryn. 612. thema *κόλω* esse ratus, unde latinum colus; *κλώθω* certe et *κλώσκω* primitiva dici non possunt.

τὸ νεκρὸν καὶ ἡμίζων τὸ ἡμιθανές Herodian. Epim. p. 239.[30]) ἀείζων ἕλκος v. Ellendt. Lex. Soph. T. I. 24. ὄργανον ἄζων Procl. in Tim. I. 4.

CAP. IV.

De genere neutro adjectivorum in ρ̄ et σ̄ exeuntium.

§. 1.

Quum adjectivorum compositorum terminationes percenserem, dedita opera unicuique exempla generis neutrius subjeci; quod genus quae aut aegre admittunt aut funditus repudiant, nunc exponere aggrediar omissis adjectivis in ν̄ exeuntibus, quoniam haec in C. I. parte extrema commemorata sunt. Eorum quae restant primum est τέκεα ἀπάτορα Eur. Herc. 114. φῦλα ἀμήτορα Oppian. Cyn. II. 567. κακὰ διδυμάνορα Aesch. Sept. 849. εὐήνορα ἀγαθά, λαμπρά Hesych. quae sermoni communi quomodo adaptari possint, ostendit Lycophro 328. τριπάτρῳ φασγάνῳ. Huic subnectam simplex affinis terminationis Paus. IX. 29. 1. Καλλίμαχος μάρτυρα ποιεῖται Ἡγεσίνου τὰ ἔπη, quod dubito num Siebelisius recte cum ἔπηλυ ὕδωρ componat, de quo C. III. §. 9. diximus, non solum quia simplex est, sed etiam quia aliam consonam habet a stirpe μάρτυρ tractam. Pausanias μαρτύρια scribere poterat ut Strabo L. VIII. 481. τινὲς τὰ Λυκτίων νόμιμα ποιοῦνται μαρτύρια, sed videtur masculino uti maluisse, quod Plato Legg. VII. 823. A. cum neutro conjunxit τὸ παρὸν ἡμῖν τανῦν οἷον μάρτυρα ἐπαγόμεθα. Ceteroqui huic usui apta sunt adjectiva ἐπιμάρτυρος, προςμάρτυρος, συμμάρτυρος, ἀμάρ-

---

30) Ἄτροφον γονὴν καὶ ἄζων Quintil. de Mus. II. 151. Hic forte occurrit Philonis locus, quem in Aglaoph. p. 1340. attuli, ἐν ταῖς ἐπιγραφομένοις ἐθωθίων ὑπομνήμασι, quo loco scribendum est ζωδίων, hoc est in commentariis de animalibus sacris, eorumque significationibus, τὰ παρ' Αἰγυπτίοις ἱερὰ ζώδια, δι' ὧν δηλοῦται τὰ πράγματα Schol. Ven. VI. 168.

πυρος. De ψευδόπυρα valet, quod supra de simplici πυρά dixi; ad ceteras necessitates parata sunt ἔμπυρος, κατάπυρος, ζώπυρον etc. Haec breviter transigi potuere; plus curae desiderant adjectiva in ς terminata, quorum nonnulla per genera et gradus moveri negantur.

§. 2.

In Lexicis affertur ὁ et ἡ ἀνδροδάμας, sed femininum non legebatur antequam Boeckhius in Pind. Fragm. N. 147. p. 657. pro ἀνδροδάμαν ῥιπάν metri causa emendavit ἀνδροδάμαντα, neque alium auctorem habet ἀνδροδάμαντ' Ἐριφύλην Nem. IX. 37. sed Isthm. VI. 108. libri complures praebent χαλκοδάμαντ' ἀκόναν, pro χαλκοδάμαν, quod si vir clarissimus veretur ne Pindaro non conveniat, mihi multo magis dubitandum videtur, an terminatio ας, αντος, a participiis masculinis anticipata totque ejusdem generis nominibus propriis insignita Αἴας, Ἀκάμας, Ἄτλας, Περίφας, Θόας, Ἱπποδάμας, Θειοδάμας etc. non sine quadam aurium offensione ad femininum traduci potuerit; quod genus ne cum urbium quidem nominibus Ἀκράγας, Τάρας, communicatur nisi per synesin, nec reperitur in adjectivis: ἀδάμας, τοξοδάμας ἀκάμας cf. Hermann. Opusc. T. III. p. 217. Simplicia duorum generum sunt, nisi quae aut naturae lege alterutri sexui attribuuntur aut usus quodam arbitrio velut τοκάς, μαιάς, θυιάς, σοβάς etc. quanquam haec quoque in aliud, atque primum denominata sunt, transferri videmus, μαινάδι λαιμῷ Joann. Gaz. Ecphr. v. 518. φοιτάδι μόχθῳ v. 89. ἀποφρὰς ἄνθρωπος in notissimo versu Etym. M. p. 131, 20. Neutro autem ut copulentur non licet nisi in casibus iis, quorum idem per omnia genera exitus, δρομάδι κώλῳ, δρομάσι βλεφάροις, φοιτάσι πτεροῖς, μανιάσι λυσσήμασιν, ad quae primus animadvertit J. Scaliger ad Manil. V. 632. postea Brunckius ad Aesch. Sept. 266. accumulavit Tragicorum exempla. Sed eadem libertate usus Aristoteles de Part. Anim. III. 5. p. 668, 7. τοῦ σώματος ῥυάδος γενομένου καὶ μανοῦ, quo plus offensionis haberet τοῦ ῥυάδος σώματος. Verum tamen id quoque ausus est Oppianus Cyn. IV. 222. σπάρτῳ σαλαβι-

νίδι, nisi *τὴν σπάρτον* intelligi voluit materiam pro materiato, et *σπάρτοισιν ἰβηρίσι* Hal. III. 342. cujusmodi femininum masculino per synesin adjunctum *ἄρτοι μακωνίδες* Athen. III. 111. A. et simile *ναστοὺς μελιτοῦντας* Arist. Avv. 567. Exemplis Brunckianis Porsonus ad Orest. 265. addit *τοῖς ἤθασι* Arist. Eccl. 584. et *τῶν ἠθάδων* Eur. Cycl. 250.[1]) et hinc colligit adjectiva hujus terminationis trium esse generum, non adjecto, quod imprimis ad rem pertinet, *in certis casibus*. Nam *τὸ ἠθάς* sine dubio non dicitur nisi si synesis est, ut Aelian. H. Ann. IX. 36. *ἣν δ' ἄρα πέτραις ἠθὰς καὶ ἐν ταύταις νεμόμενον γένος κεστρέως*, qui constructionem, ut solet, direxit ad id, quod significatum est. Neque in contrarium valet *σκάφος ὁλκάς*, quod Buttmannus affert ex Cycl. 504. *γάνυμαι δὲ δαιτὸς ἥβῃ*[2]) *σκάφος ὁλκὰς ὡς γεμισθεὶς ποτὶ σέλμα γαστρὸς ἄκρον*, falso *σκάφος ὁλκάς* nominativos esse existimans, idque Bernhardy Synt. p. 193. comicae assignat licentiae; sed constructum est, ut dicitur, *ὅλον κατὰ μέρος* pro *ὁλκὰς γεμισθεῖσα τὸ σκάφος*, sicut Aesch. Ag. 661. *ναῦς ἀκήρατος σκάφος*. Quae autem Salmasius ad Simmiae Ovum in Poleni Thes. T. II. 704. Ahreschius ad Aesch. Pers. 712. Dilucc. p. 658. et Jacobsius ad Anth. Pal. p. 222. in medium afferunt a Tragicis sumta: *δρομὰς Ξέρξης, δρομάδες Φρύγες, γυμνὰς στόλος, Ἀρκὰς κυνῆ*[3]), ea prorsus legitima sunt, terminatione *ας* duobus generibus aequaliter concessa; ac si *Ἑλλάς* plerumque regionis nomen est, ideo *ἑλλὰς ἀνήρ* addubitari non oportebat a Bernhardyo Synt. p. 48. aliisque, nec magis mirandum aliquos *ἕλλην πόλις* dixisse et porro *ἕλλην θρησκεία* Phot. Cod. CLXXXI. 210. quum utraque terminatio, cujus primitivum est *Ἕλλος* Hesych., generis sit

---

1) *Ἠθάδι βάκτρῳ* Graefius Nonno restitutum ivit Praef. p. XI. *δηλιάσι γυάλοις* Seidlerus Euripidi Iph. T. 1202. (1235.)

2) Ita scripsi pro *ἥβης* ad significandam *epularum affluentiam*, ut *ἡβητήρια* dicitur et *συνηβᾶν* in Scolio.

3) In Antipatri Epigr. c. VII. n. 60. *ὡς ὁ Διωνύσου μεμελημένος ὄνασι κώμοις, ὡς ὁ φιλακρήτου σύντροφος ἁρμονίης*, Huschkius emendat *ἤθασι κώμοις*, Jacobsius aptius *οἰνάσι*, sed praestat *εὐάσι*, quod solo accentu ab *αὔασι* distat; *εὐιακοὶ θίασοι* Anth. Plan. N. 289. p. 713.

communis, quod si Elmslejus negavit (ac negasse videtur Hermanno ad Iph. T. 344.) facile refellitur. Terminationem ας, αντος, olim affirmavi in casu pari cum neutro consociatam esse ab Euripide Herc. 179. sed is locus nunc rectius interpungitur ita ut γίγασι disjungatur a πλευροῖς. Neque adjectivi in ας, ατος, exemplum reperi nisi quod in Theophr. H. Pl. VII. 1, 4. ἐν τοῖς ευείλοις καὶ εὐκράτοις, quae haud dubie sunt neutra, codices εὔκρασιν et εὐκρᾶσι praebent, quod Schneiderus ad εὐκραής refert persuasione falsa nominum εὔκρας, νεόκρας et similium casus obliquos inusitatos esse.

§. 3.

Adjectivum in αις cum substantivo neutro Manetho conjungere ausus est IV. 585. λέχη λιπόπαιδα, cujus singularis intolerabilis foret. In Pauli Sil. Ep. XLIV. 85. T. III. Brunckius edidit ὁσσάκι γὰρ τόξοιο παναγρέος ἴαχε νευρά pro πανάγρετος, eaque Jacobsio ad Anth. Pal. p. 140. non improbabilis videtur emendatio, inaequalitatem autem generis nullo confirmat exemplo, ac fortasse nullam esse putavit, genitivum illum a παναγρής (ut εὐαγρής) repetens et hoc loco et aliis quos profert, unde substantivum παναγρεύς in Lexica immigravit. Verbalium in ης trium extant exempla ἀμφιτρῆτος αὐλίου Philoct. v. 19. θυμῷ ἐῤῥωμένῳ καὶ ἀκμῆτι τῷ σώματι Paus. VI. 15, 3. et tertium illud Soph. Aj. 324. βοτοῖς σιδηροκμῆσιν, unde haec tota profluxit disputatio. Ac simplicibus quoque hanc licentiam dari, apparet ex Eur. El. 372. πένητι σώματι, quod damnatur Grammaticorum edicto Etym. M. 110, 25. ἁμαρτάνουσιν οἱ προφερόμενοι πενέστατος· ἀπαρασχημάτιστον γάρ ἐστι τὸ πένης οὐδετέρῳ, quod qui pronunciavit, multo vehementius γοητότερος Achill. Tat. VI. 7. p. 137, 25. rejecturus erat. Quemadmodum autem hoc canone declinationis directae utrumque genus una comprehenditur, ita a nobis, ubi occasio se dedit, conjuncte tractatum est; et ut adjectivis incomparabilibus adverbia μᾶλλον et ἧττον subsidio veniunt, sic ea, quae uno genere aut ad summum duobus continentur, neutrum mutuantur ab alia forma vel ejusdem temporis, μελίκρατος, νιφόβλητος, θεόδμητος,

θιόγνητος, ἡμίθνητος, πολύκμητος, σιδηρότμητος (cum metathesi *τμητοσίδηρος*) *ἄγνωστος, ἄτρωτος*, vel etiam diversi *ἄδαμος, δυςθανής, διόβολος, ἄτομος, νεόγονος* etc. quo fit, ut adjectivis in *ας, ης, ως*, sive gradu sive genere obliquo opus est, quoquoversum via pateat. Eoque magis operae est observare contraria exempla, id quod facere institui. Verbalibus nunc addam paronymon *ἀργῆτος ἐλαίου* Nic. Ther. 105. quod si quis ex v. 98. et 224. ubi *ἀργήεντος ἐλαίου* legitur, corrigendum putet, moram affert alterum exemplum *ἀργῆτι ἄνθει* v. 631. Sed pro *ἀργῆτα κέλευθα* Oppian. Cyn. II. 140. Guietus et Schneiderus recte scripserunt *ἀργῆντα*. Alia vero ratione nititur gentiliciorum masculinorum in *ης* cum nominibus neutrius generis marem significantibus constructio, *μειρακίῳ Κρητί* Conon. Narr. c. XXII. pro quo Maximus Dissert. XXVI. 8, 27. maluit possesivo uti *κρητικῷ μειρακίῳ*, sicut Plutarchus V. Philop. VI. 445. *μειρακίου Μεγαλοπολιτικοῦ*; sed eadem generum synesis Achill. Tat. II. 37. 54. *μειρακίου Φρυγός*, Geopp. XIV. 11, 1. *Λάκωνος ὀστράκου*. Neque hoc solum, sed etiam nomina primae declinationis neutralibus adjungi solent: *νησιώτῃ μειρακίῳ* Lucian. de Dom. §. 3. p. 92. T. VIII. *τοῦ Πέρσου μειρακίου* Philostr. Ep. XLVI. 935. *τοῦ Ταυρομενίτου μειρακίου* Jamblich. V. P. 25, 112. (140.) *τοῦ δυστήνου καὶ νομαδίτου γένους* Synes. Catast. p. 303. B. nisi ille *νομαδικοῦ* scripsit. Sed hoc jam ad appellativorum viciniam descendit, quae singillatim exponenda videntur.

§. 4.

Eodem igitur modo dicitur *μειρακίῳ πύκτῃ*, Philostr. Imagg. L. II. 30, 842. *παιδαρίῳ τοξότῃ* Aristaen. I. Ep .15, 75. *μειρακύλλιον ἱματιοκλέπτην* Diog. La. VI. 52, 330. quorum causa in aperto est. Sed fit, ut ea quoque substantiva, quae suo et proprio loco posita sunt, epitheta e diverso genere adjuncta habeant, *ἡδυβόᾳ πνεύματι* Eur. Bacch. 129. *θήκτῃ στόματι* Anth. Plan. n. 266. cf. Friedemann. de Pentam. p. 318. *νηΐτῃ στρατεύματι* Memnon. Hist. XIII. 22. Orell. Sed quod Oppianus Cyn. III. 399. hystricem dicit *ἀκον-*

τίζειν μαλερὸν βέλος νώτοισιν ὀξυπέτῃσιν in genere, ut videtur, neutro, eo loco quum scribi posset ὀξυπετέσσι, praetuli ὀξυβελέσσι, ut in Hal. II. 346. eidem hystrici tribuuntur νῶτα ὀξυβελῆ. Ac si Lehrsio meo de Aristarch. p. 80. parum elegans videtur cumulatio similium βέλος-ὀξυβελέσσι, id saltem graecum esse demonstrat Diodor. XVII. 45, 337. τοῖς ὀξυβελέσιν ἐκβάλλων βελῶν πλῆθος. Ac ne poetis quidem religio fuit idem nomen iterare simplex et compositum: σέλας εὐσελάων φαέων Paull. Sil. Ecphr. II. 41. βοέοις κεράεσσι κερασφόρος Nonn. XLV. 89. τανύσας βέλος (Ἔρως) τόξευε λαγωβόλος — οὐτιδανοῖς βελέεσσιν ὀϊστεύων XLVIII. 266. *miles armiferas aptat ad arma manus* Ovid. Amor. I. 13, 14. Sed instant alia. Gellius II. 24. *vino alienigena* dixit, quod neque cum *mancipium advena* conferendum est, de quo Priscianus loquitur VI. 1. 219. commune generi neutro per ἀλλοίωσιν additum dicens, neque cum Columell. XII. 35. *vinum absinthiten et hysopiten et abrotoniten et thymiten* etc. nam haec nomina a Graecis sumta sunt, qui vinum masculine appellant, *mancipium* vero pro homine dicitur ut φίλε τέκνον, sed *vinum* nomen absolutum est, cui *alienigena* (nisi *alienigeno* scripsit) appositionis modo adjungitur. Idque persaepe in controversia versatur, ex duobus substantivis utrum alieno sit genere positum. Nam ut Κρητὶ μειρακίῳ nihil dubitamus ad schema referre Euboicum, ita, quum Nicander Ther. 195. ἰχνεύταο (sic) κινωπέτου conjungit, certari potest utrum significetur ichneumonis ferae, ut θὴρ λέων in Epimenidis versu[4]) et quod minus ambiguum est φοίνικες τὰ δένδρεα Herodo. II. 169. τῷ φοίνικι τῷ ὄρνιθι Liban. Decl. p. 511. T. I. *avis aquila, ales hirundo* v. Wass. ad Sallust. Jug. XII. 257. Jacobs. ad Philostr. p. 498.[5]) an ut ἰχνευτὴς κύων

---

4) Aelian. H. Ann. XII. 7. ubi Meinekius ad Euph. p. 111. pro θῆρα λέοντα malebat θουρολέοντα. Sed eodem modo Mesomed. in Anth. Pal. XIV. n. 63. λέαινα θήρ, Eur. Herc. 465. θὴρ λέων, Orph. Arg. 728. θὴρ σῦς ἄγριος, Diodor. III. 35. τῶν μεγίστων θηρίων ὄφεων.

5) Τὸν Ὄφιν ποταμόν Paus. VIII. 8. παρὰ τῇ Θήρᾳ τῇ νήσῳ Dio Cass. LX. 29. et similia ad distinctionem homonymorum pertinent, sed

dicitur, ita *ἰχνευτᾶο* epitheti loco cum neutro *κινώπετον* conjunctum sit.

Masculina primae declinationis cum femininis ejusdem et tertii ordinis quam frequenter copulentur, hisce testimoniis probabitur: *ἀργέτα μήνη* Maneth. V. 305. et 587. *ἠπύτα σύριγξ* Quint. VI. 170. *Cibyratae pantherae* Cic. ad Att. V. 21. quibus incertius quod Schol. Odyss. IV. 123. tradit pro *τῇ δ' ἄρ' ἅμ' Ἀδρήστη*, nonnullos legisse *ἅμα δραστή οἱονεὶ θεράπαινα*, sive illi *δρήστης* scripserunt *δρήστειραν* significantes sive *δρηστή* tanquam femininum adjectivi *δρηστός* activa significatione praediti; sed et *δρῆστις* corrigi potest. Grammatici Latini *haec athleta, haec victor, haec tutor* afferunt subtractis testibus v. Schneider. Gramm. II. 1. p. 3. nec fidem facit Priscianus V. 2, 171. *ἡ λῃστής haec latro* non minus recte dici quam *ἡ ἄνθρωπος*. In Anth. Pal. VI. n. 303. Jacobsius edidit *αἱ γυάλων Ναυκράτιδος ναέται*, etsi codd. *αἰγιαλῶν* praebent. *Μαινόλης παράταξις* Theophyl. Sim. Hist. I. 5, 15. B. ne quis huc referat prohibent alii loci c. 11, 21. D. *φλόγες μαινόλει*[illegible] III. 3, 65. A. *τὰς μαινόλεις φρυκτωρίας*. Dionysius Per. 1039. si fidendum est codicum paene omnium scripturae, *πυλέων ὕπαι πόδα Κασπιαδάων* id est *Κασπιαδῶν*, non, ut quidam, *Κασπιάδων*, et Marcellus in Dedic. Reg. v. 5. T. II. 303. Anall. N. 51. Append. Pal. *θεαὶ δέ μιν Οὐρανιῶναι τίουσι*, nisi *Οὐρανιῶνες* scripsit, quod a marmoris scriptura *Οὐρανιῶνα* non multum distat, certe uterque metaplasmi licentia abusus est, cui v. 50. *πρωτόθρονες Ὧραι* tribuitur. Pro *ἀγρῶστα Λυκάς* in Simonidis Ep. LIX. satis plausibilis est Schneideri correctio *ἀγρῶστι* Sed dubitatio nulla de *σίνταο φάλαγγος* Nic. Ther. 715. cui olim in Add. Aj. p. 443. subjunxi exempla compositorum: *χειρὶ μεναίχμᾳ* Paul. Sil. Ep. XLIX. 87. T. III. nisi huic

---

γλαὺξ ἡ ὄρνις, βορέας ἄνεμος, μὴν μαιμακτηρίων, schemata sunt elocutionis, quibus alii alia assimilarunt *λιθίασις νόσος* Schol. Pind. P. III. 1. *νόσος λύσσα* v. Bernhardy Synt. p. 193. Est etiam ut genus a specie distinguatur *τὸν ὄφιν τὴν ἀσπίδα καλουμένην* Aristot. H. Ann. IX. 7. (6.) 3. *οἱ λεγόμενοι πέρναι ἰχθύες* Hippocr. de Diaet. II. 682. T. II. *ὄφις ἀργῆς* Epidem. V. 587. T. II. etc.

ἡ μεναίχμη concedendum est v. Dissert. de Adj. Mot. κώπῃ χιλιοναύτᾳ Iph. T. 141. ἡ παιδολύμας Θεστιάς Aesch. Choeph. 605. τῆς πατροφόντου μητρός Trach. 1125. eidemque poetae Hermannus ex obscuris codicum vestigiis Oed. C. 459. reddidit σὺν προστάταις θεαῖς [6]). Τὴν πατραλοίαν Heliod. X. 38, 443. nec Bekkerus dubitavit Tzetz. Anteh. 354. Χρυσηῒς μὲν ἔην — ξανθοκόμης, quod cod. Paris. offerebat, pro ξανθοκόμη recipere, quae stribligo huic aetati quam fuerit familiaris, ostendit Eustathii ariolatio de Εὐρύκλεια πρωθήβης et Ἰὼ ἐθελοντής v. ad Phryn. p. 5. Pro πελωριστᾷ πόλει Anth. Pal. IX. n. 600. quod satis leviter defendit Grysar. de Comoed. Doriens. p. 164. nunc scribitur πεδωριστᾷ, recte fortasse, si pro μετεωριστή accipitur id est μετέωρος, ut Sophocl. Amph. Fr. IV. τετρώριστος δίφρος, sed illi ad μετεωριστής referunt. Nihilo certiora sunt quae sequuntur: σὰς προφήτας Eur. Bach. 551. pro quo nunc σούς editum; λαθρόποδας τρώκταις (cod. τρόκτας) χερσὶ τίθησι τόκους Anth. Pal. IX. n. 409. quod suspicor scribendum esse τροχαλαῖς χερσί, ad adumbrandum foeneratorem τὸν ἀεὶ κινοῦντα τοὺς δακτύλους Dio Chr. IV. 169. τὸν τὴν περὶ τοὺς ὀβολοὺς κλοπὴν τεχνάζοντα καὶ τοὺς ξυμβάλλοντας τῷ τῶν δακτύλων τάχει ἐκκρούοντα Procop. Arc. XXII. 160. cf. Hemsterhus. ad Lucian. Tim. §. 13. p. 364. T. I. Veteris lectionis si quis subsidium quaerat, proximum est διεργατίναις παλάμαις Epigr. Append. N. 323. quo nitebatur correctio nostra Eur. Iph. A. 615. νεανίαις ἀγκάλαις, ut νεανίας θώραξ Herc. 1095. γραῖα ὠλένη Ion. 1212. [7]) et ex priore genere τοῖς δραπέταις ποσί Aeschin. c. Ctes. 433, 152. Ἀπαρκτίαις πνοαῖς Lycophr. 27. adjectivum esse videtur ut πνοὴ ἄρκιος Eustath. p. 1156, 17. ἄρκτιος ὁ ἀπὸ τῆς

---

6) Dindorfius προστάτισιν emendat; lenius erat προστάσιν praestitibus; nec periculum ullum, ne id alio ac poeta vellet acciperetur intellectu; παραστάς et παραστάτις idem valent v. Bast. Ep. Cr. p. 118.

7) Νεανίαν πόνον Hel. 209. Lentingius male mutat νεανιᾶν. Κομήτης λειμών Hipp. 211. νάρθηκες ὑβρισταί Bacch. 113. καταῤῥάκτης ὁδός Oed. C. 1590. neminem offendunt.

ἀρκτοῦ πνέων Galen. Exeg. p. 442.[8]) Propter illud *εὐπατρίδης ἡ γυνή*, quod attuli ad Aj. p. 389. ambiguum est Herodian. VI. 1. *ἠγάγετο γυναῖκα τῶν εὐπατριδῶν*, pro quo Dio Cass. LXXII. 5. *γυναῖκα εὐπατρίδα* (sic) dixit. In Sophoclis El. 857. *ἐλπίδων κοινοτόκων εὐπατριδῶν τ' ἀρωγοί* masculinum aut excusatur tacita ad Orestem *εὐπατρίδην* relatione, aut corrigitur accentus mutatione eadem, quae Antiphanis versui Athen. IV. 159. D. adhibita est metri causa. Sed Herodotus I. 92. si ita scripsit ut vulgatum est, *ἐν Βραγχίδῃσι τῇσι Μιλησίων*, animum ad nomina urbium direxit, quae genus femininum cum terminatione masculina conjunctum habent, *ἡ Πεσσινοῦς*, *ἡ Τάρας*, *ἡ Κτησιφῶν* etc. quibus simile *ἡ ῥαιστήρ* Zenodotum offendit. In Soph. Oed. T. 189. *ὦ χρυσέα θύγατερ Διὸς εὐῶπα πέμψον ἀλκάν*, nunc jungunt *εὐῶπα ἀλκάν* similiterque Aeschylum *εὔμορφον κράτος* dixisse ajunt; sed hic de *victoria pulcra et spectabili* (Tacit.) loquitur, quae non inepte *εὔμορφος* (nisi *εὔμοιρος* scripsit) vocari potest, Sophocles de remedio pestilentiae, cui nihil minus convenit quam *εὐῶπις ἀλκή*, quia sub adspectum non cadit. Itaque statui Sophoclem scripsisse quod Callimachus, *Οὔπι ἄνασσ' εὐῶπι*. Brunckiano commento *ἡ εὐώπης* ex adverso positum est, quod Athenaeus VII. 277. D. e Titanomachia affert *πλωτοὶ χρυσώπιδες ἰχθύες ἐλλοί* pro *χρυσώπεες*.

§. 5.

Hactenus enumeravi exempla licentiae irrationalis, qua epitheta masculina cum substantivis feminino generi adscriptis

8) Accentum *τῶν ἐτησίων* certatim adnotant Grammatici v. Goettling. de Acc. p. 112. qui si ratione fundatus est, communis esse debet omnibus ventorum nominibus sic terminatis, quibus conjugata sunt adjectiva in *ιος*, *ἐνυδρίας*, *ἑλλησποντίας*, *ὀλυμπίας*, *στρυμονίας*, *φοινικίας*. Ac scribitur ita *τῶν ἀπαρκτίων* Aristot. Meteor. II. 6. p. 367, 7. Galen. Comm. in Hipp. de Hum. III. 13, 410. T. XVI. sed et ubi nulla est synemptosis, *τῶν ἐκνεφίων* Theophr. de Vent. 49, 777. atque in alio adeo genere nominum *τῶν καρχαρίων* in codd. Athen. IX. 403. B. Sed et contra regulam *τῶν ἐτησιῶν* Schol. Apoll. II. 500. etsi venti ipsius nomen nonnunquam masculine dicitur *οἱ ἐτήσιοι* v. Friedemann. ad Strab. p. 609.

copulata sunt. Hinc plurimum distat ἑρπηστᾶο σμερδαλέης Nicand. Th. 265. ubi adjectivum accommodatum est generi τοῦ σημαινομένου, hoc est aspidis, sicut natrix *violator aquarum* Lucan. IX. 720. Prisciano figurate ad serpentem redditum videtur V. 7, 192. Sed hoc fit potissimum vocabulis per appositionem junctis diversas ob rationes. Cicero in Vat. c. II. Gellium appellat *nutriculam seditiosorum*, quia hoc munus nutricandi naturae lege a virili sexu sejunctum est; Severus Fragm. V. p. 266. Poett. Min. T. IV. P. I. *Phoebe fraternis successor equis*, propter grammaticam rationem, quae huic nomini femininam positionem denegat ut *fossor*, *messor*. Sed revertar ad Graecos. Hippocrates de Aer. et Locc. p. 328. T. I. c. 17, 16. Cor. ἐδωδοὺς ἀνάγκη τὰς τοιαύτας φύσιας εἶναι καὶ οὐ πολυπότας, quum potuisset πολυπότους scribere, maluit genere significati uti, ut οἱ τοξόται τῶν Τρώων τραυματίας ἐποιήσαντο τῶν Ἀχαιῶν τὰ κεφάλαια Liban. Declam. T. IV. 94. τὰ παιδία μαθηταὶ γίνονται τῶν πραγμάτων Philostr. Imagg. I. 3, 767. ἐρασταὶ αὐτοῦ πολλαὶ μὲν πόλεις, μάλιστα δὲ Σμύρνα Id. V. Soph. I. 25, 530. In Lucian. Bis accusat. §. 29. p. 90. T. VII. ubi Rhetorica loquens inducitur his verbis μόνην ἐμὲ θαυμάζουσι καὶ ἐπιγράφονται προστάτην ἑαυτῶν, minus probem quod Flor. praebet προστάτιν, quia inquilini ad patronum sese applicant, non ad patronam. Nec suspectum mihi masculinum Galen. Ther. ad Pis. I. 8, 940. F. T. XIII. (p. 235. T. XIV. K.) ἑλομένη μᾶλλον ἔτι βασίλισσα οὖσα ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι ἤπερ ἰδιώτης Ῥωμαίοις φανῆναι, et Schol. Il. Λ. 807. ἡ Θέμις ἐπόπτης τῶν ἐκκλησιῶν, aliaque similia: Cornut. de N. D. XX. 187. τοῦ βίου παντὸς προστάτην ποιητέον τὴν φρόνησιν, Quintil. de Mus. III. 120. τοῦ συνεχοῦς προστάτης ἐστὶν ἡ γεωμετρία, Procl. in Polit. p. 353. ἡ μὲν γενέσεώς ἐστι προστάτης, p. 378. τῆς δίκης προστάτης ἡ θεός, Demetr. de Eloc. c. 209, 105. ἰστέον τὴν διάλυσιν δεινότητος ἐργάτην εἶναι. Ceterum utriusque generis tam exigua est in primo et quarto casu differentia, tamque crebra in codd. confusio v. Dorvill. ad Char. p. 625. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 31. et 327. ut

tota res redeat ad librorum manu scriptorum auctoritatem, non quasi hi sint certissimi verae scripturae testes, sed quia paribus in utramque partem argumentis aliae ad dijudicandum rationes desunt. Itaque in Dionis Cass. XLVII. 39, 328. quo loco olim nitebar, *ταύτην ἐκεῖνοι βασιλίδα ἀποδείξαντες προθυμότερον τοῦ πολέμου, ὡς καὶ προστάτην τινὰ ἐκ τοῦ Πτολεμαίων γένους ἔχοντες, ἀντελάβοντο,* Sturzius e Med. recepit *προστάτιν* probante eodem Dindorfio Praef. Corp. Scenn. p. XIV. qui in Dionysii iambis Athen. IX. 405. C. *αὐτὴ δ᾽ ἑαυτῆς ἐστι δεσπότης,* non ausus est praeferre quod in Pal. et Ald. legitur *δεσπότις.* In Appian. Civ. I. 1. *ὁ δῆμος ἀρχὴν ἑαυτοῦ προστάτην ἀπέφηνε,* duo codd. femininum offerunt, quod hoc loco aptius videtur, idemque genus in Stob. Serm. LXVII. 24, 215. *γυνὴ (ἀρίστη ἐστὶν) ἐν νόσοις παραστάτις,* eadem auctoritate repositum est; in Corp. Inscr. I. N. 387. *Κτησίκλεια — ὀργιαστής* Boeckhius justa de causa femininum requirit; nec pertinacius defendam Euripidem *Πηλείδᾳ γέννᾳ* Hec. 191. scripsisse ideo quod *παιδὶ Πηλείδῃ* (ut *παῖδες Τυνδαρίδαι* Hel. 1497. *παῖς Ἀγαμεμνονίδης* Soph. El. 182.) memoriae oberraret; sed scribere ita potuisse non negem. Cratinus, ut Photius ait, *μηνυτὴν τὴν γυναῖκα εἶπε,* fortasse comice ludens ut *ἡ γραμματεύς* Arist. Thesm. 431. quo Eustathius abutitur p. 1484, 4. idemque poeta *ῥήτορα τὴν γυναῖκα* dixit Phot. neque serio dici potuit *haec senator,* quod Servius attestatur. Jam si Longus III. 22. p. 91. ita scripsit *ἡ αὐλὼν πάντων τῶν φθεγγομένων μιμητὴν φωνὴν ἀπεδίδου,* id certe illo Cratineo exemplo, quod Schaeferus adhibet ad Apoll. Schol. p. 628. excusari nequit, neque aptum est, quod in Adn. ad Long. p. 382. proposuit *μιμηλήν,* sed *μιμητήν* accipiendum pro adjectivo *imitatam, πάντων τὴν φωνὴν ἀπεδίδου μιμητὴν — τῶν κωπῶν — τῶν ναυτῶν* [9]). In Athenaei L. XIII. 601. B. *παιδεραστάν τινες καλοῦσι*

9) Sinnerus p. 197. qui in *φωνὴ μιμητής* acquiescit, Courrierium adnotat plurima attulisse exempla *πρωτοτύπων ἀντὶ κτητικῶν* ad Lucian. Asin. p. 266. et p. 181. itemque Boissonadium ad Planud. Met. p. 1. Quaenam illa sint nescio; quin aliena sint, non dubito.

τὴν τραγῳδίαν, aut παιδεράστριαν scribendum aut est scriptoris dorici verbum, qui paederastae nomen viro convenire meminisset, mulieri minime. Neque alia ratio est, cur Aelianus H. Ann. XV. 10. ἡ προτένθης dixerit quam quia munus hoc virorum est. In Simonidis Epigr. LVII. Anth. Pal. V. 159. Βοίδιον ηὐλητρὶς καὶ Πυθιὰς αἵ ποτ' ἐρασταί, postremum vocabulum non, ut Brunckius statuit, substantivum est sed adjectivum, quo Lucianus Philops. §. 15. p. 43. T.VII. puellam amori proclivem designat ἐραστὴν γυναῖκα καὶ πρόχειρον, ut et Heliodor. VII. 10. 271. ἐραστὸν ἅμα καὶ γοργὸν προςβλέπων idem valet quod ἐρωτικόν[10]). Τὴν γνωτοφόντην Lycophr. 1318. etsi in hoc consentit codicum pars maxima, Critici tamen librariorum errori imputant; neque adeo injuria; nam causa figurationis nulla patet. Sed Sophocleum illud τῆς πατροφόντου neque plausibili correctione tolli neque aut synesis aut epithesis nomine excusari potest durabitque illustri ad cavendum exemplo, ne quam putemus esse regulam tam immutabili necessitate constrictam, quae non aliquando perfracta sit. Ad ultimum nomina in ευς non solum femininis adjunguntur per appositionem, σαφήνεια ἑρμηνεὺς τοῦ νόμου Philostr. V. Soph. II. 33, 628. ἑρμηνεῖ χρώμεθα τῇ γλώττῃ Synes. de Regn. p. 7. C. ἥδε τῶν μόχθων βραβεύς Eur. Hel. 412. sed ipsa etiam interdum feminina sunt. Priscianus V. 7, 40. p. 144.[11]) *parens* ὁ γονεὺς καὶ ἡ γονεύς, qui videtur hujusmodi exemplis niti ὦ παγκακίστη καὶ διαφθορεῦ Hipp. 682. cui Matthiae apponit Iph. T. 585. τὴν ἐμὴν φονέα, quae nomina paraschematismo feminino carent; nam ἡ φονεύτρια novitium est; sed interdum succedunt nomina in ος, quibus et res et actor significatur τὴν φθόρον Arist. Thesm. 535. τὴν

10) Synes. de Provid. I. 90. B. τὸ τέλος τὸ ἐραστόν, scripsisse videtur ἀρεστόν.

11) Paullo ante p. 192. *in verbalibus in trix terminantibus invenimus obliquos casus conjungi solere etiam cum neutris, ut victrici signo* etc. cujus generis exempla collegit Ruddimannus Gramm. I. 3, 3. p. 137. Adde *paupere loro* Juven. V. 165. quod Scholiastes interpretatur *partico* scrib. *sparteo*.

φόνον Pind. P. IV. 446. τὴν γόνον Iph. A. 794. ab adjectivis ἡ τρόφος, ἡ πομπός, pertenui limite discreta.

§. 6.

Multo saepius quam quae in ης exeunt, his cognata attributiva in ηρ et ωρ femininis adjunguntur; cujus generis antiquissima exempla sunt παμβώτορα γαῖαν in Cypriorum Fr. I. et πτεροφύτορ' ἀνάγκην, quod Damascius legit in Homeridae versibus ap. Plat. Phaedr. p. 232. B. quibus similia ubique extant, μητέρα μαστῆρα Carcinus Diod. V. 5. ἀκοντιστῆρι τριαίνῃ etc. et apud ipsos prosae scriptores αὐτοκράτωρ ἀρχή, πόλις θαλασσοκράτωρ etc. Ab his vero, quorum feminina in ειρα vel extant vel fingi possunt, distingui oportet minus mobilia, ἡ ἵστωρ Soph. El. 850. ἡ ἀλάστωρ per omnes casus Lycophr. 1318. Nicocharis Anecd. 382. Alciphr. III. Ep. 62. Heliod. VIII. 14, 338. Anth. Plan. N. 141. Niceph. Greg. Hist. VI. 8, 121. D. τῆς ἀλέκτορος Ἀθήνας Athen. III. 98. B. quod Passovius immerito suspectat χαλκεομίτωρ inculpatum transmittens, αἱ ἀκράτορες Aelian. H. Ann. IX. 48. ἀθίκτορες παρθένοι Etym. M. s. h. v. Unum horum paraschematistorum neutro compositum invenimus Plat. Civ. IX. 579. D. κάμνοντι τῷ σώματι καὶ ἀκράτορι ἑαυτοῦ, sed saepius verbalia in ηρ huc descendunt: ἀγρευτῆρι λίνῳ Maneth. V. 279. ἁρπακτῆρι βελέμνῳ Joann. Ecphr. 465. (II. 106.) κνιστῆρι χαράκτρῳ Nic. Alex. 308. κυβιστητῆρι καρήνῳ Nonn. X. 149. quibus simillimum Arnobianum illud *seculis ruminatoribus* L. VII. c. 24. Sed κρᾶτα κυβιστητῆρα Nonn. XXII. 371. masculinum est. Prima declinatio duo praebet exempla ἀργέσταο (sic) λίπευς Nicand. Ther. 592. et μαψυλάκαις τέκνοις Pind. Nem. VII. 155. quod haud insolentius constructum quam φίλε τέκνον, sed magis est ut miremur τέκνα hoc loco pro παιδία positum. — Ἔγχεα διάκτορα δηϊοτῆτος Nonn. XXXIX. 82. non ad διάκτωρ pertinet, quod Schneiderus Bianori exemit, sed tuetur Suidas aliique Grammaticorum, verum ad διάκτορος, unde διάκτορον ὄμμα Gaz. Ecphr. 594. Nonn. XXXIX. 82. Huic autem nihil simile ab antiquis poetis fictum est praeter Aesch. Fr,

CLXXX. *ἀντίδουλα καὶ πόνων ἐκδίκτορα.* Nam *ἀλάστωρ* et *ἀλάστορος*, cujus omnes fere casus reperiuntur v. Anecd. Cram. T. I. 62. a verbalibus illis hactenus differunt, quod origo eorum latet atque adeo latet, ut ne hoc quidem liquido constet, utrum ab utro ortum sit; *ἀνάκτορος* autem vereor ne Philoxenus finxerit etymi explanandi causa Etym. M. 96, 46. *ἀνάκτωρ* (scr. *ἀνάκτορον*) *οὐ πεποίηται παρὰ τὸ ἀνάσσω* (scr. *ἀνάκτωρ*). *Οὐδενὶ γὰρ τούτων τῶν ῥημάτων* (id est *ῥηματικῶν*) *παράκειται οὐδετέρου παρασχηματισμός· πεποίηται οὖν παρὰ τὸ ἀνάκτορος. Ἀνακτόριος* figuratum est ut *φρατόριος*.

§. 7.

Ceterarum terminationum ea est paucitas, ut brevi absolvi possint: *εὔκρήπιδι θεμείλῳ* Joann. Ecphr. Soph. 142. et *φυλλοστρῶτι πέδῳ*, quod ad Phryn. 492. adnotavi. Sed propagatam a Brunckio scripturam Arist. Rann. 926. *ἀγνῶτα ῥήματα* jam olim rejeci auctore Scholiasta: *ἀπὸ τοῦ ἀγνῶτος* (scr. *ἄγνωτος*). *Οὐ γὰρ παρασχηματίζεται ἀπὸ τοῦ ἀγνὼς εἰς οὐδέτερον γένος, ὥς φησιν Ἡρωδιανός*. Hoc *ἀγνὼς* autem a ceteris verbalibus, quae Grammatici a secunda perfecti ducunt, notabiliter discrepat; namque *ἀβλής, ἀκμής, ἀτρώς, ἀπτώς, φυλλοστρώς* etc. a verbis ejusmodi originem habent, quorum duae consonae vocali dirimuntur mobili; *γνόω* consonas habet indissolubiles ut *χράω, πνέω, χρίω, βλύω, στέλλω*, a quibus nullum in *ης* vel *ως* adjectivum progignitur quod quidem per *τ* declinetur; nam *κατακλώς* per *θ* inflectitur, *συγκλύς* per *δ*, *ἀγχίβλως* vero ex *ἀγχίμολος* concisum est, nec sub casuum rationem succedit. Omnibus autem commune est, ut per gradus moveri non possint; nam ap. Procl. ad Hesiod. Opp. 412. *ἀδηκτοτάτη ἀβρωτάτη* scribarum est error pro *ἀβρωτοτάτη*, nec *φιλοβρώτατος*, quod Schneiderus in Lex. s. *Φιλοβόρος* ex Stobaeo affert, apud hunc legitur sed *φιλοβρωτότατος*. — Nominum in sigma non purum exeuntium numerus perexiguus, forma compositioni inhabilis, sed *ἅλς*, quod unum ex illis *ος* purum in genitivo habet Theodos. Gramm. p. 118. ex hoc ipso casu propagat adjectiva *ἀγχίαλος*,

πλησίαλος[12]) etc. et praepositioni copulata ἔναλος, πάραλος, κάθαλος, quibus adsistunt quae Grammatici ad parathesin referunt[13]), ἐνάλιος, παράλιος etc. Et his supervenit ἄναλτος, quod apud Hippocratem saepius legitur pro ἀνάλιστος, nomen exlex et incomparabile. Hesychii glossa Ἄμαλα τὴν ναῦν ἀπὸ τοῦ ἀμᾶν τὴν ἅλα Αἰσχύλος Πρωτεῖ (Fragm. 198.) si vel maxime integra est, tamen nominativum ἄμαλς in usu fuisse, indicium non praebet.

CAP. V.

De nominibus in ξ et ψ exeuntibus.

§. 1.

Nominum in ξ exeuntium nullum reperiri generis neutrius universe pronunciat Etym. M. s. Ἄλειφα, eamque causam esse cur γάλα dicatur. Quodsi de omnibus, ut credere par est, dialectis valet, apud Hesychium pro Κέραξ τόξον, αἰδοῖον scribendum est κέρας, nec ferri potest τὸ στόραξ s. στύραξ, quod Lexicographi nescio unde sumtum proferunt. Ac singillatim terminationem αξ huic abjudicari generi apparet ex regula prosodiaca N. VI. 423. τὰ εἰς αξ ἐπὶ μὲν ἀρσενικῶν μακροκαταληκτοῦσι καὶ παροξύνονται, ὁ θώραξ, ὁ οἴαξ· ἐπὶ δὲ θηλυκῶν βραχυκαταληκτοῦσι καὶ προπερισπῶνται, ἡ αὖλαξ, ἡ μεῖραξ. Quod accuratius exposuit Draco p. 18. et 51. hunc in modum: in disyllabis, quae penultimam natura brevem habeant, modo longum alpha apparere, modo breve: κόραξ, κόλαξ, χάραξ, ῥόδαξ, ἄναξ, βόαξ, νέαξ, ὄμφαξ, φέναξ, φόρταξ· quorum vero penultima natura longa sit, cum genere va-

---

12) Qui εὔρυαλος dixerunt, non compositum esse existimarunt cum ἅλως, sed simplex ut ὠκύαλος v. ad Aj. v. 708.

13) Schol. Il. Ε. 19. μεταμάζιον παρῆκται παρὰ τὸ μαζὸς καὶ τὴν μετά, ὡς ἐπὶ χθονὸς ἐπιχθόνιος, παρὰ ποταμὸν παραποτάμιος· γίνεται γὰρ καὶ ἀπὸ δύο λέξεων κατὰ παράθεσιν ἕν τι παράγωγον ὡς τὸ Νεαπολίτης.

riare quantitatem, nam masculina macrocatalecta esse *φαίαξ οἴαξ, ἴλαξ*[1]), *πλούταξ, κρώμαξ* (grumus), *κνώδαξ*, exceptis paucis[2]), feminina brachycatalecta *πῖδαξ, βῶμαξ*[3]), *κλῖμαξ, μεῖραξ, βῶλαξ*. His adjungit: *τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς ἐκτείνει τὸ ᾱ μὴ ὄντα σύνθετα, ἱέραξ, ἐπιδαύραξ*[4]), *ὀρθίαξ, θοριβύλαξ*[5]), *τὰ δὲ σύνθετα τὰ τῶν ἁπλῶν χρόνον φυλάττουσιν, Ἀχαρνοφαίαξ, Ἱππώναξ, ἀρχαιάναξ* (scr. *Ἀρχεάναξ*), *ἐριβῶλαξ, πολυπῖδαξ. Τὰ δὲ ὀξύτονα συστέλλει τὸ ᾰ, διασφάξ, βλεφαροπάξ*, quae ex duobus generibus conflata sunt diversissimis; nam uni terminatio *αξ* asciticia est, alteri nativa. Ad nostram vero causam sola pertinent composita, quorum numerum auget Arcadius p. 18, 13. *ὀξύνεται τὰ ἀπὸ ῥήματος*[6]) *συγκείμενα, βλεφαρεπάξ* (sic), *κιτροβαστάξ καὶ νεκροβαστάξ· τὸ δὲ Ἄσφαξ βαρύνεται ὡς ἐθνικόν*, de quo

---

1) Sic bis scribitur vocabulum mihi ignotum suspectumque Bastio ad Greg. 240. cui non audeam substituere *οἴδαξ* vel *Σίλλαξ* Athen. V. 240. B.

2) Idem p. 18. *σημειούμεθα τὸ Ἄγναξ καὶ Γύλαξ* (*εἰσὶ δὲ κύρια*) *καὶ τὸ σαύταξ ἢ σαύσαξ καὶ τὸ καύναξ* (scr. *καύαξ*) *διφορούμενον*. Et p. 51. *ἐξαιρεῖται τὸ ὕλαξ, κύαξ, σύαξ*, pro quo in Regg. Pros. LXIII. 434. *κῦαξ, σῦλαξ, σαῦσαξ τὸ ὄσπριον*. Pro mendoso *Ἄγναξ* Herodianus Anecd. p. 1438. praebet *Γῦναξ*, Etym. Gud. p. 279, 2. *Θύλαξ ὁ ἱστορικός* sed *Γύλαξ* p. 290, 18. nec longius distat *Μῦλαξ* fluvius Paus. VIII. 41, 1. *ἀπὸ τῶν λυμάτων* denominatus, et *Κύραξ* Aesch. Fragm. CCCLIV. sed hujus accentus incertior; *Σκύλαξ* et Hylax (canis nomen ut Hylactor) primam brevem habent, Syphax ultimam longam. *Σῦαξ φασηλοειδὲς ὄσπριον* Anecd. p. 1420. fortasse a suibus denominatum ut quae Germani vocant *Saubohnen*; *σαύσακας* Hesychius interpretatur caseos.

3) Quod Spohnius sumit ad Odyss. p. 121. *βῶμαξ*, si arulam significet, femininum esse, Grammaticum non absolvit, qui regulam ita concepit ut nulli feminino spondei mensura concedatur. In Regg. Pros. LXIII. 433. non *βῶμαξ*, legitur sed *λεῖμαξ* (limax), apud Draconem p. 76, 10. *αὖλαξ, θρῖδαξ*, neque *σμῖλαξ* alienum est. Regulae repugnant *ὁ δρῶπαξ* et *ὁ λεῖμαξ* (*λειμών*).

4) Hoc gentilicii hypocorisma est ut *Ῥόδαξ ὁ Ῥόδιος* Anecd. p. 856, 33.

5) Herodianus l. c. *θορυβίλλαξ*. Regg. Pros. 434. *θορυμέλαξ*. Unum aptum est *θυμέλαξ*, cujus analogiam praestat *θαλάμαξ*. Praeter haec et *ὀρθίαξ* nullum simplex in *αξ* bisyllabiam egreditur.

6) Mendose Regg. Pros. p. 434. *ἐπιῤῥήματα δὲ σύνθετα, διαμπάξ* (*διασφάξ*), *βλεφαροσπάξ*.

nominatim cavet Stephanus μή τις τὸ Ἄσφαξ καὶ τὸ Ἄτραξ σύνθετον οἰηθείη. Pro βλεφαροπάξ, quod et apud Herodianum l. c. extat, haud reperio quid reponam praeter βλεφαροσπάξ significans τὸν ὀφρυανασπασίδην, vel βλεφαροστάξ, id est, qui ptilosi laborat, pilosque palpebrarum fluxos habet. Κιτροβαστάξ et λιτροβάσταξ, quod Is. Vossius ad Hesych. s. Βάστας ex Herodiano affert, intelligi nequit, sed φιτροβάσταξ fortasse nominatus bajulus lignorum, uno verbo κορμοφόρος. Simplex βάσταξ ex Theophilo Protosp. affert Schneiderus adjuncta Hesychii glossa Βάστακας τοὺς πλουσίους καὶ εὐγενεῖς, sed illius auctoritas minima, hujus significatio et declinatio per κ a verbo βαστάζω, βασταγή, bastaga, abhorret, neque Arcadius νεκροβαστάξ oxytonis adnumerare potuisset, si simplex βάσταξ fuisset in usu; id quod negat Choeroboscus Anecd. p. 1199. τὰ εἰς αξ ἁπλᾶ ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν διὰ τοῦ κ κλίνεται, σεσημείωται τὸ ἅρπαξ — τὰ δὲ σύνθετα διὰ τοῦ γ, ἀπόσφαγος, νεκροβάσταγος. Σύνθετα δὲ δεῖ νοεῖν οὐχὶ τὰ ἀπὸ τῶν εἰς αξ ἁπλῶν σύνθετα ἀλλὰ τὰ ἀπ' ἄλλων τινῶν συντεθέντα· ἐκεῖνα γὰρ τὴν τῶν ἁπλῶν φυλάττουσι κλίσιν, τοῦ χαρτοφύλακος, τοῦ λινοθώρακος, τοῦ φιλοφαίακος, τοῦ φιλάρπαγος. Verba illa τὰ ἀπ' ἄλλων τινῶν significant τὰ ἀπ' ἀῤῥήτων, ut sunt ἀποσφάξ et νεκροβαστάξ, quae Choeroboscus, si communes regulas sequutus est, certe acui voluit, etsi dissentit Goettlingius de Accent. p. 329. neque regulae congruit μουκηρόβαξ, quod Rankius de Lex. Hesychii p. 74. huic sagaciter restituit. Sed κερoίαξ ut Ἐχοίαξ Paus. X. 25, 2. compositum est a nomine verbali οἴαξ. Atque hujus generis exempla abunde habemus; primum a monosyllabis μικρόῤῥαξ et Σαμόθρᾳξ, quod barytonum est, Lucian. dea Syr. §. 15. Athen. XIV. 660. E. multisque aliis locis v. Aglaoph. p. 1257. et 1285. ut Grammatici jubent Anecd. p. 1191. nec raro oxytonum Aristid. XIII. 189. T. I. v. Aglaoph. 1218. Goettling. l. c. 280. ut et ὀμφακοράγες Anthol. Pal. IX. 561. discrepantibus libris. Tum ab aliis καλλιδόναξ, μικραῦλαξ, Λειχοπίναξ, μετεωροφέναξ, παιδοκόραξ, πολυάνθραξ, πολυσκύλαξ, φι-

λομεῖραξ, et a verbalibus ἀστυάναξ, πασιάναξ[7]), δελεάρπαξ, χρεάρπαξ, μηλοφύλαξ, νεωφύλαξ, quorum omnes in usu sunt casus. Sed ἀγάλαξ, εὐγάλαξ, ὁμογάλαξ, ἀρτιγάλαξ, Eust. p. 1627, 44: dubito an praeter Grammaticos nemo facile usurparit, praevalente ampliore forma ἀγάλακτος, εὐγάλακτος, λειπογάλακτος, unde comparativi ducuntur, πουλυγαλακτοτάτη Crinag. Epigr. XXVI. Substantiva sunt ἀφρόγαλα, οἰνόγαλα, ὀξύγαλα, πρωτόγαλα Etym. M. 697, 7. eaque plene per utrumque numerum declinantur τὰ πρωτογάλακτα Galen. Exp. p. 546. sicut simplex ipsum τῶν γαλάκτων Hipp. de Diaet. Sal. p. 620. T. I. τοῖς γάλαξι Aelian. V. H. VIII. 8. Eustath. p. 1627, 35.

§. 2.

Ab αἴξ compositum est πολύαιξ ὁ πολλοὺς ἔχων αἶγας Hesych. et πολύαιγος Anthol. idemque insulae nomen Polyaegos; a γύναιξ, quod nuper innotuit Choerobosci testimonio, ἡμιγύναιξ non admodum antiquum v. ad Phryn. 659. sed veteres praetulerunt ἀγύνης, ἄγυνος, ἀγύναικος, ἡμιγύναικος, καταγύναιος, φιλογύναιος. Theognostus Crameri II. 40. τὰ εἰς εξ σπάνια, ἐπίτεξ, ἀγχίτεξ, πινυτάλεξ καὶ εἴ τι ὅμοιον. Moschopulus Sched. p. 190. duo sola ἐπίτεξ et καλλίτεξ, quo et Herodianus utitur Epim. 186. Tertium κατάφλεξ incertum qua fide Hesychius Καταῖθυξ ὄμβρος ὁ καταιθύσσων· φαίνεται (scr. φέρεται) δὲ καὶ καταίφλεξ (sic) καταφλεγόμενος καὶ ἀναζέων, quod vento minus convenit quam prior lectio; incertius etiam Ἐπίδεχα (cod. ἐπίδιχα) σκύφον τὸν μὴ κενόν, ubi duae literae Δ et X locum suum permutasse videntur ἐπιχειλέα. Item in ηξ paronyma duo εὐόρπηξ et εὐπήληξ, χρυσοπήληξ, τινακτοπήληξ i. q. σεισόλοφος Hesych. et quaedam paratheta κυναλώπηξ, πιθηκαλώπηξ, γρυπαλώπηξ, ἱππομύρμηξ, ψευδόσφηξ. Plurima

7) Id unum duorum generum est εὐρυάνασσα, παντάνασσα. Ἱππιάνακτες apud Aeschylum sane aliter dici videtur atque ἵππι' ἄναξ Arist. Eqq. 548. sed quod Blomfieldius ἵππων ἄναξ negat componi posse hoc modo ἱππιάναξ, falsum esse ostendit ἱππιοχάρμης, ἁλιότρεφής, αἰθίοψ.

autem a verbis manarunt gutturalibus, *ὀσφυήξ* Lex. *π. Πνευμ.* p. 234. *ἁρματοπήξ, κλινοπήξ, ξυμπήξ, κεραμοτήξ, μολυβδοτήξ, εὐθήξ, φιλοθήξ*, quae conjuncte memorantur in Anecd. Cram. II. 40. Bekk. p. 1340. et de accentu rursus p. 1399. *μολυβδοτήξ ὥς φησιν Ἡρωδιανός· τινὲς δὲ βαρύνουσι παραλόγως· κλίνεται δὲ διὰ τοῦ κ.* De hoc in universum Arcadius praecipit p. 19. acui verbalia adjectiva *κωμοπλήξ, μεθυπλήξ*, gravari substantiva sive verbalia sive non verbalia: *ὕσπληξ, ἀντίπηξ, χαμαισκώληξ, λεοντομύρμηξ*. Ac de hoc genere nihil controversiae est, sed verbalia adjectiva, si substantivorum loco sunt, quonam accentu notanda erunt? Exempla discordant: *δυό ἐπίπηγες* Geopp. IV. 12. 8. *τὸν ἐπίπηγα* X. 51, 4. *τὸν κατάπηγα* 65, 2. *τῷ διάπηγι* Apollodor. Poliorc. p. 32. *τοῖς καταπῆξιν* p. 41. sed *οἱ καταπῆγες* Joseph. bell. Jud. VI. 6, 2. et Suid. *μόχλοι διαπῆγες* Phil. de VII. Miracc. c. IV. Ac tum quoque, quum adjectivorum significationem retinent, accentum instabilem habent, nec juvat nos Byzantiorum magistrorum subtilitas, qui activam potestatem barytonis tribuunt, oxytonis passivam v. Bast. Ep. Cr. p. 213. ad Plut. Epim. XXXI. nam *ἀκανθόπληξ* legitur contra Thomae praeceptum in Lex. Herod. p. 1137. *κυματόπληγες* Hippocr. de Diaet. II. p. 681. T. I. *νωτόπληξ* Phot. s. h. v. *φρενόπληξ* Etym. M. s. *Παράκοπος, οἰστρόπληξ* Aesch. Prom. 681. retentum a novissimis editoribus, quanquam cod. Hermanni, ut Schaeferus ait Praef. Soph. p. XII. oxytonum praebet, similiterque *μονόῤῥηξ ἀπεῤῥηγμένος* Hes. Et contra, quae activam significationem habent, oxytona sunt *βαθυπλὴξ σκορπίος* et *αἰνοπλὴξ ἔχιδνα* Nicand. *Ἀχέρων ὀξυπλήξ* Sophocl. neque aliter se habere videntur *κεραμοτήξ* et *ἁρματοπήξ*. Quare consultissimum fuerit acquiescere in canone omnia ad unum verbalia complexo Schol. Ven. VI. 135. *τὰ παρὰ παρακειμένου ὀξύνεται· ἀδμής, κυαμοτρώξ, βουπλήξ*, quod qui ob significationem activam *βούπληξ* scribunt, Eustathio *περίεργοι* videntur, neque adeo injuria, etsi activorum pauca proferri possunt exempla exuberantibus passivis: *ἀπλήξ, ἀλίπληξ, ἀμφιπλήξ, ἀντιπλήξ, ἀστροπλήξ, ἡμιπλήξ, ἡδονοπλήξ, καταπλήξ, κυματοπλήξ, ὀρθοπλήξ, παραπλήξ, σο-*

ῥοπλήξ, φρενοπλήξ, ἡμιτμήξ P. Sil. Ecphr. Soph. I. 245. νεοθήξ etc. Barytona vero sunt verbalia in ιξ sine ullo substantivi et adjectivi discrimine καταΐξ, πολυάϊξ, κορυθάϊξ, ἀμφιέλιξ, τετραέλιξ, *tetralix*, quod ut ipsum ἕλιξ substantivi instar habetur; ὁμηρομάστιξ ὁ τὴν Ὁμήρου μάστιξας εἰκόνα v. Solan. ad Lucian. p. Imagg. §. 24. p. 419. T. VI. ut Ciceromastix, Aeneidomastix, Grammaticomastix, et passivum κλωομάστιξ ὁ δεδεμένος καὶ μαστιγούμενος Anecd. p. 49, 5. a bisyllabis, σύμμιξ Regg. Pros. N. 64, 435. et quod Hesychius profert Σκερολίγγες λαικασταί, Ὀπικισταί· id est morbo Campano infames. Pro γουνπλήξ, quod in Gloss. Graecolat. extat sine interpretatione, aptius fortasse fuerit γουνπλίξ. Alia paronyma sunt ἀκροχάλιξ, διχοίνιξ, εὐσκάνδιξ, λιπόθριξ, λιμοκίμβιξ, συροπέρδιξ, λυροφοίνιξ, Συροφοίνιξ, Λιβυφοίνιξ, ὀλισβοκόλλιξ. Sed adjectivum περίστιξ Nonn. II. 170. eximitur mutata interpunctione φρουραὶ δὲ περὶ στίχες ἦσαν Ὀλύμπου. Unum est ab adjectivo compositum ἰσῆλιξ Moer. p. 201. Poll. II. 16. ὁμῆλιξ Anth. Pal. I. n. 21. (cod. Pal. ὁμήλιξ) ἀφῆλιξ Schol. Arist. Plut. 330. quos locos affero, quia nominativum praestant a nonnullis addubitatum. Crassioris fili exempla haec sunt: ἀνδρόσφιγξ, βαθυσμήριγξ, ἐρισάλπιγξ, εὐστροφάλιγξ, εὐλάϊγξ, μελιῤῥαθάμιγξ, πολυῤῥαθάμιγξ Joann. Gaz. Ecphr. II. 41. φήμη φιλοφόρμιγξ Aesch. Suppl. 696. quo excluditur omnis de nominativi usu dubitatio. In οιξ unum est προίξ, a quo quae composita sunt adjectiva, alteram sequuntur declinationem ἀντίπροικος, (nam ἀντίπροικα adverbium esse accusativo adverbiali προῖκα assimilatum aegre creditur) ἄπροικος[8]), ἐπίπροικος, πολύπροικος, quibus accedit paragogum ἐμπροίκιος. Nec multa in οξ. Etym. M. 490, 19. Καππάδοξ σεσημείωται ἐκ τῶν εἰς ωξ ἀρσενικῶν διὰ τοῦ ο μικροῦ γραφόμενον. Suidas Καππάδοξ μόνον τῶν εἰς ωξ διὰ τοῦ ο μικροῦ, adde μόνως ἀρσενικόν, nam generis communis plura sunt, πάνδοξ, ἀμφίφλοξ, ἔμφλοξ, καλλίφλοξ, quibuscum constant paraschematista ἄφλογος et πολύφλογος Hesych. s.

8) Suidae praeceptio ἄπροικον (post ἀπρότων) τῇ προσωδίᾳ ὡς ἄνθρωπον discrepantis notationis indicium praebet.

Ζαφλεγής (ut *ὁμοφλεγής*) et feminini unum *ἄλοξ*, qui nominativus a Grammaticis memoratur, ceterum inusitatus est. Regula autem illa est de vocabulis graecis et in medio positis, non de invecticiis, quae Theognostus comprehendit Anecd. Cram. II. 40. *ἡ εἰς οξ κατάληξις καὶ στενὴ λίαν καὶ ἱστορίας οὐκ ἀναλογίας ἐχομένη· ἔστι γὰρ τὸ φέροξ* (sic) *βαρβαρικόν τι ὄνομα, Ἀλλόβροξ, τινὲς δὲ Ἀλλόβριξ διὰ τοῦ ι, ἴσοξ ἰχθῦς*, cujus genus incertum ut latinorum *esox*, *diox*, sed videntur masculina esse ut piscium nomina pleraque, neque aliter sentio de *ῥόμοξ*, quia vermem significat, et *βόρμοξ*, quia primitivum *βόρμος* sive *βρόμος* masculinum est. De *Βέβροξ ἀγαθός* Hesych. *ἀγριβρόξ ὀρίγανον* Id. et *στρύμοξ* *prelum*, vix conjecturae locus relinquitur.

§. 3.

Nominum in *υξ* permagna est copia, ut simplicium ita compositorum: *λευκάμπυξ*, *ἑλικάμπυξ*, *θρανσάντυξ*, *κυανάντυξ* Synes. Hymn. IX. 45. *μικροπτέρυξ*, *μελανοπτέρυξ*, *φιλόρτυξ*, *ποντοφάρυξ* et *ἡδυφάρυγξ*, *βαθυσπήλυγξ*, *μονοστόρθυγξ*, substantiva *δρομοκήρυξ*, *λινοκάρυξ*, et a gentilicio *Κολόφρυξ* sive *Κολοίφρυξ* Hesych. contractum ex *Κόλοι Φρύγες* Stephan. s. *Ἀντικονδυλεῖς*, ut *κολοιτέα*. A *νύξ* composita affert Choeroboscus Anecd. p. 1397. b. *μεσόνυξ μεσόνυχος εἷς τῶν ἑπτὰ πλανήτων παρὰ τοῖς Πυθαγορείοις καὶ Στησιχόρῳ*, Suidas *ἀκρόνυξ τὸ ἄκρον τῆς νυκτός, ἀκρώνυξ δὲ τὸ ἄκρον τοῦ ὄνυχος*. Schol. Il. IX. 466. *εἰνάνυχες ὡς μονώνυχες ἀπὸ εὐθείας τῆς εἰνάνυξ*. Horum primum in judicium deducere non possumus; *εἰνάνυξ* non magis reperitur quam *εἰναννχής*, sed solum adverbium *εἰνάνυχες*, Herculemque, quem illa genuit Herculea ternox, Lycophro aliique *τριέσπερον* vocant, nemo *τρίνυχα*, nec *ἀκρόνυξ* reperitur sed *ἀκρόνυχος*, *ἑώνυχον* Phot. longiusque deducta *μεσονύκτιος*, *ἐπινύκτιος*, *ἀωρόνυκτος*, *ὁλόνυκτος* Niceph. Greg. Histor. VII. 1, 131. B. *ἀκρόνυκτος* VIII. 14, 231. E. Ac si qui ut Tzetzes ad Hesiod. Opp. 613. pro *νυχθήμερον* dixerunt *ἡμερόνυκτα*, non idcirco nominativo usi sunt. Sed adverbium *αὐτονυχί* s. *αὐτονυχεί*, sive ad usitatum nominativum refer-

tur, sive ad τὸ νύχος, quod Hesychius et Sextus c. Gramm. XI. 267. asservarunt, certe obsoletae declinationis indicium praebet. Verbalia quae sunt, pleraque ab uno fonte manant verbi ζευγνύναι ut ἄζυξ, καλλίζυξ, μελανόζυξ, παράζυξ, τρίζυξ, περίζυξ, de quibus universis valet, quod de primo affirmat Phrynichus App. p. 12. ἄζυξ ἐστὶ κοινὸν ἄῤῥενος καὶ θηλείας. Valet idem de κατώρυξ, sed ὄρυξ ipsum et composita διώρυξ, ἀπόρυξ sive ἀπώρυξ v. Schweighaues. ad Athen. T. II. 179. substantivorum locum obtinuerunt ut et καταῖτυξ, quod Grammatici ἀπὸ τοῦ κάτω τετύχθαι factum dicunt, nec suppetit probabilior ratio. Adjectiva sunt οἰνόφλυξ Stob. Flor. XVIII. 34, 165. Jamblich. V. Pyth. XXXI. (203.) 416. τοῦ οἰνόφλυγος Athen. V. 220. C. ceterique casus; πρόςφυξ Eustath. Opusc. XXIV. 218, 10. τὸν πρόςφυγα Hellad. Phot. p. 873, 39. τοὺς πρόςφυγας Schol. Il. IX. 640. τοῖς πρόςφυξι Schol. Arist. Nubb. 435. sed pro ἰχθὺν παιδοφύγα (hoc accentu) Anecd. p. 1232. παιδοφάγον legitur in Schol. Il. XXI. 22.[9]) quo Pindarus Fragm. N. 143. cetus Andromedae significasse videtur; τὸν ψευσίστυγα Anth. νεοστάλυγες νεοδάκρυτοι Hesych. ad ultimum ὀρθριοκόκκυξ galli gallinacei nomen, quod vix dici potest, utrum cum nomine compositum sit ut ἀβελτεροκόκκυξ et γωνιοβόμβυξ, an cum verbo, a quo illud ipsum ortum habet. Persaepe autem unum idemque vocabulum utrinque repetere licet, et proxime a nomine et longiuscule a verbo, cujus rei testimonio sunt nomina in ωξ exeuntia. Πολυπτὼξ τόπος ὁ ἔχων πολλοὺς πτῶκας Eustath. p. 483, 3. et 1922, 9. cujus accentum minus legitimum adnotant Anecd. p. 1191. πᾶν ὄνομα μονοσύλλαβον ἐν τῇ συνθέσει ἀναβιβάζει τὸν τόνον, αὐτόχθων, εὔπαις, Σαμόθρᾳξ, αὐτόδαις, κατάκλεις, χωρὶς τοῦ πτώξ, πολυπτῶκες τε Μέλαιναι, quae repetens Etym. M. 435, 35. et 639, 20. addit οὐκ ἀντίκειται τὸ ὑποδμώς. Sed contra exceptionem ἄπτωξ scriptum est Anecd. p. 1339. contra regulam ὀμφακοῤῥῶγες in Anth. Pal. IX. n. 561. pro ὀμφακόῤῥαγας, cum eadem vocalis enallage,

9) Similis corruptela Anecd. p. 1188. καταφυγᾶς pro καταφαγᾶς.

qua ὁ πεντάῤῥωγος scribitur pro πεντάῤῥαγος in cod. VI. n. 310. Secundum regulam μικρόῤῥωξ, πυκνόῤῥωξ, φιλόῤῥωξ [10]. Neque adversatur Arcadius p. 19, 10. τὰ εἰς ωξ ὀξύνεται ὅσα μίαν συλλαβὴν ἔχει ἐπὶ τέλους ἐν τῇ συνθέσει ἀποῤῥώξ, κναμοτρώξ, θυλακοτρώξ, φυλάξαντα συλλαβὰς ἐν τῇ συνθέσει, cujus sententia haec est ὅσα μίαν ἀπὸ τοῦ ῥήματος φυλάττουσι συλλαβήν. De primo consentit Aristarchus Schol. Il. *B*. 755. ἀποῤῥώξ ὀξυτόνως ὡς θυλακοτρώξ· ubi quod additur καὶ ἡ σύνθεσις δὲ τοῦτο ἀπαιτεῖ ὅ τι ἂν σημαίνῃ εἴτε πάθος εἴτε ἐνέργειαν, id a contrariae notationis comprobatore dictum est adversus eos, qui ἀπόῤῥωξ scripserunt ut βούπληξ, significatione activa, sed ἀποῤῥώξ passive ut μεθυπλήξ. Sed inutilis est et haec distinctio, et quod eodem loco additur ἀποῤῥώξ ὀξυτόνως μὲν ἀποῤῥοή, βαρυτόνως δὲ ἀπόῤῥηγμα, praevaluitque tonosis Aristarchea; γῆ ἀῤῥώξ Sophocl. ἁρμὸς διαῤῥώξ Eurip. ὄχθου ἀποῤῥῶγος Dionys. Antiqq. IX. 15, 1781. πέτρας ἀποῤῥῶγες Diod. XIV. 116, 269. T. VI. κρημνοὶ ἀποῤῥῶγες Themist. Or. XI. 152. D. et substantive σήραγγες καὶ ἀποῤῥῶγες ἐκτεινόμεναι Agath. Hist. I. 10, 21. D. περιῤῥώξ Suid. sed minus recte πέτρας περίῤῥωγος Polyb. IX. 27, 4. in codd. et Edd. ante Schweighaeuserum et pro ἀμφιῤῥῶγες Anth. Pal. VI. n. 109. Paulsseni correctio ostendit proparoxytonum; φιλότρωγες prave Eustathius p. 245, 42. scripsit pro φυλλοτρῶγες ex Athen. IV. 130. E. erroremque cum Lexicographis nostris communicavit. Regulam servant γραμματοτρώξ et κναμοτρώξ P. Silent. II. Ecphr. p. 8. v. 45. quae idem ex Herodiano affert p. 1922, 8. et θυλακοτρώξ, ἀπτώξ, πολυπτώξ, quae Theognostus Cram. II. 41. atque σχινοτρώξ, quod et σχινοτρώκτης dicitur ut συκοτρώκτης, τριχοτρώκτης, quibus accedunt propria Artotrogus, Miccotrogus. De disyllabis autem contrarium praecipit Etym. M. 451, 23. θηροδίωξ καὶ αἰγοδίωξ παροξύνεται· quorum declinationem declarat Choeroboscus Anecd. p. 1381. τὸ θηροδίωξ καὶ αἰγοδίωξ διὰ τοῦ κ̄ κλίνονται. In

10) Eustath. ad Dionys. 1082. κυκλόῤῥωγος (scrib. πυκνόῤῥωγος) καὶ μεγαλόῤῥωγος.

ξ non purum quae exeant composita, reperiuntur nulla, sed a σάρξ ἄσαρκος, κατάσαρκος, μελανόσαρκος, πυκνόσαρκος, λιπόσαρκος, pro quo Macedonius Ep. XVI. λιποσαρκής dixit, Manetho cum metathesi σαρκολιπής. Legitur quidem ἐς ὕδερον ἢ ἀνασάρκα vel ἀνάσαρκα Aret. de Sign. Diut. I. 12, 105. II. 1, 128. sq. τὸν ἀνασάρκα καλούμενον ὕδερον Galen. de Simpl. Facult. XI. 1, 321. T. XII. τοὺς ἀνασάρκας λεγομένους ὕδρωπας Ther. ad Pis. XV. 275. T. XIV. cf. Schol. Hippocr. T. I. 128. sed id hyphen esse apparet ex Paul. Aeg. III. 48, 106. ὑποσαρκίδιος ὕδερος ἢ ἀνάσαρκα, et Galen. de Facult. Nat. I. 11, 24. T. II. τὸ γένος τῶν ὑδέρων ὅ τινες ὀνομάζουσιν ἀνασάρκα, nec raro dirimuntur. Hieronymi verba *nos simplices et philosarcas dicere* Lexicographi latini ad nominativum *philosarca* referunt.

§. 4.

Has igitur terminationes, etsi Grammaticorum praecepto minus mobiles sunt, tamen nonnunquam nominibus neutralibus adjungi videmus, utique non in primo casu, sed in proximis. Nam ut Bianor Ep. IV. Anall. II. 156. Anth. Pal. IX. n. 272. ἅρπαγι χείλει dixit, sic Apollonides VII. n. 238. πεδίου πολυαύλακος, quod evitari poterat traducto ad secundam declinationem nomine, ut ψήφισμα ἀκόλακον Diog. La. II. 41. σμιλίῳ ὀξυκοράκῳ Paul. Aeg. VI. 87. ut πεντάῤῥαγος, quod paulo ante attigimus. Apud Homeridas modo πολυπίδακος Ἴδης legitur Aristarchi suffragio probatum Il. XX. 59. modo πολυπιδάκου, ut τοῦ ἀρκτοφυλάκου Procl. ad Hes. Opp. 564. τοὺς πλαγιοφυλάκους in cod. Diod. XIX. 82. sed utrumque suspectius. Pro ὀξυπύνδαξ, φιλομεῖραξ, succedunt longius deducta ὀξυπυνδάκωτος Eust. p. 870, 28. φιλομειράκιος. Haec quum ita sint, quumque verbalia consimiles terminationes habeant, διςάρπαγος, παρθενοσφάγος, ταυροσφάγος, ἀντάλλαγος, νεοσφαγής, non mirum est apud scriptores numeris solutos nullum asyntaxiae, de qua loquimur, reperiri exemplum. Nam νὺξ τριφύλακος Schol. Il. X. 252. aliunde compositum est; illud Lucian. Amorr. §. 14, 271. T. V. ἀνοιγείσης τῆς θύρας ὑπὸ τοῦ κλειδοφύλακος εἶναι πεπιστευμένου γυναίου,

per synesin, ut dicitur, constructum; notabilius foret Hieracos. p. 86. ῥόδον ἀπὸ ὄμφακος ἐλαίου ἔνσταζε, quod interpres reddit *succum rosaceum omphacino oleo temperatum*, si auctorem haberet locupletiorem neque promta esset correctio ὀμφάκου v. Galen. de Comp. Med. p. Locc. I. 8, 738. et 739. T. XII. — Saepius vero nomina in ηξ cum inaequali genere conjuncta deprehendimus: στήθεος εὐθώρηκος Nonn. IV. 429. ἀμφιπλῆγι φασγάνῳ Soph. Trach. 930. ἐν οἰνοπλῆξι τεράμνοις Antip. Sid. XXX. Anth. P. IX. n. 323. ubi Paulssenus e cod. Pal. οἰνόπληξι eruit p. 60. λινοπλῆγος ζώου ex Joannis Chrysostomi quodam loco affert Sallierius ad Thom. p. 578. Sed δένδρα ἀστρόπληγα Geopp. X. 79. 7, 770. a nominativo secundae declinationis repetitum ut τὸ δεκάπληγον Joseph. Synops. VIII. 540. T. III. τὰ διάπηγα, τὰ παλίμπηγα. Nominis in ιξ exemplum nescio unde sumtum subministrat Schol. ad Eur. Orest. 260. τὸ μανιάσι λυσσήμασι σχῆμά ἐστι περίφρασις ὡς τὸ φοίνικι λίνῳ, cui simillimum est Joann. Ecphr. 535. (II. 117.) ξανθῷ λευκὰ κέρασσε μέλαν φοίνικι βαλοῦσα. Sed quod ad Phoenn. 1488. adnotant ἀρσενικῶς εἶπε τὸν φοίνικα ἐρύθημα, ex mendosa interpunctione fluxit. Neque dubitandum, quin Anecd. p. 1169. pro φοινίκων γραμμάτων scribi oporteat φοινικῶν, quod Kuesterus Suidae restituit s. Φορμὸς δερμάτων φοινίκων. Composita Epici posterioris aetatis cum neutris construere solent ἐϋῤῥαθάμιγγος ἀλείφατος Nonn. V. 258. εὐσύριγγος μελάθρου III. 320. λασιότριχος νώτου VII. 185. λιπότριχος καρήνου XIX. 262. εὔτριχι ἀγκίστρῳ Carpyll. Epigr. I. Anall. II. 401. Anth. P. IX. n. 52. εὔτριχι λήνει Nicand. Al. 453. Sed de καλλίτριχα μῆλα Odyss. IX. 336. etsi καλλίτριχος apud Homerum non legitur, tamen assentior veteri Grammatico Anecd. Cram. I. 250. ἡ εὐθεῖα τὸ καλλίτριχον, et ab eodem capite arcesso τὰ βαθύτριχα H. H. in Ap. 412. ψαφαρότριχα H. in Pan. XIX. 32. δασύτριχα Anth. Pal. IX. n. 136. νεότριχα Nonn. XLVI. 201. quam formam Atticis abjudicat Photius: οὐλόθριξ οὐχὶ οὐλότριχος καὶ οὐλότριχα οὐχὶ οὐλότριχον. Hoc invenitur in cod. Aristot. Probl. XXXIII. 18. utrumque conjunctim de Gen. Animm. V. 3. p. 783, 13. οἱ μὲν Σκύ-

θαι μαλακότριχες, τὰ δὲ πρόβατα σκληρότριχα. De Nonno dubitari potest, siccine scripserit *λιπότριχον ἄντυγα κόρσης* XXVI. 159. an *λιπότριχος.* Sed Aristoteles alternat flexus; *οἱ γαμψώνυχες* H. An. VIII. 5. (4.) 1. IX. 2. (1.) 4. et *ὁ γαμψώνυχος* VI. 7, 1. IX. 2, 9. Hippocratesque de Nat. Mul. p. 571. T. III. de Morb. III. 322. *ἡμιχοίνικα,* sed paullo post *ἡμιχοίνικον,* quo saepius utitur de Intern. Aff. p. 471. T. II. de Morb. Mul. I. 779. Epid. VII. 637. T. III. et rursus *τριημιχοίνικα* Theophr. H. Pl. VIII. 4, 4. ex tertia declinatione, sed *τριχοινίκων ἐπῶν* Arist. Vesp. 481. ex secunda, ut *τετραχοίνικος, πεντεχοίνικος, παρακρουσιχοίνικος,* quae Pollux IV. 168. VI. 160. sola comprobare videtur [11]); eandemque declinationem sequuntur *εὐκύλικος, πεντεσύριγγος,* et, ut ad aliud genus transgrediar, adjectiva in *υξ* exeuntia: *περίζυξ* et *περίζυγος, ἑτερόζυξ* et *ἑτερόζυγος, νεόζυξ* et *νεόζυγος,* ac majore etiam abundantia *βιοζυγής, καλλιζυγής, μονοζυγής, νεοζυγής, τριζυγής* Macedon. Epigr. XXXIII. 120. T. III. Anall. quibus quarta accrescit terminatio praepositionibus apta in *ιος.* Nam ut *ἐμπροίκιος, ἐπινύκτιος, κατατρίχιος,* sic dicitur *συζύγιαι χάριτες* v. Schaefer. ad Dion. XIV. 175. quod perverse interpretatur Bernhardy Synt. p. 50. Haec vero a nominibus composita sunt; verbalium si quaerimus exempla, in pari fere reperiuntur varietate: *δίπτυξ, δίπτυχος, διπτυχής, καταπτυχής, βωλώρυξ, φρεωρύχος,* et passive *κατώρυχες λίθοι* Poll. VII. 123. sive *κατώρυγες* Philo de Sept. Mir. II. 8. qui ab Homero dicuntur *κατωρυχέες.* Hinc cognoscitur primum *ὁμόζυγα ταρσά* Nonn. XIX. 264. *τετράζυγα φίλτρα* Joann. Ecphr. II. 338. eodem pertinere quo *τετράζυ-*

---

11) *Φοινικοῦς* gentilicium Wesselingius ad Diod. III. 66. XIV. 65. undique expellit, sed exemplorum multitudo (v. ad Phryn. p. 148.) dubitationem affert, ne Graeci ipsi interdum ad terminationem adjectivi materialis aberraverint; *φοινίκεια γράμματα* Plutarch. Symp. IX. Quaest. III. 2, 404. *φοινικῆς θαλάσσης* Niceph. Blemm. Paraphr. p. 412, 16. quod Bernhardy p. 1013. aut pro *φοινικικός* scriptum aut a *φοινικός* ductum putat, cujus *fidejussores* producit Xenophontem Oec. VIII. 11. ubi Sturzius verissime corrigit *φοινικικός,* et Quintum VIII. 106. ubi nihil de Poenis, sed Lyciae locus *Φοίνικος ἕδος* appellatur.

γον ἅρμα Nonn. XX. 121. deinde perfacilem fuisse anomalae syntaxis devitationem, quae delitescit in casibus paribus, δίζυγι πυρί Nonn. XXII. 352. στοιχεῖον ὁμόζυγον ἄζυγι μίξας XLI. 381. quae poetis promtius condonantur quam Platoni Polit. 265. D. γένει τῷ μώνυχι. Paronyma haec intra duos exitus continentur: αἰγῶνυξ, γαμψῶνυξ et γαμψώνυχος, μονῶνυξ sive μῶνυξ et μονώνυχος, μονάμπυξ μονάμπυκος, τανυπτέρυξ τανυπτέρυγος, φερεπτέρυξ φερεπτέρυγος, unde perspicuum fit, τὰ διπτέρυγα Anth. Pal. V. n. 151. τὰ γαμψώνυχα Jambl. Protr. XX. 350. εὐπτερύγων λέκτρων Nonn. XXXVII. quorsum referenda sint. *Sardonyches* vero et εἰνανυχής illud, si quid fidei habent, cum εὐῤῥωγής, λυσιφλεβής, λιποσαρκής, λιποτριχής, conferri oportet, quorum ultimo assimilandum est σῶμα δασύτριχες (sic) τριχὶ στερεῷ Polemon. Physiogn. I. 5, 193. nisi ipsius accentus indicio simplex δασύ reponi debet; sed δασύθριξ, quod Sylburgius suadet, regulae contrarium. A τρύξ composita unius sunt formae ἄτρυγος, ὑπότρυγος. — Nominum in ωξ unum in promtu exemplum, quod in Anecd. Bekk. p. 1267. affertur e Sophocle: ὁ δ' ἔνθ' ὅπλοις ἀρῶξιν Ἡφαίστου τεχνίτου· τοῦτο γὰρ κατὰ μεταπλασμὸν ἀπὸ τοῦ ἀῤῥήκτοις γενόμενον τοῦ η τραπέντος εἰς τὸ ω προπερισπᾶται καὶ οὐ προπαροξύνεται κατὰ τὰς μεταπεπλασμένας δοτικάς, ἄστρασι, πρόβασι, ἔγκασι. Sophoclis verba sic corrigi possunt ἐνδὺνθ' ὅπλοις ἀῤῥῶξιν Ἡφαίστου τέχνῃ, induit (Achilles) arma Vulcania, ut δῦσαν ἐν ἔντεσι Quint. IX. 68. et 541. ἔδυ καλὰ τεύχεα VII. 440. Metaplasmus autem hoc loco nullus, sed generum disparium copulatio casibus transversis concessa, quam qui devitare voluerunt, ἀῤῥαγής dixerunt vel ἄῤῥηκτος.

§. 5.

Quum autem motio per genera et gradus communi lege contineatur, strictim attingendi sunt comparativi et superlativi ab adjectivis in ξ propagati. Sunt autem perpauci et plerique proprio quodam sapore notabiles: primum ἁρπαγίστατος vox comica; alterum huic non dissimile βλακίστερος a Xenophonte usurpatum; tertium μισοπορπακίστατος ab Aristophane fictum

jocose. Sed in Hippocr. de Aer. et Locc. p. 550. T. I. *οὔρεσι λειμακεστέροισι καὶ ἑλωδεστέροισι*, unde fluxit Suidae et Erotiani glossa *λειμακέστερος* sive *λιμακέστερος τόπος σύμφυτος καὶ σύνδενδρος*, Schneiderus recte *λειμακωδέστερος* corrigit, ut deinceps legitur p. 556. et 566. Coraio c. 79, 70. vulgatam retinente. *Λινοπληγέστατος*, quod Lexicographi ad *λινοπλήξ* referunt, rectius a *λινοπληγής* repetitur, ut *εὐθηγής*, *θεοπληγής*, et ab uno verbo *πήγνυμι* quatuor oriuntur adjectivorum formae: *εὐπήξ*, quod Hermannus Euripidi restituit Or. 1428. *καινόπηγής* Aeschyl. *εὐπηγής* Hom. et Hippocr. p. 673. T. II. et vulgo usitata *εὐπαγής* et *εὔπηκτος*. Neque raro haec a librariis inter se permutantur: *καρτερόπλῆγες* et *καρτεροπληγεῖς* Diod. V. 34, 324. *νεοθῆγι* et *νεοθηγεῖ* Athen. VII. 306. B. *κυματοπλῆγες* et *κυματοπληγεῖς* ib. VIII. 358. B. quorum dativi solo accentu distinguuntur, *νεοπηγέσι* Synes. Hymn. VII. 5. *ὑδατοπληγέσι* Oppian. Cyn. II. 142. et *ὑδατοπλήγεσι*, quod Bastius Ep. Cr. p. 213. et 282. ex hoc loco profert tanquam sincerius altero; sed nescio an Graecis haec productior forma in *γης* tantummodo metri causa ascita sit, cui explendo pro re nata duplex accommodatur dativi forma *εσι* et *εσσι*. Quod si ita est, in Tryph. 276. pro *νοῶν πληγαῖσι* potius *νοοπληγέσσι* restituendum erat quam, ut Merrickius voluit, *νοοπλήγεσσι*. In Maneth. IV. 284. *κρατοπαγεῖς, ἀχίτωνας, ἀεὶ κορυφῆσι φαλακρούς*, quae sunt mimorum epitheta, scribendum videtur *κρατοπλαγεῖς*, ut *ἐκπλαγής*, ad significandos salapittarum crepitus cum stupidorum capitibus rasis conjunctissimos. Denique pro *ἀῤῥηγής* Aristid. Enc. Rom. p. 384. T. I. recte nunc editum *ἀῤῥαγής*, nam ab hoc verbo quae componuntur aut alpha aoristi aut ω perfecti secundi accipiunt *πλευμοῤῥωγής* Hippocr. de Int. Affect. p. 433. T. II. *καταῤῥωγής* Hesych. et *διαῤῥωγή* Hipp. de Articc. p. 179. T. III. [12]) quanquam in hoc veteres libri variarunt v. Foes. Oec. s. h. v. *Ἀφῆλιξ* legitur Lucian. Pseud. §. 15. et apud alios aequalium v. ad Phryn. p. 84. *ἐνῆλιξ* v. Wyttenbach. ad Plut. Apophth. p. 1083. *με-*

12) Singulare est *Κατεῤῥηγότας διεῤῥηγμένους* Hesych.

σοῆλιξ Tzetz. Posth. 475. εὐῆλιξ ib. 527. Schol. Theocr. I. 44. et apud antiquiores παναφῆλιξ, συνομῆλιξ, ἰσῆλιξ, quae omnia damnare videtur Phrynichus, quum ἀφῆλιξ rejicit App. p. 3. κατὰ σύγκρισιν ἡ λέξις προφέρεται καὶ ἐν ὑπερθέσει· οἱ δὲ ἀπολελυμένως λέγοντες ἀφῆλιξ, ἀφήλικες, ἀμαθέστατοι. Sed ἀφηλικέστερος et ὑπερηλικέστερος Ocell. III. 5, 43. ad ἥλικος referri possunt, unde declinantur pluralia ἴσα καὶ ἥλικα Emped. v. 59. τὰ ὁμήλικα ζῶα Apollon. Hist. XVIII. τὰ παρήλικα Anth. Pal. XII. n. 228. τὰ συνήλικα τοῖς πόλεσιν ἁμαρτήματα Dem. p. Cor. 308, 29. secundum Reiskii scripturam, παιδάρια συνήλικα Chron. Pasch. p. 122. D. quanquam ipsum ἀφήλικος non magis reperio, quam contrarium ἀνῆλιξ. Ἑλικώτατον ὕδωρ Callimachi, quod Schol. Ven. *A*. 98. μέλαν interpretatur, alius autem ad Soph. Aj. 372. rectius ἑλικοειδῆ ἔχον τὴν ῥεῦσιν (ut Νέδης ἑλικόῤῥοον ὕδωρ) Lexicographi haud injuria nominativo deuteroclito subjiciunt, quamvis nullis adhuc exemplis confirmato. Ceterarum terminationum gradus non reperi.

§. 6.

Nomina in αψ terminata Draco p. 94. tria profert: Ἄραψ, λαίλαψ, χόραψ, pro quo χήραψ scribendum, si quidem τῆς χήραβος Athen. III. 86. B. quod codd. aliqui praeferunt, fide dignum habetur. Addere poterat θέραψ, ἔλαψ serpentis nomen, λαίτραψ (nisi vitium subest) ὑετός Hesych. Σκίραψ Σκίραφος κύριον Anecd. p. 1198. In εψ nullum simplicium exit, eorum quidem quae ad nostram pervenere notitiam, sed latino *adeps* et Hesychii glossae Ἀλέπεσσι στέατι vestigium veteris nominativi ἄλεψ sive ἄλιψ leviter impressum haeret. Εἰς ηψ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ὅτι μὴ κώληψ βαρύτονον Theognost. in Anecd. Cram. II. 97. pro quo σκώληψ vitiose scribitur Arcad. 94, 21. Accentus hujus vocabuli omnibus in ψ exeuntibus communis est; genus Eustathius p. 1326, 53. sibi ignotum esse fatetur. In ιψ plura sed desueta fere solique Hesychio cognita: Ἄλιψ πέτρα, quod Toupius Emm. T. IV. 183. dirimit ἁ λίψ, alii probabilius cum aeque obscuro ἠλίβατος componunt; ἔριπες θαλοί, ἔριψ σωμάτιον, quorum

prius non expedio, sed ἔριψ idem valere videtur quod ἐρείπιον id est πτωμάτιον. Nomen ἧλιψ τὸ ὑπόδημα Schol. Theocr. IV. 56. derivat παρὰ τὸ ἑλίσσειν τὸν πόδα· inepte quidem sed quis veri auctor? Perinde obscurum κατῆλιψ κατήλιφος ἡ μέση στέγη ἀπὸ τοῦ πηλοῦ ἤ τινος τοιούτου, ἐφ᾽ ὧν τὰ καταστρώματα τίθενται Anecd. p. 1200. ubi excidisse videtur, quod certe ad explicandum nominis etymon necessarium erat, ἀπὸ τοῦ κατειλῆφθαι (quod sustinetur) ὑπὸ τοῦ ξύλου etc. Etenim Glossographi illud interpretantur ἰκρίωμα μεσότοιχον, μεσόδμην· Galenus autem Comm. in Artioc. IV. 738. T. XVIII. P. I. μεσόδμη, inquit, ὀνομάζεται τὸ μέγα ξύλον τὸ ἀπὸ τοῦ ἑτέρου τοίχου πρὸς τὸν ἕτερον διῆκον ἔν τε τοῖς τῶν πανδοχείων οἴκοις τοῖς μεγάλοις, ἐν οἷς ἱστᾶσι τὰ κτήνη, καὶ κατ᾽ ἄγρον ὁμοίως ἐν τοῖς γεωργικοῖς, ex quibus colligitur, nominibus illis tignum transversarium significari, quo diversoria in duas partes distinguerentur, unam hominibus destinatam, alteram interiorem jumentis, eamque superne asseribus, ut hodieque fit, fuisse constratam atque hoc quoque tabulatum vocari κατήλιφα, quo cauponae escendunt Arist. Rann. 566. ac pariter scalas, quibus aditur. Parum successit Grammaticis nomen αἰγίλιψ, quod fortasse non magis compositum, quam Αἴγιλος, Αἰγάλεον, Αἰγάλεως montium nomina; et serpentum epitheton ἀργίλιπες ἤγουν ἔκλευκοι ὡς Ἀρχίλοχος (Fr. 138.) ἀργιλιπὴς δὲ φάσις Schol. Nic. Ther. 213. pro quo quum veteres Edd. φησὶν praebeant, hoc elicias ἀργιλιπὴς δημὸς φησί, quod Homerus ἀργέτα δημὸν dixit. Κόριψ νεανίσκος Hesychius item ut sequens κόρυξ νεανίσκος a κόρος propagatum cum solita duplicium enallage, ut κόρυς, κορύσσω, κορυφή, κορύπτω, κυρίσσω, corusco. Nominum in οψ numerus peramplus, sed difficilis simplicium et compositorum distinctio. Etym. M. Δόλοψ κύριον παρὰ τὸ δόλος τροπῇ τοῦ σ εἰς τὸ ψ ὡς αἶθος αἶθοψ, σκόλος σκόλοψ, quibuscum Schol. Il. Ξ. 383. confert οἴνοψ et νῶροψ a fictitio νωρός productum, uterque dissimilia miscens; nam σκῶλος et σκόλοψ ejusdem generis sunt, ut ἑλλός et ἔλλοψ, sed οἶνος et οἴνοψ diversi. Item τρίοψ τρίπους Hesych. simplex videtur a numerali productum ut θρῖ-

ναξ, et χέδροψ sive χέδροπος cum χίδρον cognatum; βειέλοψ ἱμάς, ᾧ τοὺς νικηφόρους ἀναδοῦσι Hesych. fortasse torulum significat ab εἴλλω derivatum, unde εἶελος, ἰλλάς etc. κάλαυροψ a κᾶλον repetunt mutata prosodia, ut ἄγλαυρος ab ἀγλαός, a πέτομαι πέταυρον (quanquam hoc alii pro μετέωρον accipiunt) et πέτευρον (ut ἄλευρον, δέλευρον). Ὕοψ urbis nomen, Πάνοψ herois, cujus paragoga Πανόπη, Πανοπηΐς, alpha corripiunt, macedonicum αἰγίποψ, γεργέλοψ, εἴροψ (ἠέροψ, ἀέροψ, ἔροψ) aliaque ad Aj. p. 410. allata vix conjecturae locum relinquunt, nec constat omnium scriptura; quin de priorum quoque terminatione certatum esse apparet ex Stephani verbis s. Αἴθιοψ — οὐ γὰρ ἀληθὴς ὁ Ὑψικράτους λόγος ὡς οὐδὲν εἰς οψ λήγει παρ' Ὁμήρῳ εἰ μὴ τὸ καλαύροψ· εἰσὶ δὲ καὶ τὸ ὄψ καὶ τὸ μέροψ.

Εἰς υψ σπάνια, Κίνυψ ὁ λιμήν, Χάλυψ, Ἄρυψ οἱ μέχρι Ἰσθμοῦ Ἀχαιοί, ὅπερ καὶ μονοσυλλάβως λέγεται Theognost. Cram. II. 98. Postremum per π declinatur τοῦ Ἄρυπος ut et Γέργυπες νεκροί Hesych. τῆς Κίνυπος Herod. IV. 198. quod est regionis nomen, sed fluvii Κίνυψ τοῦ Κίνυφος Anecd. Bekk. p. 1342. quod aliter inflectitur ἀπὸ Κινύφου ποταμοῦ Hesych. s. Κινύφιον. In ωψ quae exeunt, aut paraschematista sunt ut κέρκος κέρκωψ v. Schneider. ad Aristot. T. III. 387. μύωψ μυῖά τις Hesych. κίνωψ θηρίον Id. quod cum κνωπεύς ἄρκτος et cum generalibus animalium vocabulis κινώπετον, κνώδη, κνώδαλα, κίναδος, σκίναξ, communem originem habere videtur; ἴωψ piscis fortasse a colore denominatus. Ἀγχίλωψ ἀπὸ τοῦ ἐγγὺς εἶναι τοῦ ὀφθαλμοῦ Galen. Defin. Med. 362. p. 438. T. XIX. quod parum credibile est, neque convenit affini nomini αἰγίλωψ, quod Alexander Trall. II. 8, 163. ab illo discernit οὐ μόνον αἰγίλωπας ἀλλὰ καὶ ἀγχίλωπας. Ὁ ὕαλωψ in Schol. Hippocr. T. II. p. 222. ὑελέψην sive vitriarium significare videtur; de αἱμάλωψ, θυμάλωψ, νυκτάλωψ, quibus H. Stephanus literam λ interpositam putat, alibi exposui.

§. 7.

Compositorum exempla profert Athenaeus IX. 409. B. παρὰ τοῖς τραγικοῖς καὶ τοῖς κωμικοῖς παροξυτόνως ἀνέ-

γνωσται χέρνιβα· χρὴ μέντοι προπαροξυτόνως προφέρεσθαι (cf. Schol. Ven. ad Arist. Pac. 956.) *τὰ γὰρ τοιάδε ῥηματικὰ σύνθετα εἰς ψ λήγοντα τὴν παραλήγουσαν τοῦ παρακειμένου φυλάσσουσιν, ἄν τε ἔχῃ τοῦτον διὰ τῶν δύο μμ λεγόμενον, βαρύνεται, αἰγίλιψ, οἰκότριψ, βοόκλεψ, κατώβλεψ*, quorum declinationem tradit Grammaticus in Anecd. Crameri T. II. 424, 13. *τὰ εἰς ψ λήγοντα σύνθετα διὰ τοῦ π κλίνεται, εἰ μὴ ἔχουσι ῥῆμα εἰς βω, χέρνιψ, παιδότριψ, χοιρόθλιψ*. Hoc accentu *δρυοκόλαψ* scribitur in Eutecnii Ixeut. I. 12. et ap. Hesych. s. *Ἵππα* (ante *Ἵπταται*) *πελεθόβαψ* Id. et paronymon *βαρυλαίλαπες* Anth. Pal. IX. n. 247. sed Arcadius p. 94. *πλινθοβάψ* et *πελεθοβάψ* acui dicit, gravari autem, quae aut *ε* aut *ι* aut *ο* in ultima habeant *βούκλεψ, τυρόκλεψ, σκευοτρίψ, παιδότριψ, χέρνιψ, δρύοψ* [13]). Sed haec excepto postremo, quod compositum non est, incerto pede inter utramque regulam errant; *ἐφευροκλέψ* [14]) et *νακοκλέψ* in Anecd. Cram. II. 97. oxytona sunt; paroxytona *ἀργυρόφλεψ*, quod Schneiderus e Schol. Plat. affert, *μελανόφλεβες* Aret. de Sign. Diut. II. 1, 128. *δρύπεψ* drupa in Longin. Ep. I. Anall. T. II. 200. hoc est, ut Scholiasta ait, *ἡ ἐπὶ τοῦ δένδρου πεπανθεῖσα* cf. Schweighaeuser. ad Athen. T. I. 376. Eadem diversitas in nominibus plurimis a verbo *τρίβω* ductis: *ἀστύτριψ, ἄτριψ, ἀχυρότριψ, θησειότριψ, παιδότριψ, πορνότριψ, πεδότριψ* Phil. Quod omn. prob. 866. E. Theognostus l. c. p. 98. addit *χοιρότριψ, ἀμφίτριψ, Κεντόριψ*, urbis nomen Diod. XX. 56. et incolarum Thuc. VII. 32. quod utroque loco prave tentatur. *Σύντριψ* nomen proprium in Hom. Cam. Epigr. XIV. 9. jocose fictum est ut *Σαβάκτης ἀπὸ τοῦ σαβάξαι* i. e. *διασαλεῦσαι*. Regulae contraria *πεδοτρίβες* Lucian. Saturn. §. 8. *τὸν ἀλοτρίβα* pro *ἀλοτρίβανον* Anth. Pal. V. n. 306. Apud Hesychium *Ἀμφιτρίβαν περιττῶς τετριμμένον*, quum passiva significatio ab hac terminatione aliena sit, *ἀμφιτρίβα* scribi oportet vel, ut regula jubet, *ἀμφίτριβα*.

13) Proprium *Δρύωψ* a Passovio scribitur sicut *φαίνωψ* et alia, quorum soli casus obliqui extant vocali brevi. Schneiderus Nicandro Th. 857. tribuit genitivum *αἰγίλοπος*, anomalum certe.

14) Hoc non potest significari *ὁ ἀνευρίσκων τὰ κεκλαμμένα*, ut Goettlingius interpretatur de Accent. p. 331. Fortasse *ἀλευρόκλεψ* scripsit.

In Regg. Pros. N. 66, 435. θέλουσι τὸ παιδοτρίβης ἐκτείνειν πλανώμενοι ἐκ τοῦ παρ' Ἀρχιλόχῳ (Fr. 124.). ἄνδρας εἰς ἀμφίτριβας, Hermannus ἀμφιτρίβας corrigit activa, ut videtur, potestate quam παιδοτρίβης habet et, puto, μεσοτρίβης Athen. III. 111. C. ac, nisi syllaba longa esset [15]) ab illis, qui reprehenduntur, non potuisset pro argumento afferri; reprehensor vero metro aliter constituto ἀμφίτριβας legisse videtur contraria prosodia et significatione ut ἀτριβής, παλιντριβής, περιτριβής. Nominativus χέρνιψ, de quo Passovius dubitabat, legitur Aesch. Eum. 656. Hesych. s. Χρυσορανίς, ejusque casus dactylici ap. Homerum, Thucydidem IV. 97. Lysian c. And. p. 108. 1. Aeschylum, Sophoclem aliosque proparoxytoni sunt, ambiguo apud Euripidem et Aristophanem accentu v. Hermann. ad Herc. 924. Omitto quod nonnulli Od. XXI. 395. scripserunt κεραΐπες ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς κέρασιν ἶπες, lascivientis ingenii commentum, et Migdolibs, quod Plauto tribuitur. In οψ quae desinunt omnia eandem originem habent; ἄοψ cui Glossographi duas subjiciunt significationes ἀνόφθαλμος et ἄφωνος, pariterque εὔρυοψ παρὰ τοὺς ὦπας ἢ παρὰ τὴν ὄπα Etym. M. quo intellectu est εὐρύοπα κέλαδον veteris poetae ap. Plutarch. Non poss. suav. viv. XIII. 475. ἔποψ ἐπόπτης et δίοψ οἰκονόμος Hesych. Terminationis huic proximae nullum proferri potest exemplum, praeter πώλυψ, sed a γύψ Lucianus finxit ἱππογύπους· ejus autem, quae ω longum continet, non pauca, παλαιομώλωψ, χαμαίδρωψ, ἀείσκωπες Athen. sive ἀεισκῶπες Aristot. ἄζωψ Hesych. et a verbis: τῶν ἀρχικλώπων Plutarch. βιαιοκλῶπες ἅρπαγαί Lycophr. παραβλώψ Synes. Ep. IV. 160. B. κυνοβλῶπες Hesych. de quorum accentu jam veteres disceptarunt v. ad Aj. p. 409. His autem omnibus adjunctae sunt formae prolixiores, quas Grammatici ad anadromen referre solent, ἀνθοβάφος, πορφυροβάφος, ἄφλεβος, ἀδηλόφλεβος, ἐπίφλεβος, στενόφλεβος, χέρνιβος vel potius χέρνιβον v. Jacobs. ad Aelian. p. 310. ἀγάννιφος, δύσνιφος, ἄοπος, δίοπος (καὶ

15) Οἱ παιδοτρῖβαι Aristot. Pol. III. 11, 6. proprius esse videtur Schneideri error.

ἔφορος Philo de Creat. Princ. 730. B.), εὔωπος, αἱμάλωπος ἴχωρ Aret. Sign. Diut. II. 1, 128. Atque hic quoque intervenit terminatio ης dupliciter declinata; namque fera κατῶβλεψ sive κατωβλέπον a Plinio catoblepas dicitur, et pro παιδότριψ in usum venit παιδοτρίβης, pro ἄτριψ ἀτριβής, quarum terminationum prima activam significationem habet, secunda et tertia utramque. Anomaliae autem, quam quaerimus, vestigium in hoc genere nullum praeter αἴθοπι κέντρῳ Joann. Ecphr. I. 262. *croco cilici* Lucr. II. 416. nisi h. l. masculinum est, *cilici arvo* Virg. Cul. 399. Haec enim terminatio duorum generum est. Eustathius p. 1484, 47. τὸ θηλυκὸν τοῦ Αἰθίοψ ἰδιωτικῶς μὲν Αἰθιόπισσα λέγεται, ἄλλως δὲ περιφραστικῶς, hoc est αἰθίοψ γυνή vel Αἰθιοπίς[16]), quorum prius et αἰθίοψ φωνή ex Aeschylo affert, sed parum apte contendit cum κίλιξ χώρα. Nam hoc et φοίνιξ πνοή Eur. Troad. 832. poetica licentia produxit, quae et ἡ ἄναξ ascivit non contra analogiam, nam terminatio in ξ utriusque generis particeps est, sed praeter necessitatem, quippe promta et parata feminina terminatione ἄνασσα, φοίνισσα, κίλισσα. Sed Αἰθίοψ non habet paraschematismum femininum nisi Αἰθιοπίς· illud autem Αἰθιόπισσα novitiae est Graecitatis supplementum supervacaneum, sicut omnia, quae in ισσα exeunt a genitivo declinata, Ἀρκάδισσα, quod Stephanus παράλογον vocat, Καππαδόκισσα quod cum πανδόκισσα et Αἰθιόπισσα comparat, Ἀράβισσα, φυλάκισσα etc. Itaque κίλιξ χώρα non minus a norma recedit, quam λάκων διάλεκτος, ἕλλην πόλις etc.

---

16) Aristotelem H. Ann. VI. 6. ἡ μὲν θυγάτηρ (τοῦ Αἰθίοπος) ἐγένετο οὐκ Αἰθίοψ, τὸ δ' ἐκ ταύτης (ὁ δ' ἐκ ταύτης de Gen. Animm. I. 18. p. 722, 11.) non potuisse scribere Αἰθιόπισσα sive Αἰθιοπίς Hermannus contendit ad Iph. T. 334. Id concederem si sententia esset generalis, ὅταν Αἰθίοψ τις γυναικὶ ἑλληνίδι συμμιχθῇ, τὸ ἐκ τούτων οὐκ Αἰθίοψ γίγνεται, sed si quis, ut Aristoteles, de re in facto posita loquitur, nihil interesse puto, utro utatur genere, eone quo solus color indicatur an quo et color et sexus. Apud Homerum Juno Dianam λέοντα γυναιξί esse dicit, Medeam increpans Jason Eur. Med. 1342. λέαιναν appellat, non quia leaena crudelior leone, sed quia nunc ipsum de femina loquitur.

DISSERTATIO QUARTA.

DE

SUBSTANTIVORUM PRIMAE DECLINATIONIS PARAGOGE IONICA.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXV.)

DISSERTATIO QUARTA.

DE SUBSTANTIVORUM PRIMAE DECLINATIONIS PARAGOGE IONICA.

§. 1.

Maximus Planudes in Grammatica Etymologico Gud. subjuncta p. 660, 34. *τὰ ἐξ ὀνομάτων*, inquit, *γενόμενα θηλυκὰ* (scr. *θηλυκῶν*) *μηκύνουσι τὸ ᾱ, δικαία, σεληναία, εὐκταία*, (Grammaticus Hermanni N. 18, 424. *ἀκταία*) *ἀπευκταία, περικεφαλαία, δειλαία, περαία.* His nisi addidisset *τούτοις ἠκολούθησεν ἐλαία, νεολαία*, rem admodum vulgarem tradere videretur, adjectiva in *αια* exeuntia alpha longum habere. Sed ille aut scripsit aut intelligi voluit *τὰ ἐπὶ τῆς αὐτῆς σημασίας μένοντα*, atque hoc modo singulare quoddam genus nominum delineavit, quo nullum magis in Grammaticorum scholis jactatum est. Anecd. Cram. I. 104. *ἐκ τοῦ γῆ γίνεται γαῖα, καὶ ὤφειλε μακρὸν ἔχειν τὸ ᾱ· αἱ γὰρ τοιαῦται παραγωγαὶ μακρὸν ἔχουσι τὸ ᾱ, Ἀθηναία, ἀρχαία.* Schol. Il. XXI. 143. *ἀνάγκῃ ἶφι δαμάσσας, γράφεται ἀναγκαίῃ.* Eustathius p. 1758, 58. *ἡ καλάμη καὶ καλαμαία λέγεται κατὰ παραγωγὴν ὁμοίως τῷ μελισσαία, οὐραία, δραχμαία, λιμναία, γαληναία, σεληναία, ἁμαξαία καὶ ἄλλοις.* Et p. 474, 44. *ἡ σελήνη σεληναία λέγεται καὶ εὐνὴ εὐναία τραγικῶς ἡ ἄγκυρα· καὶ ἡ παρ' Ὁμήρῳ καλάμη καλαμαία λέγεται κοινότερον καὶ ἡ πέρα περαία καὶ ἡ ἀλκὴ ἀλκαία ἐπὶ λέοντος καὶ ἡ προνομὴ προνομαία καὶ ἡ ἀκτὴ ἀκταία παρὰ Καλλιμάχῳ καὶ ἀρχαίη καὶ Ἀθηναίη καὶ ἀναγκαίη.* His additur *αὐλαία* p. 84, 5. et *γυραία* p. 1507, 8. *ἐκ τοῦ γυρῆ* (*γυρή*) *παράγωγον ἡ γυραία ὥσπερ ἀρχὴ ἀρχαία, ἀνά-*

γκη ἀναγκαία. Draco p. 20. ex hoc genere affert ἀρχαία, σεληναία, ἁμαξαία, ἀναγκαία, εὐναία, δραχμαία. Hujus autem doctrinae late per compendia nostra sparsae[1]) primordia quaerentes gradatim ad locupletissimos Grammaticae auctores deducimur, Phrynichum et Apollonium. Illius haec verba sunt in App. p. 22, 28. ἁλμαίαν τὴν ἅλμην ὡς Ἀθηνᾶ Ἀθηναία, πύλη πυλαία, ὥρα ὡραία. Apollonius ita loquitur de Adv. p. 598, 18. καὶ ἐπ' ὀνομάτων ἔσθ' ὅτε παραγωγαὶ γίνονται κατὰ τῶν αὐτῶν σημαινομένων ὡς τὸ ἀναγκαίη καὶ τὸ εὐναίας ἐβάλοντο, quibus tertium adjungit p. 570, 8. ἁμαξαία. Sed exemplorum satis est; videamus quid unumquodque valeat universa copia, quo melius perspici possit, ex ordine disposita. Sunt igitur omissis adjectivis δειλαία et ἀπευκταία, quae postmodo tractabuntur, haecce: Ἀθηναία, ἀκταία, ἀλκαία, ἁλμαία, ἁμαξαία, ἀναγκαία, ἀρχαία, αὐλαία, γαληναία, γυραία, δικαία, δραχμαία, εὐναία, καλαμαία, κεραία, λιμναία, μελισσαία, οὐραία, πεgαία, περικεφαλαία, προνομαία, πυλαία, σεληναία, ὡραία.

§. 2.

Ergo si numeramus exempla, nulla reperiri potest causa munitior; sed ponderantibus nonnulla adeo levia apparent, ut generi universo quaedam suspicionis aura affletur. Exempli causa ἀρχή legitur omnibus paginis, pro quo si ἀρχαία dicere licuisset, sine dubio unum alterumve hujus productionis reperiretur in tot libris vestigium, sed extat nullum summumque periculum est, ne hoc totum nitatur falsa Pindari interpretatione Pyth. IV. 197. ἱκόμαν ἀρχαίαν κομίζων πατρὸς ἐμοῦ, τὸν Ζεὺς ὤπασεν Αἰόλῳ, τιμάν· quorum verborum ultimum Scholiastes appositionis modo adjectum existimans, παραγώγως, inquit, ἐξήγαγε τὴν ἀρχήν, ὡς Ὅμηρος τὴν ἀνάγκην ἀναγκαίην. Sed rectius Heynius ἀρχαίαν τιμάν conjungit, neque aliter Boeckhius sentit, qui quod ad refellendum Scholiasten addit, a δίκη quidem δίκαιος duci et a σελήνη σεληναῖος, sed ab ἀρχή, quod principatum significat, propa-

1) V. Fischer ad Vell. T. I. p. 109. Schaefer. ad Greg. p. 394.

gari, *ἀρχεῖος*, cujus neutrum superesse substantivi significationem habens *τὸ ἀρχεῖον*, id ego vereor, ne ad rem minus pertineat; nam *ἀρχαία* illud Scholiastes substantivum esse credidit, non adjectivum; deinde *τὸ ἀρχεῖον* typo dicitur topico ut *ἰατρεῖον*, *σχολεῖον* etc. quorum adjectiva non magis in usu fuere quam *σφηκιός*, *μυρμηκιός*, neque derivationis causa assumi necesse est. Verum illud commenticium substantivum *ἀρχαία* jam pro argumento affertur a Schol. ad Pyth. IV. 497. *τὸ δικαίαν παροξυτόνως, ἵν' ᾖ τὴν δίκην, ὡς καὶ τὴν ἀρχὴν ἀρχαίαν παραγώγως· ἢ περισπωμένως, ἵν' ᾖ δικαίων.* Hodie *δικαιᾶν* scribitur, nec potest ulla ea de re esse controversia; sed prior interpretatio eo valuit, ut *δικαία* in numerum paronymorum referretur. Quod quum appareat temere inconsulteque factum esse, nonne suspicio erroris proserpit longius? si praesertim demonstratum fuerit, quam cupide quamque libidinose veteres artium scriptores in hac causa versati sint? Concedamus in praesens *Ἀθηνῆ* sive potius *Ἀθήνη* idem nomen esse atque *Ἀθηναία*, quis jam huic aequiparet *περικεφαλαία*, quod propagatum quidem est a *κεφαλή*, sed sic ut *κεφαλαία*, ut *κεφάλαιον* et *προςκεφάλαιον*, hoc est cum summa significationis discrepantia. Verum jam satis intelligi puto, qui sit causae status et quorsum haec tendat disputatio; nunc me ad ordinem, quem institui, referam.

§. 3.

Primum igitur, quod eadem dea nunc *Ἀθηνάα* sive *Ἀθηνᾶ* dicitur, nunc *Ἀθηναία*, non magis ad causam pertinet quam duplex forma nominis *λεοντέη* sive *λεοντῆ* et *λεοντεία*. Sed Phrynichus fortasse *Ἀθήνη* scripsit, quod est urbis et deae Poliadis nomen commune, quemadmodum dea Roma vocatur et urbs Roma, aliarumque civitatium deae praesides eodem quo illae nomine nuncupari solent, Aegina, Mycene, Cyrene, Thebe, Rhodus, neque nymphae solum sed coelestium nobilissimae: *Ἑρμιόνη Δημήτηρ καὶ Κόρη ἐν Συρακούσαις* Hesych. Minerva *Σάϊς* v. Siebelis ad Paus. T. I. 261. Cytherorum eponyma *Κυθήρα* ut Athenarum *Ἀθήνη*, eademque *Κυθέρεια Cytherea*, pro quo si *Κυθηραία* legeretur vel *Κυ-*

θερείη[2]) id simillimum foret Minervae nomini quatuor syllabarum. Sed praesto sunt alia; nam eadem dea appellata est *Ὄγκα* sive *Ὄγγα, χωρίον ὁμώνυμον ἔχουσα* Hes. et *Ὀγκαία διὰ τὸ τὸν Κάδμον ἱδρύσασθαι ἄγαλμα ἐν Ὄγκαις* Schol. Pind. Ol. II. 39. Juno modo Prosymna, ut regio ipsa, modo Prosymnaea v. Siebelis ad Paus. T. I. 203. Diana Dictynna *ὁμωνύμως* urbi v. Hoeck. de Creta T. I. 381. et Dictynnaea Paus. X. 36, 3. eademque *Χιτώνη*, ut demus, et *Χιτωνία* Steph., Minerva *Ἰτώνη* (nisi id ab *Ἴτων* denominatum est) atque *Ἰτωνία* Suid. sicut *Διωναία ἡ Ἀφροδίτη καὶ Διώνη ἡ αὐτή* Suid., deus Tiberinus et Thybris, quae omnia idem significant sed non eodem modo. Ergo *Ἀθήνη* quoque substantivum est, *Ἀθηναία* adjectivum. Quemadmodum autem urbs Roma dicitur eadem urbs Romana, ita apud Graecos quoque oppidorum vocabula substantive et adjective proferuntur, de quo errat Eustathius p. 601, 38. quum allatis Sophoclis verbis Antig. 1135. *Θηβαίας ἐπισκοποῦντ' ἀγυιάς* primum vocabulum genitivum sibi videri ait, nam dupliciter dici posse *Θήβη* et *Θηβαία ὡς σελήνη σεληναία*. Etenim hoc ita demum admitti poterit, si nomen *πόλις* intelligatur, quod additum est Eur. Phoenn. 349. *Θηβαία πόλις* ut *Κορίνθιον ἄστυ* Simonid. Fragm. XX. (XXII.) 4. *ἡ Κυθηρίη νῆσος* Herodo. I. 82. v. Matthiae ad Eur. Bacch. v. 1. nec raro genitivo expletur *ἄστυ Θήβης* Trach. 1144. *πόλις Ἄργους, oppidum Antiochiae.* Hinc nonnullorum increbuit forma duplex, *Αἰγαί* urbs et *Αἰγαῖαι* v. Tzschuck. ad Strab. L. XIV. 713. *Δύμη* id est *δυσμή* et *Δυμαία* id est *δυσμική* v. Meinek. ad Euphor. p. 137. *Βοῦρα, τὸ θηλυκὸν Βουραία, καὶ πόλις οὕτως* Steph. ac Diodorus XIV. 38. *Ἀρίσβαν, Ἴλιον, Κεβρηνίαν καὶ τὰς ἄλλας παρέλαβε*, Cebreniam vocat urbem, quae Cebren dicenda erat, sicut Ptolemaeus

---

2) Legebatur olim *Κυθερείη* Apollon. I. 742. sed e codd. repositum est *Κυθέρεια*, cujus brevior forma est *Κυθέρη* Maneth. II. 460. ut *Πηνελόπη*. Insulam vel urbem insulae *τὴν Κύθηραν* vocat Schol. Odyss. X. 81. *Κιθέρην* Anonym. orb. descr. c. 59, 7. sed e Taciti loco nuper sublatus est singularis *ad Cytheram*.

II. 6. urbem *Καλαγουρίναν* vocavit pro *Καλάγουριν*. Quae terminationis diversitas etsi ob eam causam introducta est, ut urbs distinguatur a regione urbicaria, tamen hoc adeo tenue discrimen est ut non raro oblitteretur. Xenophon Anab. VII. 8, 7. *ἐπορεύοντο διὰ τῆς Τροίας* pro *Τρῳάδος*, quod plerique codd. praebent sed Kruegerus recipere dubitavit. Thucydides I. 12. *Βοιωτοὶ οἱ ἐξ Ἄρνης ἀναστάντες*, sed Athenaeus VI. 264. A. *Βοιωτοὶ οἱ τὴν Ἀρναίαν κατοικήσαντες*. Schol. Apoll. III. 1093. *Αἰαίη λέγεται κτητικῶς ἀπὸ τῆς Αἴας κατὰ πλεονασμὸν τῆς αι*, pro quo rectius scripsisset *καὶ κτητικῶς καὶ κατὰ πλεονασμόν*· nam si possessivum est, syllaba nulla abundat. Una Cycladum a Scylace c. 49. p. 19. *Ἀστυπάλη* dicitur, neque id rejiciendum puto ut Osannus Syll. Inscript. p. 395. ab aliis *Ἀστυπαλαία* accentu eodem, quem Arcadius p. 98, 6. paragogis tribuit: *τὰ διὰ τοῦ αια μονογενῆ μακρὸν ἔχοντα τὸ ᾱ παροξύνονται, σεληναία, Ἀθηναία, (Ἰουδαία, περικεφαλαία, θηροιαία* fort. *Βεροιαία)* quanquam haec omnia sine dubio *μονογενῆ* non sunt sed adjectiva. Verum idem nomen etiam *Ἀστυπάλαια* scribitur, quod Siebelisius praefert ad Paus. T. III. p. 36. quia proparoxytona sunt *Ἱστίαια, Αἴλαια, Κάρθαια*, ut Stephanus ait, item *Νίκαια, Ποτίδαια, Δίκαια, Ἄφαια, Βάρκαια*, ut Theognostus Cram. II. 102. Circa haec inexplicabilis erit pugna. Namque idem Stephanus, ne longius abeam, *Ἀναία* longo alpha finiri testatur. Neque recte Bachmannus ad Lyc. v. 1313. quum pro *Κυταία* posuisset proparoxytonum, quod libri multi praebent, *Κύταια*, ad Arcadium provocat de *Πλάταια* et *Θέσπεια* praecipientem, additque Etymologum M. 305, 34. et Eustathium p. 449, 33. quorum ille de *Θέσπεια* et *Θεσπειά* loquitur, hic a *φώκη Φώκαια*[3]), a *νίκη Νίκαια* propagatum dicit. Ea vero dissimilia sunt; nam *Κύταια* a *Κύτη* duntaxat specie differt; *Πλάταια* v. Tzschuck. ad Strab. IX. 423. *Φώκαια, Νίκαια*, ab appellativis, unde derivantur, tantum distant, ut non solum figuram eloquendi, sed sensum quoque

3) Idem ad Dion. 437. *Φώκη ἰωνικὴ πόλις, ἥτις καὶ Φώκαια*, sed jure dubitat Bernhardy p. 908.

mutatum esse appareat. Pro Ῥηναία, cujus ultima a poetis corripitur, neque Ῥηναῖα scribendum videtur neque Ῥήναια sed Ῥήνεια, ut multis locis scriptum est v. Interpp. ad Herodo. VI. 96. Holsten. ad Steph. s. h. v. Tzschuck. ad Strab. X. 324. Poppo ad Thuc. T. I. P. II. 276. et in Corp. Inscr. N. 2320. etsi Ῥήνη nihil aliud est quam Ἄρνη, unde Ἀρναία propagatur, sicut ἄρνες et ῥῆνες idem significat. Verum haec, ut ante praedixi, prorsus inextricabilis est quaestio; neque non fieri potest, ut nomina, quae inter se cognata videntur, exempli causa Μελίτη et Μελιταία sive Μελίτεια v. Wesseling. ad Diod. XVIII. 15. longe diversis excreverint stirpibus[4]).

§. 4.

Propriis hisce confinia sunt locorum vocabula appellativa ἀκταία et περαία. Illud Callimachus usurpavit Atticam significans, quae si vulgo Ἀκτή appellatur sicut alia loca Ἴδη, Νάπη, Ῥίον, Πορθμός, Αἰγιαλός etc. ex hoc non sequitur, quod Eustathius colligit, ut adjective *litoralis* scil. regio dici non possit. Quin imo Libanius uno eodemque loco Decl. T. I. 332. eandem terrae plagam nunc τὴν ἕω vocat, mox τὴν ἑῴαν. Neque ratio est, cur περαία sive proprium est sive oram ulteriorem denotat, aliud quam adjectivum esse statuamus ab obsoleto πέρα derivatum ut περάτη, Πειραιός, ἀντιπέραια[5]). Nam ea est consueta regionum appellatio, Ὑλαία, Τραχεῖα, Μεσοποταμία, Παρασωπία, nemoque negabit partem Lesbi, cui nomen fuit Νάπη, appellari potuisse Ναπαίαν. Quod ut inter omnes conveniat ita esse, exemplum ex propinquo petam. Namque Scythiae regio silvestris, quam Herodotus Ὑλαίην appellare solet, a Scymno Fragm. v. 105. Ὕβλα dicitur correpta ultima, id est ὕλη v. Wesseling. ad

4) Etiam illud quaeri potest, utrum urbs aliqua nomen acceperit a muliere Νίκαια Nonn. XLIV. 811. an in memoriam victoriae cujusdam appellata sit Νικαία *victorialis* vel ut aliae urbes *Victoria;* priusne fuerit nymphae Astypalaeae nomen, an insulae vel regionis Samiae.

5) Anecd. Cram. II. 101, 11. πέρα ὄνομα τόπου. V. Reisk. ad Constant. p. 85.

Itiner. p. 96. planeque inutilis est Schweighaeuseri correctio Ὕλαια, quod nomen ut metro adaptaret, mendoso accentu notavit. Itaque ἀκταία, si absolute ponitur, haud aliter accipi debet quam ἀθηναία, quod sive deam sive civem atticam significat, usquequaque adjectivum est. Verum hujus dicatalexiae species sunt multae, causae dispariles. Pro Ἀστουρίων Strab. III. 152. et Ἀστούρους p. 155. Ἀστύρων et Ἄστυρας reponunt, quia sic a Latinis appellantur, sed Ἄσσυρες, Ἴλλυρες, Κέρκυρες v. Eust. ad Dion. v. 492. dubito an poetae confinxerint tanquam primitiva eorum nominum, quae vulgo recepta sunt faciemque derivatorum habent. Apud Nicolaum Progymn. XIII. 376. T. I. legitur Αἰτωλοὶ καὶ Σαλαμῖνες, quod qui excusari possit non dispicio; sed τοῦ Λακεδαίμονος Diod. XV. 83. *reges Lacedaemones* Mamert. Pan. in Max. c. IX. a Criticorum tentationibus hac ratione defendi possunt, quod Ζεὺς Λακεδαίμων dicitur sine dubio pro Λακεδαιμόνιος, quodque gentes interdum vocantur nomine conditoris ficticii, Romuli pro Romani, Athenienses Κέκροπες in Inscr. N. 765. Φορωνήεσσι Theocr. XXV. 200. pro quo Meinekius Φορωνείδαισι substituit, Δευκαλίωνες XV. 141. quod tamen ipsum habet formam patronymicam ut Ὑπερίων. Sed certissima hujus generis documenta sunt Ἄονες et Ἀόνιοι Nonn. V. 88. Αὔσονες et Αὐσόνιοι Paul. Silent. Ecphr. Soph. v. 144. quo Virgilius utitur saepius; quaeque Stephanus diversis locis attigit Αἵμονες Αἱμόνιοι, Δολίονες Δολιόνιοι, Κρηστῶνες Κρηστώνιοι sive Κρηστωναῖοι, Κύδωνες Κυδώνιοι sive Κυδωναῖοι, Ἀτιντᾶνες Ἀτιντάνιοι, tum aliter terminata Κρῆτες Κρηταιεῖς sive Κρηταῖοι, Cretenses, Κύνητες Κυνήσιοι, Γυμνῆτες Γυμνήσιοι, Ἄραβες (Ἄραβοι) Ἀράβιοι v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. I. 323. Ῥύπες Ῥυπαῖοι Schol. Nic. Th. 215. quo confirmatur Ἰαπύγιοι a Bernhardyo rejectum ad Dion. p. 615. cf. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 177. Μῆδοι Μήδειοι v. Bergler. ad Alciphr. I. 38, 16. et fluviorum nomina Anien Anienus, Ἀμένας Ἀμένανος v. Interpp. ad Pind. P. I. 137. Horum autem fere omnium extant formae primitivae numeri singularis, quibus partim heros significatur eponymus, partim urbs patria, quod Graecos

induxisse videtur, ut quae adjectivorum similitudinem gerunt, re vera ab illis possessivorum modo derivata vellent. Neque aliter sentio de nominibus oppidorum Antronia, Brauronia, Cydonia, ea non minus adjectiva esse quam urbs Syracusana etc. fortuitumque reor, quod horum forma principalis inveteravit, quae si olim abolita esset, ea quae nunc derivativis adnumerantur, primitivorum nomen locumque usurparent. Qua in re memoriae occurrit G. Vossii opinio Aristarch. III. 38. *Philippi, Gabii*, olim incolarum fuisse vocabula, hisque consentanea graeca *Βραγχίδαι, Οἰνιάδαι, Πασαργάδαι, Λεοντῖνοι, Λίνδιοι, Θούριοι, Πολλήσιοι, Ῥύπες, Κεντόριπες* Centuripae, *Γέργις, Κύδων, Κρήστων* etc.[6]) quae nomina sunt urbium et incolarum communia, idque ipsum fortasse in causa fuit, cur aliqui *Γεργίδιοι, Ῥυπαῖοι, Κρηστωναῖοι,* dicerent ob formae primitivae intellectum ambiguum. Sed de his statuat quod quisque voluerit; sunt enim quae omnem cunctationem praecidant. Stephanus *Κυδωνία, ὁ πολίτης Κυδωνιάτης, Κύδων καὶ Κυδωνικὸς ἀνήρ*, quod vulgo legitur Theocr. VII. 12. similiterque *ἀνὴρ Ἰωνικός* Arist. Pac. 47. et omisso nomine *Ἀχαρνικοί* Arist. Ach. 324. *Λακωνικοί* v. Hermann. ad Nubb. 187. indiscreti ab illis qui proprie *Λάκωνες* appellari solent v. Krueger. ad Xen. Anab. V. 1, 15. *Ἀριστίων Πλαταιικός* Aeschin. Fals. Leg. p. 549. quod vix differt a *Πλαταιεύς, Ἀρκαδικός* Menand. Troph. p. 160. (*παῖδες Ἀρκαδικοί* Theocr. VII. 106. ut *Λυδῶν παῖδες* Herod.) *αἱ Ῥωμαϊκαί* Dio Cass. LXXVI. 16. apud Latinos *Poenici*, si vulgatam sequimur Varr. L. VII. 36. pro Poeni, *Italici* pro Itali. His praetermissis Grammatici certatim ingerunt exempla paragogae in *ιος*. Apollonius de Adv. p. 597. *παράγεται μὲν ἡ φωνή, οὐ μὴν τὸ σημαινόμενον, ὡς ἐπ' ὀνομάτων ἔχει τὸ ἀναγκαίη γὰρ ἐπείγει καὶ παρθενικῇ εἰκυῖα, καὶ τὸ Αἰτωλὸς Αἰτώλιος, κάπρος*

6) Accentus mutati exemplum nullum mihi in promptu praeter quod Stephanus affert et hoc copiosior Scholiasta ad Oribas. L. XLIV. p. 32. ed. Bussemaker. *Κύρτος — ὁ τόνος τοῦ ἐθνικοῦ ὀξύς, τοῦ δὲ κυρίου τῆς πόλεως βαρύς*, nec prosodiae, nisi urbs *Κύφος* a situ potius dicta est, quam a Cypho nescio quo.

κάπριος. Eustathius p. 434, 31. et Dion. v. 839. addit, *Δαρδάνιος, Λύδιος, Σύριος, Παμφύλιος* et cum adjectivis *ὄρθιος, κερτόμιος, μειλίχιος* comparat, de quibus infra dicetur. Sed haec sive idem cum primitivis significant ut *Δαρδάνιοι, Καρμάνιοι* v. Tzschuck. ad Mel. Vol. II. P. III. 263. sive diversum quiddam ut plerumque *Σύριοι*, a derivativorum similitudine longius quam superiora absunt magisque sui juris esse videntur. Et clarius etiam in andronymicis *Ἴκαρος* et *Ἰκάριος* v. Jacobs. ad Achill. Tat. p. 493. *Ξάνθος* et *Ξάνθιος* v. Tzschuck. ad Strab. X. 288. *Λαέρτης* et *Λαέρτιος, ἐριούνης* et *ἐριούνιος*, simplicis paraschematismi vestigia agnosco. Haec multo copiosius tractari possunt et limatius, sed ut ad extremum et quo opus est haec perducatur quaestio fieri posse despero, maxime quod ad gentilicia attinet. Neque id effecturus fuisset Is. Vossius, qui ad Mel. I. 2, 5. sic pronunciat, ab Ariis Arianos denominatos esse, a Sogdiis Sogdianos, a Bactriis Bactrianos, a Drangis Drangianos, eaque nomina non confundi nisi ab *ἀγεωγραφήτοις*. Nimirum si quidquid contra venerit aut librariorum errori imputetur, quos certum est in his terminationibus saepe vacillasse, aut scribentium inscitiae, de qua tantum nobis suspicari licet quantum volumus, aut licentiae poetarum, quam severe castigat Bernhardy ad Dion. p. 759. et 773. nihil erit, quod non quadret ad amussim. Et certe ut ita esset, optabile erat non modo geographiae causa sed grammaticae, cui turpe est nescire, *Βοιώτιος ἀνήρ* in vetere oraculo, utrumne adjective dicatur ut homo romanus an substantive ut *βασιλεὺς ἀνήρ*. Sed jam veniam ad appellativa ordiarque ab illo nomine, quod in Apollonii exemplis secundum est. Quis autem, quum in Onestae Epigr. I., legerit *οὔτε με παρθενικῆς τέρπει γάμος οὔτε γεραιῆς*, non protinus intelliget utrumque pro substantivo esse sed non substantivum? Qua de re ne qua resideat dubitatio, expediet meminisse similium, *θήλειαι* pro *γυναῖκες* et *φῦλα γυναικείων* Phocyl. Fr. II.[7]) *ὀρφανικός* pro *ὀρφανός*, *δεσπόσυνος* pro

7) *Γύναιον* Matthiae Gramm. deminutivis adnumerat, quorum nullum hanc formam habet; est potius neutrum adjectivi a deminutiva significatione persaepe discretum.

δεσπότης Tyrt. Fr. V. *Ἐργάται οἱ παρ' ἡμῖν ἐργαστικοί* Hesych. *τῶν ποιητικῶν τινες* Lycurg. c. Leocr. p. 166, 34. ubi Bekkerus ex aliquot codd. *ποιητῶν* edidit; *ποιητικὸς ἀνήρ* Plutarch. de Es. Carn. I. 7, 240. de quo opportune nos commonet Schol. Eur. Phoenn. 399. *γίνεται ἡ τοιαύτη ἐναλλαγὴ καὶ ἐπὶ τοῖς ἁπλοῖς τε καὶ κτητικοῖς, τοῖς μὲν ἀντὶ ἁπλῶν λαμβανομένοις ὡς ἔχει τὸ παρθενικὴ καὶ τὸ ῥητορικός, τοῖς δὲ ἀντὶ κτητικῶν ὡς Σκύθης οἶμος, Γαλάτης ῥοῦς.* In Eur. Scyr. II. *φεῦ τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι· οἱ μὲν γὰρ εὖ πράσσουσιν* etc. *βροτείων* fortasse masculinum est pro *βρότων* ut *φὼς βρότειος* Bacch. 542. et 1002. quo loco hoc significari arbitror *γνώμαν σώφρονα προσθέμενος ἀπροφάσιστος εἴς τε τὰ θεῶν ἔφυ βροτείῳ τ' ἔχειν ἄλυπος βίος, vita modesta et adversus deos culpa vacat et mortalibus nihil molestiae affert*, uno verbo, diis hominibusque inculpatissima est. Ac simillime Romanos *humanus* dixisse pro homo Drackenborchius docet ad Sil. VII. 5. et Gronovius ad Liv. VIII. 9. Nec desunt alia, quae his apponi possint, vulturius pro vultur, ericius et cum epenthesi erinaceus (ut Geryonaceus, gallinaceus) pro eres, *ναπτάλιος* pro *νάφθα*, *τυρόεις* Theocr. I. 58. pro *τυρός*, et fortasse Mavortius pro Mars in Inscript. Orell. N. 1348. p. 279. T. I. aliis, *Ποσειδώνιος θεός* Soph. Oed. C. 1494. ubi quae Doederlinus affert urbium nomina *ἡ Κυρτώνιος, Μαλάνιος, Μεταπόντιος*, nulli sunt usui, primum quia primitivorum *Μάλας, Κύρτων*, (Crotona) *Μετάποντος*, testes aut prorsus incomperti aut parum explorati, deinde quod de nominibus urbium nunquam dubitatum est, neque ex eo, quod *oppidum Londiniense* dicitur colligi debet, Sophoclem *ἄνδρα Σοφόκλειον* nominari posse[8]).

§. 5.

De cauda leonis nemo ignorat quid veteres fabulati sint; quae si in soluto sermone *ἀλκή*, a poetis *ἀλκαία* vocaretur,

---

8) Ille proprius est typus urbium Libycarum, Arsinoe, Berenice, *Ἀντίνοος* pro *Ἀντινόεια* ,v. Jablonsk. Panth. V. 7, 200. Buto pro Latonopolis.

credi posset, hanc esse epectasin substantivi ionicam. Sed hoc intellectu *ἀλκή* non dicitur et si quis ita dixit, certe non proprie loquutus est sed partem corporis, in quo robur leonis situm creditur, per figuram *robur* appellavit, quemadmodum serpentis cauda, quam Nicander modo *ὁλκαίην* vocat, modo *ὁλκαῖον* Ther. 220. directe *ὁλκός tractus* dici potest; Suidas *Ὁλκός ἡ οὐρά* substantive, ut arbitror; ipsumque *οὐραία*, quod Eustathius pro exemplo paragogae affert, apud Aretaeum Cur. Diut. II. 13, 343. *ἀποτάμνειν χρὴ τῆς κεφαλῆς καὶ τῆς οὐραίης*, significatione quidem prorsus congruit cum *οὐρά*, que Andromachus utitur in Galen. Antid. I. p. 37. T. XIV. *τῶν δ' αὐτῶν οὐράς τε καὶ ἰοβόλους ἀπὸ κόρσας τάμνοις*, sed natura tamen adjectivum est partem corporis denotans *τὴν πρὸς τῷ ὄῤῥῳ* sive *τῇ οὐρᾷ*, quae et neutro genere dicitur *τὸ οὐραῖον*, quod Archestratus praetulit Athen. VII. 326. E. *κεφαλὴν ὠνοῦ καὶ οὐραῖον* eademque generis diversitas cernitur in *ἠτριαία* et *ἠτριαῖον* v. Dindorf. ad Aristoph. Tag. Fr. IX. Nec minus aliae partes corporis adjective appellantur: *ἡ ἀγκύλη* v. Corais ad Heliod. p. 113. *ἡ ἀραία*, ut Rufus ait Ephesius de Part. Hom. p. 29. et Paris. *ἀραίην τὴν γαστέρα καὶ τὸ σύμπαν ἔντερον παλαί ποτε ὠνόμαζον, ἀφ' οὗ ἐμμεμένηκεν οὕτως ἔτι καὶ νῦν τὸ μεσάραιον καλεῖν.* Quod nomen ut modo absolute dicitur modo adjuncto substantivo *γαστὴρ ἀραία*, ita etiam promiscue *νείαιρα* et *νείαιρα γαστήρ* dici solet[9]. Eodem pertinent *ἡ κωλέα* sive *κωλῆ*, *ἡ λαπάρα*, cujus propria significatio apparet in *λαγαρός*, *ἡ ὀπισθία* Epicharm. Athen. VII. 288. C. *ἡ ὑστέρα, ὑστρία κωλεός, ὕστρος γαστήρ* Hesych. *uterus* et *uterum*, *ἡ ὑπερῴα*, *ἡ ψωλή*, et masculina *οἱ δίδυμοι*, quos Romani quoque adjective appellant

9) Hippocr. de Nat. Mul. p. 532. T. II. *τὴν νείαιραν*, sed de Morb. Mul. I. 675. *ἡ νειαίρη*, multo autem saepius *γαστὴρ νείαιρα*, quod hoc accentu in uno de Nat. Mul. libro sedecies notatum est, nec minus saepe in hoc et aliis ejus commentariis *νειαίρη γαστήρ*, aliquoties etiam mendosius *νειέρη* cf. Spitzner. ad Il. XVI. 465. In Eur. Rhes. 794. pro *νειέραν πλευράν* correctum est *νειάτην*. Hesychius *νείρη*, *νειρή*, *νειρόν*, interpretatur *κοιλίαν*, *ἔσχατον*.

geminos, ὁ περιτόναιος Hippocr. Aphor. p. 738. T. III. qui plene vocatur περιτόναιος ὑμήν Poll. II. 224. ὁ ἐπίπλοος sive τὸ ἐπίπλουν, ὁ ἔγκαρος[10]), ὁ ἐγκέφαλος scil. μυελός, ut Aristoteles testatur de Part. Animm. II. 7. p. 652, 24. πολλοῖς δοκεῖ ὁ ἐγκέφαλος μυελὸς εἶναι, a quo qui continuatur per dorsum ὁ νωτιαῖος dicitur Plat. Tim. p. 74. A. cui idem supplementum adhibet Galenus de Temper. I. 564. T. I. μυελὸς ἐγκέφαλός τε καὶ νωτιαῖος, sed omisso nomine ὁ ἐγκάρδιος v. Fabric. ad Sext. c. Phys. I. 578. Interpp. ad Athen. II. 66. A. ad ultimum intestinum quoddam nomen habet ὁ δωδεκαδάκτυλος scil. πόρος, aliud ἡ νῆστις Poll. II. 108. qui ex Rufo Eph. p. 46. suppleri debet; ἡ κορυφαία in Lucian. Lexiph. §. 5. comam summi verticis sive κόννον significare videtur. Haec omnia nobis persuadent, priora illa ἡ ἀλκαία, ἡ ὁλκαία, ἡ οὐραία, adjectivis adnumeranda esse, unde sunt neutra τὸ οὐραῖον, τὸ ὁλκαῖον, τὸ πυγαῖον, accentu ipso distincta a proparoxytono κεφάλαιον, quod non partem capiti adjunctam sed capitulum significat, τὸ κεφάλαιον τῆς ῥαφανῖδος, ceterum a primitivo tam prope distat ut idem nunc γλαύκου κεφάλαιον dicatur, nunc γλαύκου κεφαλή v. Athen. p. 293. B. et 295. C. Nec discrepat Romanorum consuetudo, qui hasta et hastile, ramus et ramale, scalae et scalaria, calva et calvaria, flamina et flaminica, quamvis grammaticis rationibus discreta, tamen promiscua habent.

§. 6.

Ἄλμη et ἁλμαία (id enim sequitur) etsi utrumque muriam significat v. Aristoph. Holc. Fr. XIII. tamen non minus inter se discrepant quam jus et jurulentum, potus et potulentum, neque sine ridiculi specie dixeris naufragum εἰς κῦμαθ'

10) Ἴγκρος ἐγκέφαλος Hesych. nunc munitum Arcadii exemplo ἴγκρος inter disyllaba referentis p. 74, 6. ac fortasse ἴγγης nihil aliud est quam ἐγγενής, cum praepositione ἴν junctum. In homerico ἐν καρὸς αἴσῃ nonnulli nomen κάρ *cerebrum* inesse crediderunt, unde κάρα productum et κράς, κρανίον, cereber (ut celeber, faber) in Gloss. Gr. Lat. et cerritus i. q. cerebrosus.

ἁλμαίας ἐμπεσεῖν. Nomine ἀναγκαία fortasse ne Hippocrates quidem, ut Coraes putavit ad L. de Aer. T. I. p. 126. nedum Plato, ut Jacobsius ad Achill. p. 661. sed Homerus, Tyrtaeus, Herodotus aliique ita usi sunt, ut pro eo sine ulla sententiae inclinatione ἀνάγκη substitui possit; hoc vero non obstat quominus adjectivum esse credamus ut contrarium ἑκουσία, de quo diximus ad Phryn. p. 4.[11]) et affinia θεσπεσία, δαιμονία, θευμορία, quae in alia harum dissertationum parte tractabuntur. De ἀρχαία quid statuendum sit, jam expositum est. Sequitur αὐλαία, quod quum ubique aulaeum significet, nunquam aulam, magnopere periclitatur Eustathii fides, qui si forte alicubi legit ἐντὸς τῆς αὐλαίας παρῆλθεν eo intellectu, ut in ejus locum τῆς αὐλῆς subdere liceat, illico in paragogae opinionem incidit, quam ab exempli auctore, si noscendi copia esset, sine dubio alienam esse videremus. Eademque est de ἁμαξαία suspicio; sane ἁμαξαίην ἄρκτον Aratus v. 93. sidus boreale dixit, quod uno nomine ἅμαξα vocatur, et eum tacita substantivi recordatione absolute ἁμαξαίαν dici non abhorret, sed qui hoc pro ipso substantivo usurpaverit vereor ut reperiri possit; Herodotus quidem et ceteri hujus familiae ἅμαξα dicunt. Utar alio exemplo. Ammonius θύρα, inquit, ἐστὶν ἡ ἐξ ἀρχῆς γενομένη· Μένανδρος (Fragm. p. 135.) θύραν ἔξελε, θυραία δὲ τὸ μέλλον πρὸς ἐκκοπὴν θύρας μέγεθος, vel ut Photius ait τὸ ἄνοιγμα τῆς θύρας, in quibus egregius Menandri interpres nescio quid repugnantiae inesse credidit; θύρα significat fores, quae aperiuntur et clauduntur, θυραία est apertura, ut Vitruvius dicit, ad inserendas valvas relicta. Itaque διὰ θύρας ὁρᾶν solis Lynceis permissum; nos autem *janua quum per se transpectum praebet apertum*, διὰ τῆς θυραίας transpicimus foris posita, unde patescit utriusque discrimen maximum; neque tamen non aliquando permutari possunt, ut et fumus utrum διὰ τῆς ὀπῆς ἐξελθεῖν dicatur an διὰ τῆς ὀπαίας, perinde habetur,

---

11) In Antiphont. de Venef. p. 112, 5. (p. 606.) τοῦ μὲν ἐκ προβουλῆς ἀκουσίας ἀποθανόντος Bekkerus e cod. Crips. ἀκουσίως scripsit, vulgatae propius est ἀκουσίᾳ.

quique per fumarium prospiciunt prorepuntve nunc *δι' ὀπῆς διακύψαι* vel *ἐκδῦναι* dicuntur, nunc *δι' ὀπαίας* v. Schneider. Lex. Gr. ac saepe nihil differt *διὰ τῆς αὐλῆς ἐξελθεῖν* et *διὰ τῆς αὐλείας*. Errat tamen, si quis existimat, *ὀπαία* et *αὐλεία* substantiva esse paragoga. *Γαληναίη* substantive quidem usurparunt Philetas Fragm. V. *γαληναίῃ ἐπιμίσγεσθαι*, Callimachus Ep. XXXI. *γαληναίη λιπαρὴ θεός*, aliique posteriorum, sed natura adjectivum esse ejus generis, quo *χειμερία*, *εὐδία*, *ὀρφναία* continentur, in Diss. V. §. 6. ostendimus, eodemque loco §. 3. nomen rupis Aegaeae commemoratum est, quod Homerus modo *Γυράς* appellat, modo *Γυραίην πέτρην* adjective, ut apparet, etsi nomen appellativum omitti poterat. *Δραχμαία* vero, quod Draco p. 20. Etym. Gud. p. 152, 31. hunc in numerum referunt, pro *δραχμή* poni, haud commemini equidem, sed si qui ita loquuti sunt, procul dubio omiserunt nomen quod addit Eudemus ap. Galen. de Antid. II. c. 13, 185. et 17, 202. *δίδραχμος* sive *διδραχμαῖος ὁλκή* et *ἡμίδραχμος ῥοπή*. Pro *ὅσον πυγμῆς* Andromachus ib. I. 6, 37. ornatius dixit *ὅσσον πυγμαίης χειρός*, quod nomen si collibuisset supprimere, id quoque illi in causae suae commodum trahere possent, *πυγμαία* positum esse pro *πυγμή*.

§. 7.

Infirmatis tredecim paragogae exemplis praevideri potest, quid decem reliquis immineat. Primum est *εὐναία*, cujus testimonium Apollonius profert ex ignoto poeta, *εὐναίας ἐβάλοντο*, ceteris nihilo certius. Nam ut perinde sit ancoras sive lapides ancorales *εὐνάς* dicere et *εὐναίας*, tamen illud nomen substantivum est et metonymia, quae dicitur, finis, hoc autem germanum adjectivum significans rem sive instrumentum consistendae navis, quod et genere neutro *εὐναῖον* ancorale dici potest v. Jacobs. ad Aelian. p. 435, 20. Gravior ad probandum foret Euripidis locus Ion. 172. *εὐναίας καρφηρὰς θήσων τέκνοις*, nisi de hoc eadem esset dubitatio, quae de homerico *μόσχοισι λύγοισι*. Etenim illi *καρφῖται θάλαμοι*, ut vocant avium nidos stipulis et festuca compactos, et *εὐναὶ καρφηραί* dici possunt id est cubilia straminea, et *κάρφυραι εὐ-*

ναῖαι stragula cubicularia; nam ut ab ἄγκος ἄγκυρα, a λέπος λέπυρον, item a κάρφος κάρφυρα duci potest. Et ex illo ipso Euripidis loco Hesychius καρφυλάς sive καρφυράς (sic enim scribitur) interpretatur κοίτας, idemque paullo ante Καρφύραι νοσσιαί, θάμνοι. Καλαμαία (et καλαμαῖον) vulgo locustae est nomen a similitudine calami ductum; pro καλάμη quis dixerit incompertum habemus, neque locupletes auctores appellat Eustathius p. 1181, 47. καλεῖ τὴν καλάμην ὁ πολὺς ἄνθρωπος καλαμαίαν, cui consentit Schol. Theocr. I. 52. v. Sturz. Dial. Mac. p. 173. Item λιμναία et μελισσαία, si nobis copia daretur librorum, unde sumta sunt, intelligeremus fortasse incassum afferri; sedes palustris quidem Λίμνη dicitur et Λιμναία nullo intellectus discrimine, sed magno eloquutionis, quod quale sit ex nominibus urbium Ἕλος (Velabrum) et Ἐλέα sive Βελέα intelligi potest. De οὐραία et περαία dictum est; de περικεφαλαία, quod est unius generis et non plurium, dicere supervacaneum. Προνομή non solum actionem τοῦ προνομεύειν denotat, sed etiam instrumentum ut προχοή et προβολή, quod ipsum est proboscidis nomen, nec solum projectionem sed etiam rem projectam et praetentam ostendit et hac ratione congruit cum feminino adjectivi προνόμαιος, quod ipsum ab usu remotum, sed feminina positio retenta est ad significandam proboscidem, sicut περιβόλαιον dicitur pro περιβολή, et πρόβολος apud Herodotum pro πρόβολος sive προβόλιον dici videtur, contraque εὐνή pro ἐνεύναιον. Dehinc προνομή et προνομαία in libris permutari solent v. Diodor. XVII. 88. Πυλαία quoties legitur, toties concionem et confabulationem, denique locum, ubi concionantur, significat v. Schneider. ad Theophr. p. 761. portam vero nunquam. Ac si quando ad hujus nominis similitudinem accessit, id eadem ratione evenit, qua θύρα et θυραία, utut diversa, vices suas permutare possunt. Majorem ad persuadendum vim habet σεληναία, quo primum usus est Empedocles v. 177. tum Aristophanes rusticum quendam hoc utentem inducit, deinde Euripides atque Theocritus, qui multa e plebejo sermone libata habent, hic operis rationem sequutus, ille plausum popularem quaerens; hinc ad Sophistas transfluxit,

Lucianum, Heliodorum, Achillem Tatium, quibus accedit hymnorum Orphicorum scriptor. Jam si idem apud poetas scriptoresque ionicos legeretur, facilius crederemus nomen σελήνη privilegio quodam sermonis antiqui et poetici huc amplificatum esse. Sed Herodotus VII. 37. Hippocrates de Insomn. p. 4. T. II. Aretaeus de Sign. Diut. I. 4, 72. Lucianus de Astrol. §. 5. primitivo usi sunt; σεληναία vero in sermonis quotidiani commerciis increbuisse videtur. Quare quod Scholiasta Vict. ad Arist. Nubb. 616. adnotat: φῶς σεληναίης — ἀττικῶν ἐστι κτητικὰ λαμβάνειν ἀντὶ πρωτοτύπων ὡς παρθενική, atticum esse negamus sed probamus similitudinem. Nam quomodo a γαλήνη γαληναία, haud dissimiliter a σέλας, ut Hesychius dicit, σελήνη, ab hoc σεληναία productum videtur, proprie *luminam* significans, σεληναίη αἴγλη Marcell. in Dedic. Regill. v. 27. Apollon. IV. 167. et in genere neutro Diog. La. I. 3. τοῦ ἡλίου — τοῦ σεληναίου, nisi σεληνίου scribendum est. Ultimum eorum, quae a Grammaticis huc relata sunt, erat ὡραία, de quo Schol. Apoll. III. 1390. ὡραίην ὡς ἀναγκαίην, et Schol. Liban. T. I. 64. ὥρα καὶ ὡραία ταὐτόν ἐστι τῇ ἐννοίᾳ· ἀμφότερα γὰρ τὸ ἔαρ σημαίνει. Sed id quoque adjectivum esse patescit e comparatione similium ὀρφναία, θερεία, de quibus alio loco loquutus sum. Nec de alio genere nominum praecipere videtur Theognostus II. 103. τὰ διὰ τοῦ αια παρώνυμα διὰ τῆς αι γράφονται, σεληναία, ἁμαξαία, θυραία ἐπὶ τῆς διεξόδου οὐκ ἐπὶ τοῦ κατακλείοντος, εὐναία, γαληναία, σφενδοναία, δραχμαία, ὀπαία κεραμὶς ἡ τὴν ὀπὴν ἐπικλείουσα, ex quo comperimus σφενδοναία quoque huic numero amplificatorum adscriptum esse, jurene an injuria, nescimus. Sed jam tempus est subducere summam. Exempla paragogae producuntur in universum vinginti quinque. Horum autem pleraque manifesto sunt adjectiva, eoque etiam infirmatur auctoritas ceterorum, quae quia a Grammaticis extra ordinem et contextum afferuntur, quorsum pertineant, judicari nequit. Neque tamen id ita statuo, ut Grammaticos solos erroris reos faciam, sed admodum veri simile duco, poetas exempla licentiae a scholae magistris comprobatae sibi ad imitandum proposuisse. Jacobsius quidem

ad Anth. Pal. p. 199. Phaniam Ep. III. ubi scribarum instrumenta enumerat, ita scripsisse suspicatur *Καὶ σελίδων κανόνισμα φιλόρθιον, ἔργμ' ἀγελείης σαμοθέτω, καὶ τὰν εὐμέλανον βροχίδα,* ad significandum literarum gregem linearum quasi claustris coercitum, et probationis loco praeter alia, quae jam labefactata sunt, affert Apoll. I. 1208. *δίζετο κρηναίης ἱερὸν ῥόον.* Sed hoc loco nunc codicum obsequio editum est *δίζητο κρήνης* — atque haud scio an satius sit verba controversa ita dirimere *ἔργμα τε λείας σημοθέτου,* ut significetur lapis oblongus, quo etiamnunc scribae uti solent partim ad deprimendam chartam, quam describunt, partim ad designandum versum, in quo modo substiterunt, ne vel sursum aberrent vel deorsum. In Joannis Gaz. Ecphr. II. 63. *ὄφιν ζωστῆρα δεραίης,* cui simile est quod sequitur v. 305. *ἀμφίζωστον ἀείρει ποικίλον ἑρπυστῆρα δέρῃ,* sensus tenebricosi poetae parum assequor; si incorrupta est scriptura, *δεραία* cum *οὐραία* comparaverim. In Sophoclis versu *τῆς Ἑκαταίας μαγίδος δόρπον* positum esse pro *Ἑκάτης,* Ellendtio Lex. Soph. T. I. 554. non assentior. Sed in Leonidae Tar. Epigr. XXXIX.

Μὴ σύγ' ἐπ' οἰονόμοιο περίπλεον ἰλύος ὧδε
τοῦτο χαραδραίης θερμὸν, ὁδῖτα, πίῃς

si, ut viris doctissimis visum, *ἰλύος χαραδραίης* jungantur et *ἐπ' οἰονόμοιο ὧδε hic in solitudine,* non video quorsum pertineat *περίπλεον,* potiusque hoc dici arbitror *μὴ πίῃς ὕδωρ περίπλεον ἰλύος ὧδε ἀπὸ* (pro *ἐπί*) *οἰονόμου χαράδρης,* cui simillimum est *ἐρημονόμῳ παρὰ πέζῃ* Nonn. XV. 175. Neque tamen id in paragogae exemplis numerandum sed *χαραδραίης πηγῆς* vel *λιβάδος* intelligendum. Eodemque modo solvi potest Photii et Suidae glossa ionica, quam supra referre oblitus sum, *Νικαίην νίκην,* sive illud ad diem victorialem refertur sive ad *ταινίαν,* cujus notio adhaerescit verbo *ἀναδῆσαι, τὸν νικήσαντα ταινιῶσαι* Suid. dicique potuit *νικαίαν ἀνεδήσατο* pro *νίκην* ut *ἀρχὴν* et *δόξαν ἀναδεῖσθαι·* sive ad deam, quae ab Atticis *Ἀθηνᾶ Νίκη* nuncupatur, a Nonno XXXVII. 623. *Παλλὰς Νικαίη,* mulierumque nomen est *Νίκη* et *Νίκαια,* posterius etiam urbium, quae partim a

victoria insigni partim a feminis nobilibus denominatae sunt. Neque recte Eustathius p. 449, 33. *Νίκαια* et *Φώκαια* cum *Ἀπάμεια, Θεσσαλονίκεια,* confert, quae a primitivis nihil differunt, illa vero plurimum. Verum haec non sola sunt, quae paragogae speciem ementiantur. *Τροπαία,* quod jam olim ad Aj. v. 427. p. 287. cum *σεληναία* et *γαληναία* composui, non substantivum esse arbitror ut Schaeferus ad Plutarch. Vol. VI. 492. sed adjectivum, neque tamen ad Scholiastae rationem Aesch. Agam. 219. *τροπαίαν μεταβολήν,* sed ut Photius *Τροπαία* (sic) *ἡ ἐναντία πνοή, Σοφοκλῆς,* quod nomen ut ab Homero commode omissum est *ζεφυρίη πνέουσα,* ita illo loco compensatur adjuncto verbo *πνέων τροπαίαν,* et nomine Plut. V. Galb. XXVI. *τροπαία πνεύματος,* quod accedit Sept. 708. sed oppressum est Choeph. 775. *τροπαίαν Ζεὺς κακῶν θήσει ποτέ,* hoc minore dispendio, quia communis consuetudo hanc probavit ellipsin *ἡ τροπαία πνεῖ* Theophr. de Vent. §. 31. 32. et 55. id est ventus reciprocus; pluraliter *αἱ τροπαῖαι* Aristot. Probl. XXVI. 40. pro quo *αὖραι μετάτροποι* Eur. El. 1047. Arist. Pac. 945. Ad idem nomen refertur *ἡ ἀπογεία,* et quod Hesychius praebet *Σανδαίαν, τροπὴ ἀπὸ γῆς· ἔνιοι δὲ τὸν λίβα ἄνεμον·* ubi fortasse *ἀνταίαν* scribendum et alio loco pro *Ἄνται ἄνεμοι* potius *ἀνταῖοι,* quam quo ordo literarum perturbatur, *ἀῆται,* nisi cui latinum *antae* ex graeco *ἄντης* ortum videatur, quo de genere nominum in Dissert. III. dixi. Nicandrum autem, quum stomachum *δοχαίην γαστρός* vocaret Alex. 21. non puto formam substantivi *δοχή* variare sed partem receptoriam sive receptricem significare voluisse. In Quinti versibus VI. 176.

τοὔνεκα ἧσιν ἕκαστος ἐνὶ κλισίῃσι κέλευσε
νῆας ἀμοιβαίῃσι φυλάσσεμεν —

quod Dorvillius ad Char. p. 651. pro *ἀμοιβῇσι* dictum esse affirmat, duplex patet effugium; nam et *φυλακαῖς* intelligi potest ex verbo *φυλάσσειν* ut *δικάσαι μίαν,* et lenissima mutatione scribi *ἀμοιβαίοισι* vel neutrum, ut latine dicitur *mutuis* et *alternis,* vel masculinum *τοῖς κατὰ τὴν σκηνὴν ἀνθρώποις ἐκέλευσεν ἀμοιβαίοις φυλάσσειν. Τοναία,* quod Glossographi interpretantur *φωνῆς τάσιν,* sine dubio adjecti-

vum est explendo, quod deperiit, substantivo τονή. His profligatis unum restat Σιβαία ἡ σίββα πήρα Hesych. suspectum propter simile Κίββα ἡ πήρα, quae et κίβισις dicitur et κύμβη, sed, quia nescitur quo loco contextuve positum fuerit, injudicatum relinquimus. Ex eo autem, quod apud Heliodorum vulgo legitur VII. 8, 268. προορῶ τὴν τελευτὴν πλησιάζουσαν, in codd. vero τὴν τελευταίαν ut paullo post τῆς τελευταίας προςδοκωμένης praetermisso, quod alibi additur, ἡμέρας, apparet quam facile inter se, quae natura differunt, permutari possint. Ac quis dubitet, quin pro σειραία μήρινθος Orph. Arg. 243. pro re nata dici liceat σειραία absolute, pro δειραία ἄκρα Lyc. 994. item δειραία, et pro εὐναία δάμαρ Aesch. Fragm. CCCXXVII. εὐναία simulata specie substantivi? Postremo ex Stephani verbis Γενήτης ποταμός, Σοφοκλῆς Γένητα φησίν. Ἔστιν οὖν ἐκ τῆς Γένητος κενικῆς Γενεταῖος καὶ Γενεταία ἄκρα· Ἡρωδιανὸς δὲ ὡς τὸ σεληναία, ἁμαξαία, nescio an colligi debeat, illum Γενηταία pro substantivo habuisse, etsi Γενήτη hodie non legitur.

§. 8.

Quaecunque igitur hujus generis apud veteres reperiuntur exempla, facile ita expediri possunt ut paragogae imago, quam procul intuentibus obludunt, protinus velut excantata evanescat; nec solum in hac terminatione, sed etiam in aliis. Θύμβρα urbis nomen fuit, unde Apollo Θύμβριος et Θυμβραῖος nuncupatus est; herba indigena θυμβρία et θυμβραία, quam formam hodie obliteratam in libris Hippocrateis legit Galenus Expos. p. 482. eademque θύμβρα, cujus homonymiae duplex ratio reddi potest. Nam et locus, quem Servius plenum thymbra sive satureia fuisse testatur, ob hoc ipsum Θύμβρα vocari potuit, sicuti Σίδαι Boeotiae ἀπὸ τῶν σιδῶν Athen. XIV. 650. F. Πεύκη διὰ τὸ πλῆθος ὧν ἔχει πευκῶν Scymnus Fragm. v. 42. idemque locus Θρύον et Θρυόεις sive Θρυόεσσα Hesych. Κυπάρισσος et Κυπαρισσοῦς (Κυπαρισσήεις, Κυπαρισσία sive Κυπαρισσιά) Ἐχῖνος et Ἐχινοῦς. Stephanus s. Συκαί — οἱ τόποι ἀπὸ τῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων ὀνομάζονται Κυπάρισσος, Ἐλαία· καὶ τύπῳ περιεκτικῷ Σι-

κυών, Μαραθών καὶ εἰς ους, Δαφνοῦς, Ἀγνοῦς[12]). Neque minus credibile est saepe locorum nomina ad plantas esse translata: στοιχὰς γεννᾶται ἐν ταῖς κατὰ Γαλατίαν νήσοις καλουμέναις Στοιχάσι, ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν εἴληφε Dioscor. Mat. III. 28. (31.) 373. Λευκῆναι ἀπὸ χωρίου τινὸς ἐν τῇ Ἴδῃ τὴν προςηγορίαν ἐσχήκασι Galen. de prob. Alim. c. IV. 778. T. VI. Ututi est, tamen locorum et terrae proventuum homonymia exemplis constat plurimis: πύξος ἡ πόλις καὶ τὸ φυτόν Arcad. p. 66, 12. μίλτος ἐν τῇ Μίλτῳ γεννωμένη Galen. de Antid. I. 14, 81. κύπρος arbor cypria, creta, θάψος, ἀμοργός v. Hesych. s. Βρυτίνη, et σήσαμος, quod saepius σήσαμον dicitur genere mutato ut Σκῦρος παρὰ τὸ σκῦρον Etym. M. Ἐχῖνος διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐχίνων Steph. In hoc igitur numero crebra est substantivorum et adjectivorum permixtio; Πετραία ὄνομα πόλεως καὶ Πέτρα Suid. Ἀμύκλαι πόλις καὶ εἶδος ὑποδήματος Schol. Theocr. X. 35. quod et adjective dicitur ἀμυκλαΐδες, ferrum non solum χάλυψ sed etiam χαλυβδικός Eur. Heracl. 161. [13]) prorsus ut herba θύμβρα et θυμβραία, θάψος et θαψία. Sed complectamur plura. Etym. M. ἐλάφειος ἀνὴρ ὁ δειλός, quem ἔλαφον et latine cervum appellari ostendi in Aglaoph. p. 895. Κύανος coloris nomen transfertur ad avem, gemmam, plantam, quae κυανέη vocatur ab Hippocr. de Ulcer. p. 325. T. III. [14])

12) Minus expedita sunt quae sequuntur: οὐδὲν τῶν τοιούτων εἰς η λήγει, Συκῆ, ἀλλ' ἐχρῆν ἢ Συκὰς ἢ Συκήνη ἢ Συκοῦντα ἢ Συκῶνα καλεῖσθαι. In η acutum permulta exeunt; nec probari potest scriptura codicis εἰς ις λήγει, Συκίς. Sed ille hoc dicere videtur, nullum esse nomen topicum, quod in ῆ circumflexum exeat, licet haud pauca extremas literas habeant εα, Κεγχρέα, Λιμνέα (Steph. et codd. Thuc. II. 80.), Ὑλέα, Ἀρνέα, Κροκέα etc. quae metusiasticorum modo contrahi poterant, sed non contrahuntur. Ceterum Συκῆ nomen adepta videtur a sacra arbore, ut Ἐρινεός, Δρῦς, Ἐλαία, Ἰτέα, Πτελέα, Πρῖνος v. Siebelis ad Paus. T. III. 220.

13) Cum gentilicio illo conferenda φοίνιξ cithara punica Herod. IV. 192. cadurcus, magnes, sapphirus v. Schol. Apoll. II. 395. nec multum discrepant, quae ab inventoribus denominata sunt φαίακες canales Diod. XI. 25. φοίνικες Νικόλαοι Athen. XIV. 652. A.

14) Cf. Hermann. ad Lucian. Quom. hist. p. 150. Coloris metallique

ficus chelidoniae *χελιδόνες* Poll. VI. 81. Romanique piscem, quem Graeci *βελόνην* nuncupant, adjective *cornutam* transnominarunt, *ὁμόνοιαν* herbam *concordialem* Diosc. Mat. II. 208, 325. *κήρους cereos* [15]). Sed quoniam *θύμβρα* eadem *θυμβρία* vocatur, hujus quoque inflexionis aliquot afferamus exempla: *βρυώνη* et *βρυωνία*, *σικυώνη* et *σικυωνία*, de quo Wyttenbachius ad Plut. Conv. p. 957. injuria dubitare videtur v. Casaub. ad Athen. II. 58. F. *ἀργεμώνη οἱ δὲ ἀρτεμώνη, Ῥωμαῖοι ἀρτεμωνίαν* Diosc. Mat. II. 208, 326. quibus simillimam speciem sed accentum diversum habent periectica; nam quod in Phot. Lex. et Anecd. p. 299. legitur *Ῥοδωνιά οἱ μὲν τὴν ῥοδέαν, οἱ δὲ τὴν ῥοδοδάφνην* etc. scribendum est *ῥοδωνία* ut *ἀρωνία, ἀσφαραγωνία* v. Wyttenbach. ad Plut. Praecc. Conj. p. 880. *κερατωνία, σκαμμωνία, μαδω-*

---

nomen, quod apud Homerum, Hesiodum, Theophrastum, Clem. Protr. IV. 43. Oppian. III. 39. aliosque proparoxytonum est, *κυανός* scribitur Plat. Phaedon. 113. B. Lucian. T. VI. 193. Galen. de Simpl. Med. Fac. IX. 15, 223. Dioscor. Mat. V. 106, 773. Stephan. s. *Δημόνησος*. Avis nomen *κύανος* Jacobsius Aelian. IV. 59. restituit pro oxytono; fontis *Κυανῆ* Diod. V. 4. et *Κυανῆ* Aelian. V. H. II. 34. sed *Κυάνη* Diod. XIV. 72. Adjectivum *κύανος* Nic. Th. 438. unde *κυανώτερος* Lucian. Philops. §. 21. Philostr. Iconn. I. 6, 772. Sed operae pretium erit Galeni apponere locum Comm. in Progn. II. 39. p. 167. T. XVIII. P. II. *ἐπὶ τινῶν μὲν εὔδηλος ἡ παραγωγὴ τῶν ὀνομάτων ὡς γνωρίζεσθαι τό τε πρωτότυπον καὶ τὸ παρηγμένον, ἐπὶ τινῶν δὲ οὐ δῆλον. Ἔξεστι γὰρ λέγειν οὐκ ἀπὸ τοῦ φοίνικος ὠνομάσθαι τὸ φοινικοῦν ἀλλ' ἀπὸ τοῦ φοινικοῦ τὸν φοίνικα, καθάπερ τὸ* (scrib. *τὸν*) *κυανὸν οὐκ ἀπὸ τοῦ κυανοῦ μᾶλλον ἤπερ τὸ κυανοῦν ἀπ' ἐκείνου· καὶ ἡ ὤχρα καὶ τὸ ὠχρὸν χρῶμα τῆς αὐτῆς ἐστι συστοιχίας.* Ochrae nomen sine dubio recentius est adjectivo, sed quomodo *κυανοῦς, ῥοδόεις* etc. existere potuerint sine antecessione substantivi, lubenter ab istis percontarer.

15) Adde quod *οἶνος κάπνιος* et *κάπνος* dicitur Galen. de Simpl. Fac. VII. 6, 8. *καστόριον* et *κάστωρ* Hipp. de Mul. II. 807. gemma *ἀνθρακίτης* et *ἄνθραξ* Psell. de Lap. p. 8. lapis purpura pro porphyrites, *κέρχνη* pro *κερχνηΐς*, *Πέρση* pro *Περσηΐς*, *Ἐχῖναι* pro *Ἐχινάδες*. Galenus de Simpl. Fac. VIII. 18, 117. *σαγαπηνὸν καὶ ὁ ὀπὸς τοῦ σαγαπηνοῦ προσαγορεύεται καὶ ἄλλα πολλὰ δι' ἐλλιποῦς λέξεως ὀνομάζομεν ἐκ καταχρήσεως.* Eodem pertinet antonomasia materiae, *βοῦς, ἰτέα, πεύκη* etc. pro materiatis; adde etiam *ἀλώπηξ, ἐλέφας, κύων, κορίβας, οἶστρος* pro *ἀλωπεκία, ἐλεφαντίασις* etc. et contrarium melas pro melania.

νία, aliaque herbarum nomina in ωνια, quae a brevioribus in ωνη partim nihil admodum differunt, partim etiam notabili discrimine sejuncta sunt ut *argemone* et *argemonia*. Similiter adjectiva φίλιος, ἐλευθέριος, ἡσύχιος, καθάριος, plerumque diversum primitivis colorem habent, sed alia vix quidquam discrepant, αἱμύλιος, δόχμιος, ἐσχάτιος, ἑσπέριος, κερτόμιος, μειλίχιος, ὄρθιος, σπάνιος, quae Eustathius cum propriis Αἰτώλιος, Δαρδάνιος, componere solet p. 434, 30. et 775, 19. sed quae idem affert substantiva σκοπιά, ὁρμιά, ἀχυρμιά etc. tanquam eodem pleonasmo affecta, eorum primum tantum cum σκοπή commutari potest, sicut φλογιή apud Nicandrum et Andromachum Galen. de Antid. I. p. 38. T. IV. nihil fere discrepat a φλόξ [16]) nec πατριά a πάτρα, σποδιά a σποδός, sed propter accentus proprietatem compensanda sunt aptioribus sive propriis Εὐρώπη Εὐρωπία, Ψύρα Ψυρία, sive appellativis ἄκρα ἀκρία, μάτη ματία, σπάνη σπανία, κοίλη κοιλία, μονή μονία, quae omnia in adjectivorum speciem vergunt.

§. 9.

Quidquid restat nominum in αια desinentium, ea aut declinatione a principiis suis differunt aut significatione aut, quod plerisque usu venit, utroque: σῆμα σημαία, ἴς ἰναία ἡ δύναμις Hesych. κάραβος καραβαία δικροῦν ξύλον Idem, κέρας κεραία, σπεῖρα σπειραία, τριβή τριβαία, quae ipsa adjectiva esse videntur ut οὐραία, σεληναία, ac perinde ut haec nonnunquam primitivorum potestatem usurpant, κεραία pro κέρας [17]), cujus et masculinum reperitur Κέραιος σταυρός

16) Pro χροτιή Anth. Pal. XV. n. 35. Jacobsius χροΐη scribit, nec certum μοιρίη Hipp. de Part. Sept. c. X. 454. T. I. ubi Lindenus μοίρη edidit. In Musaei versu Paus. X. 5, 3. αὐτίκα δὲ χθονίης σφῶν δὴ πινυτόν φατε μῦθον fortasse scribendum χθονίης φωνὴ — φάτο ut Pind. Ol. VI. 105. ἀντεφθέγξατο πατρία ὄσσα. Dea, quae terrae praeest, fortasse Χθονία dicta ut Σεληναία. Pherecydes Fragm. p. 44. Ζεὺς καὶ Χρόνος καὶ Χθὼν ἦν, Χθονίῃ δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ.

17) Maxim. Plan. Carm. Boeth. IX. 15. ἦν εὐπορίη ὄλβον ἐπεγχέῃ πλήρη χερσὶ κεραίῃ scrib. πλήρει - κεραίῃ ut in latinis *Pleno Copia cornu*. Andromachus ap. Galen. de Antid. VI. 34. T. XIV. μηδ' ἐπὶ θοίνας, εἰ καί σφιν μακρὸν Ζεὺς πετάσειε πέρας, νεύοιεν· scrib. μακάρων - κέρας.

Hesych. maximeque neutra: τὸ κοιταῖον pro κοίτη (de lustris ferarum) Plut. de Soll. Ann. XVI. 170. T. XIII. τὸ εὐναῖον pro εὐνή, τὰ προθύραια et προπύλαια, et quod summam Graecorum in variandis terminationibus licentiam arguit, κάρυα καστανaϊκά, quae Theophrastus nominat, non solum hoc modo appellantur sed etiam κάστανα Athen. II. 54. C. (quod nomen oxytonum est Galen. de Fac. Alim. II. 38, 621. T. VI.) καστanαῖα in incriptione attica N. 123. v. 19. p. 166. καστάνεια Athen. l. c. Etym. M. 493, 25. denique Galenus de prob. Alim. IV. 778. τὰς καστανέας, ἔνιοι δὲ καστάνια κατὰ τὸ οὐδέτερον γένος, urbesque diversae Καστανaία sive Κασθαναία Castanaea, et Καστανία sive Καστανέα. Quod vero adjectiva paragoga attinet, ea partim significationem primitivorum retinent immutatam, partim magis minusve colorant, ἀκραῖος, γαληναῖος, δειλαῖος, δίκραιος, ἐρυθραῖος, ἐρεμναῖος Quint. II. 510. ἐρημαῖος Emped. 185. εὐκταῖος, ἡσυχαῖος, θουραῖος, ἰσαῖος, κολουραῖος, κιῤῥαῖος Schol. Nic. Ther. 518. λαθραῖος, μαδαῖος, ὀρφναῖος, πελιδναῖος, πελλαῖος, προτεραῖος, ὑστεραῖος, τριταῖος, χερσαῖος [18]), quorum quatuor postrema ab his, unde propagantur, insigniter discrepant, alia minus, alia vix quod animadverti possit. Θουραῖος si ut Hesychius refert, pro ἀνδρεῖος dicitur, a θοῦρος nihil differt, si pro libidinoso, plurimum; deos ἀκραίους nemo dixerit ἄκρους, nec timidum δείλαιον, etsi δειλός pro misero ponitur. Hesychius Πυκνά παλαιά, Πυκναίοις παλαιοῖς, quorum si prius forte substantivi vim obtinuit, sponte sequutum est alterum; id quod significat Stephanus: Δίδυμός φησιν ὅτι τὴν πύκνα ἂν εἴη λέγων, τὸ δὲ πυκναία ἀπὸ τοῦ πυκνῇ παρῆκται, quae fortasse ita scribenda sunt τὴν πύκνα πυκναίαν Ἴων ἂν εἴη λέγων, τὸ δὲ πυκναία — παρῆχθαι, eodemque Hesychium spectare suspicor Πυκνὰ πτερά [19]), τὸ ἐν Ἀθη-

---

18) Μελαιναίῃ Sibyll. Orac. L. V. 328. τῷ δειλιναίῳ καιρῷ Theophyl. Sim. Hist. VII. 7, 203. τὸ μεσαῖον Athen. III. 95. A.

19) Consuetum hoc est pennarum epitheton Hom. Il. XI. 454. XXIII. 879. Sapph. Fr. I. Epigr. CCCXCVII. etc. alitesque ipsae πυκνόπτεροι v. Ellendt. Lex. Soph. s. h. v.

ναις δικαστήριον τὴν Πνύκα "Ιων, quae paullulum immutat Theognostus Cram. II. 23. Πυκναῖα, πτερά. Πυκνίας τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον. Tum refellit Didymum: ὅπερ οὐκ εἴρηται· οὐδεὶς γὰρ εἶπε προςηγορικῶς ἢ κυρίως τὸ πυκνή (scrib. πυκναία)· τὰ γὰρ τοιαῦτα ὡς ἐπίπαν ἀπὸ μακροκαταλήκτων παράγεται, εὐνή εὐναία, γυρή γυραία, ἀνάγκη ἀναγκαία· ὡς ἐπίπαν εἴρηται διὰ τὸ ἅμαξα ἁμαξαία, κέρα (scrib. κέρας) κεραία, quae disputatio (nisi hic quoque librariorum error grassatur) manifestum facit, Didymum nomen πυκναία ab accusativo brachycatalecto τὴν πνύκα sive πύκνα propagatum credidisse intellectu eodem. Sed quae praecedunt in Edd. Ἡρωδιανὸς οὕτως· ἔστιν οὖν πύκνη * κυρ * οὐ δύναται δὲ καταλῆξαι (cod. Πύκνη αἶρον τὸ ν· ἣν οὐ δύναται καταλῆξαι) ὑπερετέθη τὸ ν καὶ ἐτράπη τὸ κ εἰς ξ, hanc habere sententiam videntur: ex πυκνή fieri per aphaeresin πυκν et quia literae κν syllabam finire non possint, metathesi πνύκ, ad ultimum trope adhibita necessaria πνύξ. Sic Methodius Etym. M. p. 69, 34. et Philemo §. 27. ἄλξ — ἀπὸ τῶν εἰς κη θηλυκῶν κατ' ἀφαίρεσιν τοῦ η καὶ τροπῇ τοῦ κ, ὡς φοινίκη φοῖνιξ, φρίκη φρίξ, κρόκη κρόξ, πυκνή πνύξ. Photius Πύκνῃ ἡ τῶν Ἀθηναίων ἐκκλησία· Κλείδημος δέ φησι πύκναν (accentus utroque loco in cod. omissi) διὰ τὸ τὴν συνοίκησιν πυκνουμένην εἶναι, ut cod. Coisl. Aeschin. c. Ctes. 390, 34. ἐν Πύκνῃ τῇ ἐκκλησίᾳ praebet. Quodsi nomina illa πυκνή et πυκναία in usu fuere, a principio fortasse eodem discrimine distincta sunt quo Πύλαι et πυλαία. Neque prorsus idem significant ἁλία et ἡλιαία, si quidem hoc ab illo productum est. Stephanus s. Ἡλιαία· παρὰ τὸ ἅλις γίγνεται ἁλία καὶ δεύτερον παράγωγον ἡλιαία. Hesychius Ἀλιαίαν τὴν ἐκκλησίαν Ταραντῖνοι, alpha producto nec adspirato, quod fidei aliquid conciliat Goettlingii conjecturae, Hesiodum Opp. 493. ἐπ' ἀλέα λέσχην scripsisse ad significandum ἀολλῆ.

§. 10.

Quoniam vero Eustathius p. 449, 49. Φώκαια et Νίκαια adjunxit exemplis paragogae in εια, Πηνελόπεια, Ὑψιπύλεια,

Θεσσαλονίκεια, Σεβάστεια, Κολώνεια (colonia), *Ἀπάμεια*, faciendum videtur, ut de his quoque aliquid adjiciamus. De re ipsa nihil esse potest controversiae, sed quaeritur utra forma sit antiquior. Id vero nescio an neque ex aetate auctorum neque ex analogia liquide judicari possit. Nam *Εὐρώπεια, Ψαμάθεια, Νεοβούλεια* v. Liebel. ad Archil. XLIII. 126. *Σκάρφεια* et *Καλλιόπεια* longo post *Εὐρώπη, Ψαμάθη, Καλλιόπη* etc.[20]) intervallo provenerunt; *Περσεφόνεια* autem, *Πηνελόπεια* antiquiores habent quam *Περσεφόνη* et *Πηνελόπη* auctores. Et ut Nicander *κάμων* usurpavit pro *σκαμμωνία* idemque *βρυώνη*, quod alibi non legitur sed sui similia habet *ἀνεμώνη, ἀργεμώνη*, pro *βρυωνία*, ita huic similis verborum artifex Euphorio pro *Μήδεια* invexisse videtur *Μήδη* v. Meinek. p. 64. et posteriores *Κυθέρη* pro *Κυθέρεια*. Neque Stephanus, quid ex quo ortum sit, decernere audet: *Ἀγάμεια — λέγεται καὶ Ἀγάμη ὡς πρέσβεια πρέσβη καὶ βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη καὶ Μαντίνη. Δύναται δὲ καὶ τὸ Ἀγάμεια ἐκ τοῦ Ἀγάμη ὡς Πηνελόπεια.* Sed prius tamen praefert s. *Ψυττάλεια — Ἡρωδιανὸς Ψυττάλην καλεῖ· ἔοικε δὲ τὸ Ψυττάλεια πρωτότυπον εἶναι ὡς Ἀπάμεια, Μαντίνεια, Ἐρύθεια, Ζέλεια*[21]), quorum postremum apud Homerum legitur, postremo proximum apud Hesiodum, *Μαντινέη* in catalogo navium. Apud eosdem poetas *Ἑλίκη*, sed in ignoti versificatoris carmine Phil. Quod mund. incorr. p. 963. C. *Ἑλίκεια*. Neque tamen in universum quidquam

---

20) Pro *Κασσιόπεια* Apollod. III. 1, 2. Heynius *Κασσιέπεια* corrigit ex cod. Dorv. idemque Scaliger praefert ad Manil. I. 354. cf. Reitz. ad Lucian. de Salt. §. 44. p. 468. T. V. cujus rei arbitrium penes codices esto. *Καλλιόπεια* quidem solum invenitur, non ut *θεσπιέπεια*, sed propria *Χαρόπεια* Nonn. XXXVI. 236. (*Χαρόπη* ib. 274.) *Κυπρογένεια, Ποντογένεια, Καλλιγένεια, Πρωτογένεια, Ἠριγένεια*, nihil differunt ab adjectivis.

21) Idem *Αἰγώνεια, Ἀφύτεια, Γεράνεια, Κυναίθεια* etc. De *Πίμπλα* et *Πίμπλεια* v. Tzschuck. ad Strab. T. III. 448. *Σκάρφη* et *Σκάρφεια* ibid. p. 552. Cocondrius de Trop. III. 784. T. VIII. metaschematismum esse ait ὅταν ἡ *Πηνελόπη λέγηται Πηνελόπεια, ὁ Βριαρῆς* (*Βριαρεύς*) *Βριάρεως*.

pronunciari potest propter poetarum licentiam breviora dilatantium et latiora coartantium. Nominibus propriis Eustathius l. c. et ad Dion. v. 152. addit appellativa ἐρήμεια, χώνεια, κώδεια, quorum duo priora hodie non leguntur. Nec satis explorata sunt, quae Hesychius affert Ἐλεία ἡ ἕλα ἡ αὐγή, Τρυφάλη ἡ τρυφάλεια, et Suidae χάρεια interpretamento destitutum, quod Portus pro χαρά positum putat; ac Phrynichus non de substantivo τημέλη loqui videtur sed de verbo τημελεῖν. Verum succedunt vicaria γαλήνεια Euripidi adamatum, φυλάκεια Poeta de Herb. v. 181. θύεια tono attico v. ad Phryn. p. 165. et a πένθος Aeschylus πένθεια propagavit, cui comparari possunt homerica ἐλεγχείη et ὀνειδείη, si a neutris ἔλεγχος, ὄνειδος ducta neque adjectiva sunt; sed ἐνεδρεία pro ἐνέδρα Anecd. p. 95. ab ἐνεδρεύω repetendum. Eadem ratio paragogae adjectivorum, cui itidem ut illis significationis inclinatio adjuncta est modo nulla, modo pertenuis, modo evidentissima; quod vel illis exemplis probatur, quae Etym. M. 429, 53. proponit, ἀβελτέρειος, ἑταιρεῖος, ἡμετερεῖος[22]). Etenim secundum (nam de primo nihil decerni potest) quod Herodianus Eust. p. 1930, 33. proparoxytonôs scribit, ab ἑταῖρος non minus longe distat, quam νόθειος, μεγαλεῖος, δούλειος, a νόθος etc. tertium nostratem potius significat quam nostrum Anaxandr. Ath. XIII. 570. E. ideoque possessivum τοῦ ἡμέτερος dicitur Etym. l. c. et Eustath. p. 1468, 29. τὸ κυανοπρώρειος ἢ κατὰ πλεονασμὸν τῇ ει παραλήγεται ἢ ὡς κτητικὸν ὅμοιον τῷ ἡμετέρειος, quod praestat. Sed φατειός a φατός sola specie discrepat, et quae Etym. Guid. p. 1222, 28. affert: τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ος διὰ τοῦ ιος κατὰ τοῦ αὐτοῦ σημαινομένου προηγμένα, εἰ μὲν ὀξύνεται, διὰ τῆς ει γράφεται, θαμειός, ἀδελφειός· εἰ δὲ βαρύνεται, διὰ τοῦ ι, κάπριος, ὄρθιος, λοίσθιος, Αἰτώλιος cf. Koesii Exc. p.

22) Arcadius p. 45, 4. τὰ προπερισπώμενα ἀπὸ τῶν ὁμήρου λέξεων εὑρεθέντα ταῦτά εἰσι, πρυτανεῖος, ἑταιρεῖος, γυναικεῖος, ἀκατεῖος (fort. Ἑκατεῖος). In canone Etym. Gud. 383, 52. quo eadem fere exempla continentur, omissa sunt verba ἀπὸ τῶν ὁμ. λεξ. quae intellectu carent, addita vero necessaria cautio μὴ σημαίνοντα μέρος σώματος.

191, 8. Verum tamen nonnihil differunt; nam *θαμειός*, et quod Eusthathius p. 44, 36. adjungit *ἀφνειός* aliam breviorem formam non habent, *ἀδελφειός* autem ex *ἀδελφεός* ortum, quo Homerus utitur solo; *φατέος* unde Buttmannus Gramm. §. 102. Adn. 8. illud *φατειός* ortum putat, ab Epicorum consuetudine alienum. His accedunt tria oxytona ab oxytonis propagata, quae communis consuetudo recepit: *ὅλμειος τὸ μαγειρικὸν ἐργαλεῖον καὶ ὀλμειὸς λίθος, εἰς ὃν κόπτουσιν ὄσπρια* Schol. Arist. Ach. 238. alterum *ἀρνειός ὡς ἀδελφειός· λέγει δὲ Ὦρος, ὅτι φησὶν Ἡρωδιανὸς πλεονάζειν τὴν ει καὶ γίνεται ἀρνός ὡς ἀμνός ἀμνειός*, quo loco exciderunt pauca hujus fere sententiae, a genitivo *ἀρνός* pullulare nominativum homotonum *ἀρνός*, hinc per epenthesin *ἀρνειός* ut *φατός φατειός* v. Choerobosc. Cram. II. 168, 25.[23]) Tertium est *ἀμνειός*. Suidas *Ἀμνειός ὁ ποταμός καὶ ὁ ἀμνός*, quod congruit cum appellativo *ὀλμειός* et proprio fluminis nomine *Ὀλμειός* v. Goettling. ad Hes. Theog. v. 6. et Muetzell. p. 45. distinguuntur vero ab adjectivo *ἀμνεῖος* ut *ἀρνεῖος*. Neque mihi incredibile videtur, *ἀρνειός, ἀμνειός* et *ὀλμειός* natura adjectiva esse, perinde ut membranae nomen foetum ambientis *ἀμνειός* Galen. de Sect. Uter. X. 902. T. II. Schol. in Hipp. T. I. 314. T. II. 220. ed. Dietz. quanquam id quoque *ἄμνειος* scribitur Galen. de Sem. X. 547. et vulgo *ἀμνίον*. Postremo idem paragogarum significabilium et formalium discrimen in neutris quoque apparet, *πρωτεῖον, δευτερεῖον, ἰαμβεῖον, ἐλεγεῖον, φυλλεῖον* etc. Distincte Lucianus Epigr. VI. *προσωπεῖον κοὐχὶ πρόσωπον ἔχεις*, sed

23) Cf. Ritschel. de Oro p. 45. Accentum a Grammaticis traditum servant exemplaria Heliod. V. 14, 191. Geopp. XVIII. 3. Nonn. XXXVIII. 176. Cyrillus Vossii ad Hesych. s. h. v. *Ἀρνειός ὁ ἐνιαύσιος κριός, Ἀρνεῖος δὲ ὁ μήν*, ut scribitur Conon. XIX. Eust. p. 1676, 41. neque aliter periecticum *τὸ ἀρνεῖον* Theodos. p. 74, 3. et adjectivum *ἀρνεῖος* Athen. IX. 370. E. quod praepostere mutarunt in proparoxytonum; *τὰ διὰ τοῦ ειος ἔχοντα ἐν τῇ πρώτῃ τὸ ᾱ, πρὸ μιᾶς ἔχει τὸν τόνον* Etym. M. p. 182, 33. Anecd. Cram. T. II. 174, 18—30. Theodos. p. 73, 8. Similiter *μὴν Καρνεῖος* scribitur synonymum, puto, *τοῦ Ἀρνεῖος*. Apollinis cognomen fortasse diastolae causa *Κάρνειος* v. Siebelis ad Paus. III. 13, 2.

Moeris personas attice πρόςωπα, vulgo προςωπεῖα vocari ait. Poculum cymbae simile non solum κυμβεῖον dicitur, sed etiam κύμβη Athen. XI. 483. A. Anecd. p. 274. στυππεῖον Scholiastes Luciani Asin. §. 31. p. 168. interpretatur στύππην [24]), nulloque discrimine κελέβη dicitur et κελέβειον Athen. XI. 476. D. Photius: Μνῆμα μὲν ὁ τάφος, μνημεῖον δὲ πᾶν μνημόσυνον, sed constat saepe unum pro altero poni, nec magis fixos terminos habent σῆμα et σημεῖον, γλωσσόκομον et γλωσσοκομεῖον, quorum prius repudiat Phrynichus p. 98. Plato Legg. III. 678. D. μεταλλεῖα scripsit pro usitato μέταλλα, ἐναυλείοις codd. praebent pro ἐναύλοις Eur. Hel. 1110. et ἄγγος pro ἀγγεῖον Nonn. Epit. III. 96. de τύλη et τυλεῖον dixi aliqua ad Phryn. p. 174. δάνος et δάνειον confundi Lexicographi docent, nec Euphorio veritus est pro κρέας scribere κρεῖον, quem ad schematismum prae ceteris inclinat Nicander, σπερμεῖον, στρομβεῖον, πεταλεῖον, κνάθειον, νάπειον, δορπήϊον etc. Quanquam Schneiderus in Praef. p. VI. quia modo ῥιζέα legitur et κορσέα, modo καυλία, dubitat utrum ille nomina, quae legitime in ειον terminantur, corripuerit detracta litera ε, an nativas formas ῥιζίον, καυλίον, κορσίον, ubi longa syllaba opus esset, produxerit interposito iota ῥιζεῖον etc. Ille posterius praefert; nobis de aliis aliter statuendum videtur; nam σπερμίον, ναπίον, δορπίον, certe non reperiuntur, sed herbam, quae vulgo σμυρνίον, Nicander σμυρνεῖον vocat; σφήκειον (Schol. σφηκεῖον) et μυρμήκειον phalangiorum genera sunt, quorum hoc etiam μύρμηξ et μυρμηκοειδές dicitur.

24) Στύπη, stupa, stipa et στοιβή (culcita) ejusdem esse videntur familiae.

PARALIPOMENA

GRAMMATICAE GRAECAE

SCRIPSIT

CHR. AUGUSTUS LOBECK.

PARS POSTERIOR

QUA CONTINENTUR

DISSERTATIONES

DE NOMINIBUS SUBSTANTIVI ET ADJECTIVI GENERIS AMBIGUIS, DE NOMINUM IN *MA* EXEUNTIUM FORMATIONE, DE MOTIONE ADJECTIVORUM MINUS MOBILIUM, DE FIGURA ETYMOLOGICA.

LIPSIAE
APUD WEIDMANNOS.

MDCCCXXXVII.

DISSERTATIO QUINTA.

DE

NOMINIBUS ADIECTIVI ET SUBSTANTIVI GENERIS AMBIGUIS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXII.)

---

mutatum esse appareat. Pro *Ῥηναία*, cujus ultima a poetis corripitur, neque *Ῥηναῖα* scribendum videtur neque *Ῥήναια* sed *Ῥήνεια*, ut multis locis scriptum est v. Interpp. ad Herodo. VI. 96. Holsten. ad Steph. s. h. v. Tzschuck. ad Strab. X. 324. Poppo ad Thuc. T. I. P. II. 276. et in Corp. Inscr. N. 2320. etsi *Ῥήνη* nihil aliud est quam *Ἄρνη*, unde *Ἀρναία* propagatur, sicut *ἄρνες* et *ῥῆνες* idem significat. Verum haec, ut ante praedixi, prorsus inextricabilis est quaestio; neque non fieri potest, ut nomina, quae inter se cognata videntur, exempli causa *Μελίτη* et *Μελιταία* sive *Μελίτεια* v. Wesseling. ad Diod. XVIII. 15. longe diversis excreverint stirpibus[4]).

§. 4.

Propriis hisce confinia sunt locorum vocabula appellativa *ἀκταία* et *περαία*. Illud Callimachus usurpavit Atticam significans, quae si vulgo *Ἀκτή* appellatur sicut alia loca *Ἴδη*, *Νάπη*, *Ῥίον*, *Πορθμός*, *Αἰγιαλός* etc. ex hoc non sequitur, quod Eustathius colligit, ut adjective *litoralis* scil. regio dici non possit. Quin imo Libanius uno eodemque loco Decl. T. I. 332. eandem terrae plagam nunc *τὴν ἕω* vocat, mox *τὴν ἑῴαν*. Neque ratio est, cur *περαία* sive proprium est sive oram ulteriorem denotat, aliud quam adjectivum esse statuamus ab obsoleto *πέρα* derivatum ut *περάτη*, *Πειραιός*, *ἀντιπέραια*[5]). Nam ea est consueta regionum appellatio, *Ὑλαία*, *Τραχεῖα*, *Μεσοποταμία*, *Παρασωπία*, nemoque negabit partem Lesbi, cui nomen fuit *Νάπη*, appellari potuisse *Ναπαίαν*. Quod ut inter omnes conveniat ita esse, exemplum ex propinquo petam. Namque Scythiae regio silvestris, quam Herodotus *Ὑλαίην* appellare solet, a Scymno Fragm. v. 105. *Ὕβλα* dicitur correpta ultima, id est *ὕλη* v. Wesseling. ad

---

4) Etiam illud quaeri potest, utrum urbs aliqua nomen acceperit a muliere *Νίκαια* Nonn. XLIV. 811. an in memoriam victoriae cujusdam appellata sit *Νικαία victorialis* vel ut aliae urbes *Victoria*; priusne fuerit nymphae Astypalaeae nomen, an insulae vel regionis Samiae.

5) Anecd. Cram. II. 101, 11. *πέρα ὄνομα τόπου*. V. Reisk. ad Constant. p. 85.

DISSERTATIO QUINTA.

)E NOMINIBUS ADIECTIVI ET SUBSTANTIVI GENERIS AMBIGUIS.

Nullam a Grammaticis regulam traditam esse qua sub-ntiva et adjectiva discernantur, minus peritis mirum videa- necesse est, si reputaverint id quasi solum et fundamentum se hujus disciplinae, sine quo sistere nequeat; accuratius i rem cognorint, omnino talem regulam tradi posse despe-)unt. Adeo facile ex epithetis fiunt appellativa, adeo in-creta est primitivorum et derivatorum similitudo, adeo late et metonymiae usus, ut proprias cujusque vocabuli notas)mittere prope cujusdam insolentiae videatur. Verumtamen :rienda est aliquando hujus quaestionis via, quam persequen- alii, quousque humanae concessum est conjecturae.

§. 1.

Adjectivorum, quae pro substantivis valent, duo sunt, ut nmatim dicam, genera, unum naturale, alterum positivum, iusque autem species multae variaeque, ad agnoscendum ıd perinde faciles. Priori generi subjecta sunt, quae rei nificatae vel unice vel prae ceteris conveniunt, primum hu-narum actionum vocabula, γεωργός, κυνηγός, γαμετή, quae lito substantivo nihilo clariora fiunt quam omisso; deinde nia, quae de una tantummodo re praedicari possunt, pri-ım masculina λυχνοῦχος, χειμάῤῥους, θεμέλιος, νεβροτό- s Nic. Ther. 142. πτερωτός, squamiger, laniger[1]), tum fe-

1) In Maximi Catarch. v. 327. ἦν μὲν ἔῃ πανδῖα μετ' εὐσκόπου ἀρ-

ναις δικαστήριον τὴν Πνύκα Ἴων, quae paullulum immutat Theognostus Cram. II. 23. Πυκναῖα, πτερά. Πυκνίας τὸ ἐν Ἀθήναις δικαστήριον. Tum refellit Didymum: ὅπερ οὐκ εἴρηται· οὐδεὶς γὰρ εἶπε προςηγορικῶς ἢ κυρίως τὸ πυκνή (scrib. πυκναία)· τὰ γὰρ τοιαῦτα ὡς ἐπίπαν ἀπὸ μακροκαταλήκτων παράγεται, εὐνή εὐναία, γυρή γυραία, ἀνάγκη ἀναγκαία· ὡς ἐπίπαν εἴρηται διὰ τὸ ἅμαξα ἁμαξαία, κέρα (scrib. κέρας) κεραία, quae disputatio (nisi hic quoque librariorum error grassatur) manifestum facit, Didymum nomen πυκναία ab accusativo brachycatalecto τὴν πνύκα sive πύκνα propagatum credidisse intellectu eodem. Sed quae praecedunt in Edd. Ἡρωδιανὸς οὕτως· ἔστιν οὖν πύκνη * κυρ * οὐ δύναται δὲ καταλῆξαι (cod. Πύκνη αἶρον τὸ ν· ἣν οὐ δύναται καταλῆξαι) ὑπερετέθη τὸ ν καὶ ἐτράπη τὸ κ εἰς ξ, hanc habere sententiam videntur: ex πυκνή fieri per aphaeresin πυκν et quia literae κν syllabam finire non possint, metathesi πνύκ, ad ultimum trope adhibita necessaria πνύξ. Sic Methodius Etym. M. p. 69, 34. et Philemo §. 27. ἄλξ — ἀπὸ τῶν εἰς κη θηλυκῶν κατ᾽ ἀφαίρεσιν τοῦ η καὶ τροπῇ τοῦ κ, ὡς φοινίκη φοῖνιξ, φρίκη φρίξ, κρόκη κρόξ, πυκνή πνύξ. Photius Πύκνῃ ἡ τῶν Ἀθηναίων ἐκκλησία· Κλείδημος δέ φησι πύκναν (accentus utroque loco in cod. omissi) διὰ τὸ τὴν συνοίκησιν πυκνουμένην εἶναι, ut cod. Coisl. Aeschin. c. Ctes. 390, 34. ἐν Πύκνῃ τῇ ἐκκλησίᾳ praebet. Quodsi nomina illa πυκνή et πυκναία in usu fuere, a principio fortasse eodem discrimine distincta sunt quo Πύλαι et πυλαία. Neque prorsus idem significant ἁλία et ἡλιαία, si quidem hoc ab illo productum est. Stephanus s. Ἡλιαία· παρὰ τὸ ἅλις γίγνεται ἁλία καὶ δεύτερον παράγωγον ἡλιαία. Hesychius Ἀλιαίαν τὴν ἐκκλησίαν Ταραντῖνοι, alpha producto nec adspirato, quod fidei aliquid conciliat Goettlingii conjecturae, Hesiodum Opp. 493. ἐπ᾽ ἀλέα λέσχην scripsisse ad significandum ἀολλῇ.

§. 10.

Quoniam vero Eustathius p. 449, 49. Φώκαια et Νίκαια adjunxit exemplis paragogae in εια, Πηνελόπεια, Ὑψιπύλεια,

Θεσσαλονίκεια, *Σεβάστεια*, *Κολώνεια* (colonia), *Ἀπάμεια*, faciendum videtur, ut de his quoque aliquid adjiciamus. De re ipsa nihil esse potest controversiae, sed quaeritur utra forma sit antiquior. Id vero nescio an neque ex aetate auctorum neque ex analogia liquide judicari possit. Nam *Εὐρώπεια*, *Ψαμάθεια*, *Νεοβούλεια* v. Liebel. ad Archil. XLIII. 126. *Σκάρφεια* et *Καλλιόπεια* longo post *Εὐρώπη*, *Ψαμάθη*, *Καλλιόπη* etc. [20]) intervallo provenerunt; *Περσεφόνεια* autem, *Πηνελόπεια* antiquiores habent quam *Περσεφόνη* et *Πηνελόπη* auctores. Et ut Nicander *κάμων* usurpavit pro *σκαμμωνία* idemque *βρυώνη*, quod alibi non legitur sed sui similia habet *ἀνεμώνη*, *ἀργεμώνη*, pro *βρυωνία*, ita huic similis verborum artifex Euphorio pro *Μήδεια* invexisse videtur *Μήδη* v. Meinek. p. 64. et posteriores *Κυθέρη* pro *Κυθέρεια*. Neque Stephanus, quid ex quo ortum sit, decernere audet: *Ἀγάμεια — λέγεται καὶ Ἀγάμη ὡς πρέσβεια πρέσβη καὶ βασίλεια κατὰ συναλοιφὴν βασίλη καὶ Μαντίνη. Δύναται δὲ καὶ τὸ Ἀγάμεια ἐκ τοῦ Ἀγάμη ὡς Πηνελόπεια.* Sed prius tamen praefert s. *Ψυττάλεια — Ἡρωδιανὸς Ψυττάλην καλεῖ· ἔοικε δὲ τὸ Ψυττάλεια πρωτότυπον εἶναι ὡς Ἀπάμεια, Μαντίνεια, Ἐρύθεια, Ζέλεια* [21]), quorum postremum apud Homerum legitur, postremo proximum apud Hesiodum, *Μαντινέη* in catalogo navium. Apud eosdem poetas *Ἑλίκη*, sed in ignoti versificatoris carmine Phil. Quod mund. incorr. p. 963. C. *Ἑλίκεια*. Neque tamen in universum quidquam

---

20) Pro *Κασσιόπεια* Apollod. III. 1, 2. Heynius *Κασσιέπεια* corrigit ex cod. Dorv. idemque Scaliger praefert ad Manil. I. 354. cf. Reitz. ad Lucian. de Salt. §. 44. p. 468. T. V. cujus rei arbitrium penes codices esto. *Καλλιόπεια* quidem solum invenitur, non ut *θεοπιέπεια*, sed propria *Χαρόπεια* Nonn. XXXVI. 236. (*Χαρόπη* ib. 274.) *Κυπρογένεια*, *Ποντογένεια*, *Καλλιγένεια*, *Πρωτογένεια*, *Ἠριγένεια*, nihil differunt ab adjectivis.

21) Idem *Αἰγώνεια*, *Ἀφύτεια*, *Γεράνεια*, *Κυναίθεια* etc. De *Πίμπλα* et *Πίμπλεια* v. Tzschuck. ad Strab. T. III. 448. *Σκάρφη* et *Σκάρφεια* ibid. p. 552. Cocondrius de Trop. III. 784. T. VIII. metaschematismum esse ait *ὅταν ἡ Πηνελόπη λέγηται Πηνελόπεια, ὁ Βριαρῆς (Βριαρεύς) Βριάρεως.*

δεσπότης Tyrt. Fr. V. *Ἐργάται οἱ παρ' ἡμῖν ἐργαστικοὶ* Hesych. *τῶν ποιητικῶν τινες* Lycurg. c. Leocr. p. 166, 34. ubi Bekkerus ex aliquot codd. *ποιητῶν* edidit; *ποιητικὸς ἀνήρ* Plutarch. de Es. Carn. I. 7, 240. de quo opportune nos commonet Schol. Eur. Phoenn. 399. *γίνεται ἡ τοιαύτη ἐναλλαγὴ καὶ ἐπὶ τοῖς ἁπλοῖς τε καὶ κτητικοῖς, τοῖς μὲν ἀντὶ ἁπλῶν λαμβανομένοις ὡς ἔχει τὸ παρθενικὴ καὶ τὸ ῥητορικός, τοῖς δὲ ἀντὶ κτητικῶν ὡς Σκύθης οἶμος, Γαλάτης ῥοῦς.* In Eur. Scyr. II. *φεῦ τῶν βροτείων ὡς ἀνώμαλοι τύχαι· οἱ μὲν γὰρ εὖ πράσσουσιν* etc. *βροτείων* fortasse masculinum est pro *βρότων* ut *φὼς βρότειος* Bacch. 542. et 1002. quo loco hoc significari arbitror *γνώμαν σώφρονα προςθέμενος ἀπροφάσιστος εἴς τε τὰ θεῶν ἔφυ βροτείῳ τ' ἔχειν ἄλυπος βίος, vita modesta et adversus deos culpa vacat et mortalibus nihil molestiae affert*, uno verbo, diis hominibusque inculpatissima est. Ac simillime Romanos *humanus* dixisse pro homo Drackenborchius docet ad Sil. VII. 5. et Gronovius ad Liv. VIII. 9. Nec desunt alia, quae his apponi possint, vulturius pro vultur, ericius et cum epenthesi erinaceus (ut Geryonaceus, gallinaceus) pro eres, *ναπτάλιος* pro *νάφθα*, *τυρόεις* Theocr. I. 58. pro *τυρός*, et fortasse Mavortius pro Mars in Inscript. Orell. N. 1348. p. 279. T. I. aliis, *Ποσειδώνιος θεός* Soph. Oed. C. 1494. ubi quae Doederlinus affert urbium nomina *ἡ Κυρτώνιος, Μαλάνιος, Μεταπόντιος*, nulli sunt usui, primum quia primitivorum *Μάλας, Κύρτων*, (Crotona) *Μετάποντος*, testes aut prorsus incomperti aut parum explorati, deinde quod de nominibus urbium nunquam dubitatum est, neque ex eo, quod *oppidum Londiniense* dicitur colligi debet, Sophoclem *ἄνδρα Σοφόκλειον* nominari posse[8]).

§. 5.

De cauda leonis nemo ignorat quid veteres fabulati sint; quae si in soluto sermone *ἀλκή*, a poetis *ἀλκαία* vocaretur,

8) Ille proprius est typus urbium Libycarum, Arsinoe, Berenice, *Ἀντίνοος* pro *Ἀντινόεια* .v. Jablonsk. Panth. V. 7, 200. Buto pro Latonopolis.

191, 8. Verum tamen nonnihil differunt; nam *θαμειός*, et quod Eusthathius p. 44, 36. adjungit *ἀφνειός* aliam breviorem formam non habent, *ἀδελφειός* autem ex *ἀδελφεός* ortum, quo Homerus utitur solo; *φατέος* unde Buttmannus Gramm. §. 102. Adn. 8. illud *φατειός* ortum putat, ab Epicorum consuetudine alienum. His accedunt tria oxytona ab oxytonis propagata, quae communis consuetudo recepit: *ὅλμειος τὸ μαγειρικὸν ἐργαλεῖον καὶ ὁλμειὸς λίθος, εἰς ὃν κόπτουσιν ὄσπρια* Schol. Arist. Ach. 238. alterum *ἀρνειός ὡς ἀδελφειός· λέγει δὲ Ὧρος, ὅτι φησὶν Ἡρωδιανὸς πλεονάζειν τὴν ει καὶ γίνεται ἀρνός ὡς ἀμνός ἀμνειός*, quo loco exciderunt pauca hujus fere sententiae, a genitivo *ἀρνός* pullulare nominativum homotonum *ἀρνός*, hinc per epenthesin *ἀρνειός* ut *φατός φατειός* v. Choerobosc. Cram. II. 168, 25.[23]) Tertium est *ἀμνειός*. Suidas *Ἀμνειός ὁ ποταμός καὶ ὁ ἀμνός*, quod congruit cum appellativo *ὁλμειός* et proprio fluminis nomine *Ὀλμειός* v. Goettling. ad Hes. Theog. v. 6. et Muetzell. p. 45. distinguuntur vero ab adjectivo *ἀμνεῖος* ut *ἀρνεῖος*. Neque mihi incredibile videtur, *ἀρνειός, ἀμνειός* et *ὁλμειός* natura adjectiva esse, perinde ut membranae nomen foetum ambientis *ἀμνειός* Galen. de Sect. Uter. X. 902. T. II. Schol. in Hipp. T. I. 314. T. II. 220. ed. Dietz. quanquam id quoque *ἄμνειος* scribitur Galen. de Sem. X. 547. et vulgo *ἀμνίον*. Postremo idem paragogarum significabilium et formalium discrimen in neutris quoque apparet, *πρωτεῖον, δευτερεῖον, ἰαμβεῖον, ἐλεγεῖον, φυλλεῖον* etc. Distincte Lucianus Epigr. VI. *προςωπεῖον κοὐχὶ πρόςωπον ἔχεις*, sed

23) Cf. Ritschel. de Oro p. 45. Accentum a Grammaticis traditum servant exemplaria Heliod. V. 14, 191. Geopp. XVIII. 3. Nonn. XXXVIII. 176. Cyrillus Vossii ad Hesych. s. h. v. *Ἀρνειός ὁ ἐνιαύσιος κριός, Ἀρνεῖος δὲ ὁ μήν*, ut scribitur Conon. XIX. Eust. p. 1676, 41. neque aliter periecticum *τὸ ἀρνεῖον* Theodos. p. 74, 3. et adjectivum *ἀρνεῖος* Athen. IX. 370. E. quod praepostere mutarunt in proparoxytonum; *τὰ διὰ τοῦ ειος ἔχοντα ἐν τῇ πρώτῃ τὸ ᾱ, πρὸ μιᾶς ἔχει τὸν τόνον* Etym. M. p. 182, 33. Anecd. Cram. T. II. 174, 18—30. Theodos. p. 73, 8. Similiter *μὴν Καρνεῖος* scribitur synonymum, puto, *τοῦ Ἀρνεῖος*. Apollinis cognomen fortasse diastolae causa *Κάρνειος* v. Siebelis ad Paus. III. 13, 2.

geminos, ὁ περιτόναιος Hippocr. Aphor. p. 738. T. III. qui plene vocatur περιτόναιὸς ὑμήν Poll. II. 224. ὁ ἐπίπλοος sive τὸ ἐπίπλουν, ὁ ἔγκαρος[10]), ὁ ἐγκέφαλος scil. μυελός, ut Aristoteles testatur de Part. Animm. II. 7. p. 652, 24. πολλοῖς δοκεῖ ὁ ἐγκέφαλος μυελὸς εἶναι, a quo qui continuatur per dorsum ὁ νωτιαῖος dicitur Plat. Tim. p. 74. A. cui idem supplementum adhibet Galenus de Temper. I. 564. T. I. μυελὸς ἐγκέφαλός τε καὶ νωτιαῖος, sed omisso nomine ὁ ἐγκάρδιος v. Fabric. ad Sext. c. Phys. I. 578. Interpp. ad Athen. II. 66. A. ad ultimum intestinum quoddam nomen habet ὁ δωδεκαδάκτυλος scil. πόρος, aliud ἡ νῆστις Poll. II. 108. qui ex Rufo Eph. p. 46. suppleri debet; ἡ κορυφαία in Lucian. Lexiph. §. 5. comam summi verticis sive κόννον significare videtur. Haec omnia nobis persuadent, priora illa ἡ ἀλκαία, ἡ ὁλκαία, ἡ οὐραία, adjectivis adnumeranda esse, unde sunt neutra τὸ οὐραῖον, τὸ ὁλκαῖον, τὸ πυγαῖον, accentu ipso distincta a proparoxytono κεφάλαιον, quod non partem capiti adjunctam sed capitulum significat, τὸ κεφάλαιον τῆς ῥαφανῖδος, ceterum a primitivo tam prope distat ut idem nunc γλαύκου κεφάλαιον dicatur, nunc γλαύκου κεφαλή v. Athen. p. 293. B. et 295. C. Nec discrepat Romanorum consuetudo, qui hasta et hastile, ramus et ramale, scalae et scalaria, calva et calvaria, flamina et flaminica, quamvis grammaticis rationibus discreta, tamen promiscua habent.

§. 6.

Ἅλμη et ἁλμαία (id enim sequitur) etsi utrumque muriam significat v. Aristoph. Holc. Fr. XIII. tamen non minus inter se discrepant quam jus et jurulentum, potus et potulentum, neque sine ridiculi specie dixeris naufragum εἰς κύμαθ'

---

10) Ἴγκρος ἐγκέφαλος Hesych. nunc munitam Arcadii exemplo ἴγκρος inter disyllaba referentis p. 74, 6. ac fortasse ἴγγης nihil aliud est quam ἐγγενής, cum praepositione ἴν junctum. In homerico ἐν καρὸς αἴσῃ nonnulli nomen κάρ *cerebrum* inesse crediderunt, unde κάρα productum et κράς, κρανίον, cereber (ut celeber, faber) in Gloss. Gr. Lat. et cerritus i. q. cerebrosus.

ἁλμαίας ἐμπεσεῖν. Nomine ἀναγκαία fortasse ne Hippocrates quidem, ut Coraes putavit ad L. de Aer. T. I. p. 126. nedum Plato, ut Jacobsius ad Achill. p. 661. sed Homerus, Tyrtaeus, Herodotus aliique ita usi sunt, ut pro eo sine ulla sententiae inclinatione ἀνάγκη substitui possit; hoc vero non obstat quominus adjectivum esse credamus ut contrarium ἑκουσία, de quo diximus ad Phryn. p. 4.[11]) et affinia θεσπεσία, δαιμονία, θευμορία, quae in alia harum dissertationum parte tractabuntur. De ἀρχαία quid statuendum sit, jam expositum est. Sequitur αὐλαία, quod quum ubique aulaeum significet, nunquam aulam, magnopere periclitatur Eustathii fides, qui si forte alicubi legit ἐντὸς τῆς αὐλαίας παρῆλθεν eo intellectu, ut in ejus locum τῆς αὐλῆς subdere liceat, illico in paragogae opinionem incidit, quam ab exempli auctore, si noscendi copia esset, sine dubio alienam esse videremus. Eademque est de ἁμαξαία suspicio; sane ἁμαξαίην ἄρκτον Aratus v. 93. sidus boreale dixit, quod uno nomine ἅμαξα vocatur, et eum tacita substantivi recordatione absolute ἁμαξαίαν dici non abhorret, sed qui hoc pro ipso substantivo usurpaverit vereor ut reperiri possit; Herodotus quidem et ceteri hujus familiae ἅμαξα dicunt. Utar alio exemplo. Ammonius θύρα, inquit, ἐστὶν ἡ ἐξ ἀρχῆς γενομένη· Μένανδρος (Fragm. p. 135.) θύραν ἔξελε, θυραία δὲ τὸ μέλλον πρὸς ἐκκοπὴν θύρας μέγεθος, vel ut Photius ait τὸ ἄνοιγμα τῆς θύρας, in quibus egregius Menandri interpres nescio quid repugnantiae inesse credidit; θύρα significat fores, quae aperiuntur et clauduntur, θυραία est apertura, ut Vitruvius dicit, ad inserendas valvas relicta. Itaque διὰ θύρας ὁρᾷν solis Lynceis permissum; nos autem *janua quum per se transpectum praebet apertum*, διὰ τῆς θυραίας transpicimus foris posita, unde patescit utriusque discrimen maximum; neque tamen non aliquando permutari possunt, ut et fumus utrum διὰ τῆς ὀπῆς ἐξελθεῖν dicatur an διὰ τῆς ὀπαίας, perinde habetur,

---

11) In Antiphont. de Venef. p. 112, 5. (p. 606.) τοῦ μὲν ἐκ προβουλῆς ἀκουσίας ἀποθανόντος Bekkerus e cod. Crips. ἀκουσίως scripsit, vulgatae propius est ἀκουσίᾳ.

DISSERTATIO QUINTA.

DE

NOMINIBUS ADIECTIVI ET SUBSTANTIVI GENERIS AMBIGUIS.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXII.)

DISSERTATIO QUINTA.

DE NOMINIBUS ADIECTIVI ET SUBSTANTIVI GENERIS AMBIGUIS.

Nullam a Grammaticis regulam traditam esse qua substantiva et adjectiva discernantur, minus peritis mirum videatur necesse est, si reputaverint id quasi solum et fundamentum esse hujus disciplinae, sine quo sistere nequeat; accuratius qui rem cognorint, omnino talem regulam tradi posse desperabunt. Adeo facile ex epithetis fiunt appellativa, adeo indiscreta est primitivorum et derivatorum similitudo, adeo late patet metonymiae usus, ut proprias cujusque vocabuli notas promittere prope cujusdam insolentiae videatur. Verumtamen aperienda est aliquando hujus quaestionis via, quam persequentur alii, quousque humanae concessum est conjecturae.

§. 1.

Adjectivorum, quae pro substantivis valent, duo sunt, ut summatim dicam, genera, unum naturale, alterum positivum, utriusque autem species multae variaeque, ad agnoscendum haud perinde faciles. Priori generi subjecta sunt, quae rei significatae vel unice vel prae ceteris conveniunt, primum humanarum actionum vocabula, *γεωργός*, *κυνηγός*, *γαμετή*, quae addito substantivo nihilo clariora fiunt quam omisso; deinde omnia, quae de una tantummodo re praedicari possunt, primum masculina *λυχνοῦχος*, *χειμάῤῥους*, *θεμέλιος*, *νεβροτόκος* Nic. Ther. 142. *πτερωτός*, squamiger, laniger[1]), tum fe-

---

1) In Maximi Catarch. v. 327. *ἣν μὲν ἔῃ πανδῖα μετ' εὐσκόπου ἀρ-*

minina ἡ ἀνθεμουργός, ἡ τετράκυκλος, ἡ λιβανωτοφόρος, ἡ τριήρης, volucris, lanata cf. Aglaoph. T. I. 847. Haec igitur, quia rei notam quandam demonstrant nulli alii rei convenientem, intelliguntur per se ipsa addito praesertim articulo. Ac si quis nomen quoque ὁ Κορίνθιος audierit nullo adjuncto alio, hominem prius quam aliud quid cogitatione comprehendet, quia nulla nobis praesentior notio, et si feminina Λακωνική, Θρᾳκία, Ἀντανδρία, Πιτυοῦσσα, potissimum de regionibus cogitabit, quas usitatissimum est vel ab incolis denominari vel ab urbe principali vel a proventibus aliave proprietate soli. Alterius generis species plurimae, omnibus autem hoc commune est, quod in alias atque alias res accomodari possunt neque intelliguntur nisi ex complexu verborum. Ita θάσιος, σάμιος et cetera topica, nullo dum alio verbo addito, ut ad hominem referamus ipsa natura rei admonet, sed si quis vel illo nomine vinum, vel hoc placentam significare voluerit, opus est aliis quae harum rerum cogitationem excitent, hoc est bibendi, edendi similibusque verbis, quemadmodum, si dicitur θάσιον ἐγχεῖν, ἔπινε πολύν, δικάσω — ἰθεῖα γὰρ ἔσται Il. XXIII. 580. rei notio ex verbo patescit et nominis genere grammatico. Ejusmodi autem adminiculo subtracto adjectiva localia non minus vaga et indefinita sunt, quam quaelibet alia epitheta, nisi quod in universum scimus Graecos Latinosque id quod quisque locus eximium habet, ab eo loco appellare con-

---

νειοῖο, scribendum est εὐπόκου, quemadmodum Poeta de sign. coel. in Anth. Lat. L. V. Ep. 40. *squamiferos pisces* nominavit eos, qui in coelo sunt collocati, et Manilius IV. 744. *laniger in medio sortitus sidera mundo*. Pari licentia Oceanus deus ἀψόρροος vocatur, Tellus dea a Solone μέλαινα et in oraculo Schol. Arist. Rann. 1256. μελάμφυλλος dicitur. Contraria ratione epitheton a persona ad rem transfertur in Herod. V. Hom. c. IX. οἳ Σμύρνην ἐριώπιδα κούρην ναίετε, et Eur. Med. 830. ἔνθα ποθ' ἁγνὰς Πιερίδας λέγουσι ξανθὰν Ἁρμονίαν φυτεῦσαι, id est μουσικήν sive παιδείαν ἐνοικίσαι. De epitheto ξανθή quod dicit Elmslejus, refellunt superiora exempla, de quibus dicere licet quod Schol. Or. 980. τὰ φυσικὰ τοῖς μυθικοῖς καταμίγνυσιν Εὐριπίδης. Et quaenam tandem illa Harmonia erit, quae proprie tanquam persona appellari possit ξανθή? Martis certe filia ab hoc loco alienissima.

suesse πράμνιος, θάσιος, φασιανός, λίβυς, ναξία[2]), θασία, θαψία, κιμωλία, σινωπική, περγαμηνή, βακτριανή[3]), carica, caunea, sarda, abellana, africana etc. quorum primum omnium maxime finitum est, quia a Pramno nihil denominatur praeter vinum, cetera cogitatione in duas et plures res trahi possunt, quanquam usus unum altero angustius determinavit. Velut θασία ῥαφανίς haud ignobilis fuit, sed nobilior θασία ἅλμη, quare hoc nomen facilius omitti potuit quam illud; Samus autem qua re maxime illustrata sit, navibus, quae Samaenae dicuntur, an placentis, quae Samiae, an vitibus an cretae fodinis[4]), controversum est et ex pluribus rebus, quas nomen καδμεία sive καδμία[5]) comprehendit, quaenam quoque loco denotetur, tantummodo ex sermonis continuatione perspici poterit. Animalia vero non solum a patria, sed frequentius a specie corporis naturaeque indole nomen sortiri solent, αἰγόκερως, δασύπους, λέπαργος Nic. Th. 359. μελαγκόρυφος, ὀξύρυγχος, συνόδους (dentex), χρύσοφρυς, φοινικόπτερος, αἱμόῤῥους, δρομάς (dromas) Steph. s. Ἄυαρα, platea, seu platalea, varia, cassita, orata, cornuta, sanguisuga, ossifraga etc. plantae a diis hominibusque aut a loco natali aut a formae effectusque proprietate, ἀρτεμισία, γεντιανή[6]), ἡρακλεία, κιρκαία, νυμφαία, κηπαία, μηδική, γλυκεῖα[7]), pole-

---

2) Ναξίας καὶ τοῦ πρὸς αὐτὴν ἀκονηθέντος τὸ ἀπότριμμα Dioscor. Eup. II. 61, 272.

3) Βακτριανὰς αὐτὰς (camelos) καλοῦσιν εἰκότως ὅτι ἐν Βάκτροις ἐγένοντο Geopp. XVI. 22, 6. Camelum bactrinum appellat Appulejus, sed Graeci absolute βακτριανήν dixisse videntur.

4) V. Hesych. s. Σαμία.

5) Sic in Dioscoridis et Alexandri Trall. libris fere constanter scribitur, καδμεία saepe apud Galenum ceterosque materiae medicae auctores.

6) Poeticam formam γεντιάς, qua Andromachus utitur ap. Galen. de Antid. I. 6, 41. T. XIV. Lexicographi praetermittunt.

7) Γλυκεῖα ἡ γλυκύῤῥιζος Hesych. quae vulgo γλυκύῤῥιζα, elegantius sed minus significanter ἡ γλυκεῖα ῥίζα dicitur Paul. Aeg. VII. 14, 227. ut λευκὴ ἄκανθος pro λευκάκανθος, et genere neutro γλυκύῤῥιζον, ut μελάνδρυον, ἐλαιότρυγον, λινόσπερμον, ἀνδρόσαιμον, equisetum, μυόσωτον, auricula murina, quae et μυοσώτη vocatur Paul. VII. 248. myosota.

monia, blattaria, canaria, parietaria, quod qui cognitum habeant, etsi animal plantamve ignorent, tamen genus rerum suspicione attingent, velificante praesertim genere animantium masculino, plantarum feminino. Et vero in hoc numero vocabulorum, quae natura sua multis conveniunt rebus, sed nuncupantium arbitrio attribuuntur uni, haud pauca insunt quae generatim describi possint; primum ea, quae ad vestitum et ornatum corporis pertinent partim a locis, ubi fabricantur, pars a specie vel a materia, unde confiunt, appellata: *λακωνικαί, περσικαί, ἀργεῖαι* (Hesych.), *καρβάτιναι, σχισταί, περισχιδεῖς, ῥάδιαι (εὐμαρίδες), ἁπλαῖ*, gallicae, gallicnlae, sculponea, spartea, quorum intellectum quodammodo adjuvat numerus pluralis; nam pedulium, calceorum et crepidarum nomina pleraque pluralia sunt, *ἀμβρακίδες, ἀναξυρίδες, ἀσκέραι, βαυκίδες, δειπνιάδες, ἐνδρομίδες, νοσσίδες, πηλοπατίδες, περιβαρίδες*, semiplotia id est *ἡμιβλαύτια*[8]) etc. tum vestium vocabula *ἀκταία* v. Aglaoph. p. 1022. *σκυτίνη*, scortea, *μηλωτή, καμελωτή*[9]), *σχιστός, στατός, κροκωτός* (crocota), *μυωτός* (soriculata?), *χορταῖος*, bardaicus, canusina, storea, mollicina, regilla, quorum nonnulla ab adjectivorum significatione in totum alienata sunt, quod et aliis accidit multis, *σπειραία*, blattea, strumea, serpentaria, quae natura adjectiva esse nemo dubitat. Secundo nomina viarum *πλατεῖα, στενωπός, λεωφόρος, ἀμφιτρής*[10]), *strata, posterula, καταῤῥάκτη* sive *καταῤῥακτή* cataracta, postica; eaque quae, quum ab initio nomen *στέγη* vel simile adjunctum habuissent, progressu tem-

8) Moschopulus Sched. p. 193. *εἴδη ὑποδημάτων, σκυθικαί, ἀργεῖαι, ἡ καρπατίνη ἀπὸ καρῶν* (scr. *Καρπαθίων*) *ἡ θετταλίς* etc.

9) Significat vestem *ἀπὸ τριχῶν καμήλου*, non *δοράν*, quod Lexicographi adscribunt tanquam supplementum.

10) Eur. Cycl. 707. *δι' ἀμφιτρῆτος τῆςδε προςβαίνων*, interpretes intelligunt *πέτρας*, fere ut nomen topicum *Pertusa* accipitur v. Wesseling. ad Itin. p. 45. Montem *Τρητόν* nominatum ita *ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος* memorat Diodorus IV. 11. *ὁ Τρητός — ἀκρωτήριόν ἐστι τετρημένον* Anon. Stad. M. M. 320. p. 497. T. II. ed. Gail. In Euripidis loco Is. Vossius ad Mel. I. 4, 4. codicem Flor. *δι' ἀμφιτρῶγος* praebere narrat, de quo nihil dicit Matthiae.

poris vinculum remiserunt, *βασιλεία*, regia[11]), *βασιλική*, basilica, *γυμνάς* id est *γυμνάσιον* v. Salmas. ad Capitol. Max. et Balb. p. 267. a. *σχοινιαία* (ut medicina), *γυναικηΐη*, *εἱρκτή*, *κρυπτή*, *κοίλη*, apud Graecos novitios *τροπική*, curvula v. Reisk. ad Const. Porph. p. 650. apud antiquissimos *αἴθουσα*, sive *αἰθοῦσσα*, cui proximum est *Ξεινοῦσσαι ξενῶνες* Hesych. Tertio partium corporis *ἡ ὑστέρα*, *ἡ ἀραία*, *ἡ ἀγκύλη*, ancale (poples, armus) *ἡ ὑπερῴα* aliaque in Dissert. IV. §. 5. allata; quarto morborum *λήθαργος*, *κυνάνθρωπος* sive *λυκάνθρωπος*, *ὑδροφόβος*[12]), *ὑδροκέφαλος* (si modo masculine dicitur) quae omnia ab hominibus traducta sunt, *χορδαψός*[13]), *ὀστοκόπος* (ostocopus) Galen. de Sanit. tuend. III. 5, 194. T. VI. quod adjectivum esse arguit accentus, praetereaque *κεφαλαία*, *ἀγκύλη*, ac fortasse *λυσίγυια*[14]). Ad ul-

---

11) Herodian. IV. 13, 7. Lexicographi hanc significationem praetereunt.

12) Altera forma *ὁ ὑδροφόβας*, quam Schweighaueserus ad Arrian. Dissert. IV. 4, 20. analogiae contrariam putavit, exemplis confirmata est ad Aj. p. 293. sq. quibus adde *ξυγγονής* Hipp. Prorrh. 197. T. I. corruptum fortasse ut *νεογονής*, quod olim legebatur Diod. II. 50. *εὐτροφής* Hipp. de Dentit. p. 484. T. I. *ἑτερορρόπης* de Vict. Ac. p. 77. T. II. quorum nihil praesto, nedum *ὁδὸς εὐροής* Aretae. de Sign. Diut. II. 2, 131. pro quo *εὔπορος* requiritur.

13) Proparoxytonum est in codd. Aretaei de Sign. Ac. II. 6, 45. sed vulgo oxytonon Galen. de Locc. Aff. V. 3, 388. T. VIII. Hesych. et in locis medicorum, quos Foesius p. 684. et Bernardus ad Nonn. c. CLXXI. 53. indicarunt, quem accentum Arcadius p. 85. hyperdisyllabis praescribit *καλυψός*, *κινδαψός*, *χορδαψός*. Addere poterat *μυρεψός* et *χεραψός* Etym. M. 219, 49. nisi error est pro *χορδαψός*. *Λύκαψος* quomodo scribendum sit, parum constat, sed *σκυλόδεψος* canoni aperte repugnat. Ceterum *χορδαψός* unicum est a futuro compositum.

14) Lexicographi *κωλική* afferunt tanquam morbi nomen; equidem non reperi nisi cum substantivo conjunctum *κωλική* sive *κωλιακὴ διάθεσις* Galen. adscr. Introd. XIII. 128. T. XIV. Nonn. CLXX. aut *κωλική* solum de medicamento, ut *πταρμική* Diosc. Eup. I. c. 150. *ὠτική* Galen. de Comp. Med. p. Locc. III. 1, 624. *colice*, *stomatice*. Sed morborum nomina adjectiva sunt *intercus*, *querquera*, *vomica*; *ῥυσά ἡ μάρανσις*, *ἡ γήρασις· λέγεται καὶ ῥυσή* Suid. fortasse ut *λεύκη* vitiligo v. Interpp. ad Greg. p. 517. *νοῦσος ἡ λεγομένη αὐαντή* Hippocr. de Morb. II. 281. T. II. Sed

timum navigiorum, *σχεδία, ἡμιολία*, Alata, dicrota. His vero nominibus, quae quia complura ab uno pendent substantivo unistirpia vocari licet, subjungi oportet, quae singula singulis attributa sunt rebus; *λαίβα ἀσπίς, πέλτη* Hesych. id est *laeva*, cujus synonymum Romani verterunt in substantivum *scaeva*[15]), *μειλίγη, καμπύλη, λινέα* linea, *κηρίνη*, cui respondent latina cereus, sebaceus, funalis; *κτίλος, μάρμαρος, σείριος, πέπων, κατάδουπος* (cataracta) *πρόδρομος* (vinum) *μαζονόμος, τραπεζοφόρος, ἄδορος*, sirpea, vara, triplices, pugillares, quae quum multas res significare possint, catexochen tribuuntur uni. Tum locorum et aedificiorum urbicorum nomina domestica, *ὁ κεραμεικός, ἡ βασίλειος, ἡ ποικίλη, Flaminia, trigemina, novae, veteres*, quae separatim et ex se considerata quid significent, nemo conjicere potest grammatice doctus, non magis quam si Arcadum senatus dicitur *οἱ μύριοι*, doctorum salarium annuum *αἱ μύριαι*, nisi hoc ipsum alicubi traditum legerit; sed volucris, triremis, quorsum pertineant, res loquitur ipsa. Eaque nobis causa fuit, cur ellipsium duo constitueremus genera, naturale et positivum, suis utrumque gradibus distinctum.

§. 2.

Naturalia igitur epitheta, quia proprias cujusque rei notas continent, per se ipsa consistere possunt, impositicia vero aut plurimis aut certe plus uni conveniunt substantiae, sic ut

---

ὑδεροῦς jam Foesio suspectum fuit, nec satis fidei habet *περιπνεύμων* et *περιπνεύμονος* pro *περιπνευμονία* scriptum in Stephani Schol. Hipp. T. I. 172.

15) Hesychii verbis obscurissimis *Σκανα . . . ντα ἐπιχαλκ . . . παρὰ Σώφρονι* (Fragm. CCXXII.) *σκανὰς πορεύσῃ ἐν τῇ ἀσπίδι*, certum est significari scutum, *ἀσπὶς ἐπίχαλκος* Arist. Vesp. 18. quae absolute vocatur *ἡ ἐπίχαλκος* Poll. X. 144. *Σκανός* autem et *σκαιός* idem esse, alibi ostendi. Itaque ille *σκανᾶς μετὰ ἐπιχάλκου πορεύσῃ* dixisse videtur pro *ἐν ἀσπίδι πορεύσῃ*, fortasse de amatore ad desperationem adducto, qualis est Aeschines Theocriteus Id. XIV. iturus aliquo, ut Plautino verbo utar, *latrocinatum aut in Asiam aut in Ciliciam, ὡς Σῖμος ὁ τᾶς Ἐπιχάλκω ἐρασθείς* v. 53. ubi Scholiastes *ἐπίχαλκον ἀσπίδα* intelligi vult, ductus fortasse illo Sophronis loco.

intelligi nisi ex adjunctis nequeant. Quis enim *καλλιώνυμος* quid rei sit divinabit, quod nomen cum re significata nihil conjuncti habet, sed euphemismi causa pisci impositum est, qui vulgo *ἁλὸς αἰδοῖον* vocatur. Ac ne illa quidem, quae ad unam eandemque quasi familiam pertinent, ob id ambiguitate carent; nam *ἁπλαῖ* non soleae modo dicuntur, sed et pisces plani, qui ob speciem *σανδάλια*, soleae, platessae[16]), appellati sunt; *κηπαία* plantam et januam significat, *πλατεῖα* nonnunquam volam, et sic item alia. Sed est aliud genus adjectivorum, quorum ipsa forma, quorsum referenda sint, indicium praebet. Principio vocabula edulium *οἰνοῦττα*, *μελιτοῦττα*, *ἀλλᾶς*, *πυραμοῦς*, *σησαμοῦς*, *σησαμῆ*, *φακῆ* (fabacia), quae terminationes propriae sunt metusiaslicorum, sed altera communicatur cum topicis: *Σχοινοῦς*, *Φοινικοῦς*, *Πλατανιστοῦς*, *Ἐλαιοῦς*, *Ἐλαιοῦσσα*, *Μελιτοῦσσα*, eosque terminos perpauca excedunt, *οἰνοῦττα* et *πιτυοῦσσα*[17]) herbarum nomina, atque *προςωποῦττα* vasculi; nam *παιδοῦσσα* et *τεκοῦσσα* a communi consuetudine abhorrent. Secundo pellium *ἀρκτῆ*, *παρδαλῆ*, *νεβρῆ*, *αἰγῆ*, *μοσχῆ*, quae nusquam alio quam ad substantivum *δορά* referri possunt, vulgo omitti solitum, quia haec pars corporis et prima adspectu et ad usum appositissima est; communia autem epitheta formam non contractam retinent: *σίσυρνα λεοντεία* Aesch. Fr. CI. *λύκειος δορά* Eur. Rhes. 208. *ἀμνεία χλαῖνα* Theocr. XXIV. 61. *ὄνυχες λεόντειοι* Plut. V. Demetr. XXVII. *αἴγειον κέρας* Athen. p. 200. E. *αἰγείοις δέρμασι* Euseb. adv. Marcell. I. 14. A. *ἄρνειος* (sic) *καὶ ἄρκειος πνεύμων* Diosc. Mat. II. 40, 183. *κύνειος δορά*

---

16) Id est *πλατόεσσαι* ut *γλυκόεις* lucuns. Plautus Rud. II. 1, 9. *placusias* appellat nomine a *πλακοῦς* ducto ut Acheruns, acherusius.

17) Arcadius p. 97. *τὰ εἰς ουσα εἰ δύο σ ἔχοιεν, προπερισπῶνται Πιτυοῦσα, Ῥοδιοῦσα, ὀνόματα νήσων, πλὴν τοῦ Ἔμπουσα, Συράκουσα*, quo refellitur vulgata scriptura *πιτυοῦσα* Dioscor. Mat. IV. 163. (166.) 636. Galen. adscr. Introd. XIV. 760. et *πιτύουσα* Paul. Aeg. VII. 250. accentu retracto ut *Μελίτουσα*, *Κοτίνουσα*, *παίδουσα* Suid. ac Latini quoque Pityusa, Arginusae. Rarius eadem nomina ττ recipiunt, *ἐκ Μυῤῥινούττης* Steph. s. *Μυῤῥινοῦς* v. Interpp. ad h. l. et Boeckh. in Corp. Inscr. N. 2270.

Suid. et eodem modo ἄφοδος κυνεία[18]), χολὴ ταυρεία ἢ ἀρκεία, πυτία νεβρεία, κύστις αἰγεία, στέαρ ἀλωπέκειον Galen. Antid. II. 9, 157. 14, 183. Eup. I. 3, 331. II. 2, 401. multisque aliis locis, quorum nullus formam contractam cum substantivo junctam exhibet praeter Athen. V. 199. A. ἀσκὸς ἐκ παρδαλῶν δερμάτων ἐῤῥαμμένος, ubi cod. Ep. παρδάλεων praebet vero propius; sed interdum non contracta absolute posita reperitur κυνεία λευκή Galen. Eup. I. 9, 361. III. 517. T. XIV. λυκείαν ἐπιτίθεται Polyb. VI. 22, 3. ἀπέδειρε πᾶσαν τὴν ἀνθρωπηΐην Herodo. V. 25.[19]) τὴν ὀνείαν ἐκδείρας Babrias Suidae s. Ὀνεία, τὴν λεοντείαν περιεβάλλετο Id. s. Λεοντεία. Haec igitur adjectiva, quae quid quoque in loco significent, tantummodo ex continentibus perspici potest, epitheta defectiva dixerim, hoc est, a complexu substantivi

---

18) *Crocodilea* Freundius in Lex. Lat. scripsit penultima correpta appositoque graeco κροκοδειλέα, quod Schneiderus ex Galen. de Med. Simpl. X. 29. affert. Verum id neque hoc loco legitur neque L. V. 18. sed κροκοδείλου κόπρον vocat ut Nonnus CCLXI. 295. aliique. Adjectivum feminine dicendum erat κροκοδειλεία, crocodilēa.

19) Ex hoc uno fonte hausit Pollux II. 5. Ceterum in ἀνθρωπηΐῃ, quod hic ἀνθρωπῇ scribit, Etym. M. 257, 47. ἀνθρωπή, consentiunt Herodoti codices, variant vero in ὠμοβοέῃ, ὠμοβοΐῃ, ὠμοβοείῃ VII. 91. ut et in κυνεῇ, κυνῇ, sed pluralia sibi constant, τὰς αἰγέας, τὰς ἀλωπεκέας, τὰς παρδαλέας καὶ λεοντέας. Ἀνθρωπή apud Suidan s. Σῦφαρ scribitur omniaque similia in libris posteriorum scriptorum acuuntur λεοντή, παρδαλή, nec minus κωλή, σησαμή, φακή, θυγατριδοὶ Liban. Decl. T. II. 533. θυγατριδῇ Appian. Civ. V. 74, 23. ut et ἀδελφιδῇ ante Bekkerum legebatur in Dem. c. Leoch. p. 1084, 22. et ἐρινά Aristot. H. An. V. 32. p. 557. 28. ubi parum expedit Schneideri commentatio T. III. 393. et legitur etiamnunc in Poll. VII. 143. ut κυανῇ Appian. Civ. V. c. 100. φοινικῇ Diosc. Mat. II. c. 207. et centena talia non ab errore scribentium profecta, sed ab haeresi eorum, qui ἀμυγδαλαί pronunciarunt ut καλαί Athen. II. 53. A. et neutra ἐρεᾶ, λινᾶ, τριπλᾶ ut καλά v. Phryn. App. p. 25. Anecd. p. 425. quam corruptelam quum satis antiquam esse ostendissem ad Phryn. 234. subridens legi Bernhardyi πομφολυγοπαφλάσματα Eratosth. p. 251. qui quod affert σίδηρος pro σιδήρεος, id illis dissimilimum ac ne infimo quidem Scholiastarum condonandum est. Pro κεραμέαν Dion. Cass. LXV. 3. nunquam dixi κεράμεαν scribendum esse, quod Sturzius mihi tribuit, sed illam scripturam atticam esse negavi.

sui avulsa; illa autem, quae ipsa specie sua determinantur atque ita quidem, ut si quis audiverit librum quendam περὶ λεοντῆς inscriptum esse, eodem vestigio pellis cogitatio subitura sit, pseudosubstantiva vel semisubstantiva vocari merentur. Duo autem hujus generis adjectiva transitione ad substantiva facta majorem formae mutationem subierunt ἰχθύα (nisi id ad denominationem pertinet) et ὤα sive ὄα ἀπὸ τῆς ὄϊος Poll. VII. 62. X. 180. Philemon. Gramm. §. 308. unde adjectivum οἰέα, οἰᾶ sive ᾠᾶ duci debebat, ὀεὰ μηλωτή Hesych. Tertio loco referam nomina arborum fructicumque, quae a fructibus, ut in novitiis quibusdam linguis, cognominari solent ἀμυγδαλῆ, συκῆ, ῥοδῆ, κιτρέα, μηλέα, μορέα, quorum duo postrema Eustathius p. 1963, 54. a μῆλον, μόρον, adjectivorum ritu derivata dicit; neque aliter sentio de κερασέα, καστανέα[20]), κοκκυγέα, κοκκυμηλέα, συκαμινέα, picea, laurea, vinea (vitis). Haud aeque liquet originatio nominum πτελέα, ἰτέα, ἀκτέα, sed si conjecturae locus, primum *patulam* significare videtur, quod et ulmi epitheton proprium Pers. Sat. III. 6. et commune arborum complurium. Hesychius Πτελέα — εἶδος δένδρου, et Πετήλας· τοὺς θαμνώδεις φοίνικας, unde et Nymphae Pteleae nomen ductum videtur Athen. III. 78. B. quod in codd. πεταλία scribitur, cognataque illis πτέλας, πατάνη, patera. Ἰτέα salix, quam Arcades ἑλίκην dixerunt, cum vieo, vimen, vitis (ἕλιξ) magnam similitudinem habet, ac breviorem formam asservavit Suidas Ἴτυς ἰτέα. Tertium ἀκτέα hoc modo in Luciani quodam versu scribitur, ἀκτέος in codd. Theophrasti H. Pl. III. 4, 2. et vitiosius τῆς ἀκτέος Galen. Eup. II. 17, 450. pro ἀκτέας, vulgo autem ἀκτή non solum in Theophrasti libris, ubi Schneiderus accentum inflexit, sicut est Paul. Aeg. V. 3, 162. et aliis locis, sed etiam Hipp. de Diaet. II. 688. T. I. de Nat. Mul. p. 541. T. II. de Mul. Morb. p. 878. Galen. Eup. II. 1, 393. etc. ut φακή, σησαμή, cui tonosi convenit adjectivum ἄκτινος, quod ἀκτέϊνος scri-

---

20) Ἀμυγδαλέας, κερασέας Geopp. III. 1. καστανέα, κερασέα III. 4, 2. ἀμυγδαλῆν, κερασέαν 13, 4. καστανεία Galen. de Temp. Med. IV. 8, 648. T. XI.

bendum erat ut ἰτέϊνος, πτελέϊνος, si ab ἀκτέα sive ἀκτῆ duceretur; quanquam λεύκινος apud Hesychium legitur s. Μασχαλᾶν et saepius κράνινος v. Tzschuck. ad Strab. XII. 197. pro λευκέϊνος, κρανέϊνος. Postremo cum substantivi accentu ἄκτη Paul. Aeg. VII. 3, 229. et 239. Galen. de Med. Simpl. Fac. VI. 21, 820. T. XI. quorum quodcunque probabitur, nomen a fragilitate ductum esse[21]) persuadet Bodaeus. Ac si quis adeo statuat de una stirpe duo extitisse paronyma substantivi generis, unum μηλίς, alterum μηλέα, et hoc quidem eodem modo figuratum quo γενεά, δωρεά, ἱρεά, cavea, vinea solea[22]), equidem me non interponam, sed illuc tamen magis propendeo, ex duobus adjectivis μήλινος et μήλεος (ut ῥόδινος et ῥόδεος) posterius uni generi feminino adstrictum proprieque arbori maliferae appositum esse, idemque a μηλίς tantum differre, quantum a νεβρίς νεβρῆ, ab αἰγίς αἰγῆ. Namque illis nominibus significantur amicula praecipue sacra divinaque, his quotidiana et domestica; neque satis distincte Pollux V. 16. λυκῆ ἡ τοῦ λύκου καὶ μοσχῆ, λεοντῆ, παρδαλῆ, κυνῆ· ἡ δὲ τῆς ἐλάφου νεβρίς ὡς τῆς αἰγός αἰγίς· distinctius vero Herodotus IV. 189. αἰγέας περιβάλλονται αἱ Λίβυσσαι· ἐκ δὲ τῶν αἰγέων τούτων αἰγίδας μετωνόμασαν, ex quo elucet, hac metonomasia non solum figuram eloquendi mutari sed sensum. De cetero arborum et pellium vocabula eatenus discrepant, quod haec praeter ἀρνέα (si Herodiano fides constat Philet. p. 445.) contrahuntur omnia, illorum alia aliam sequuntur regulam, μηλέα, συκῆ, quorum tamen accusativi, μηλέας, συκέας, apud Homerum pariter disyllabi sunt; nec legem servant posteriores: παρδαλέα Strab. XIII. 608. XV. 705. τραγέα Theophr. de Odor. 60, 753. συκέα Athen. VII.

---

21) Hesychius Ἰκτέα ἀκόντιον pro ἀκτέα, quod eodem modo interpretatur δόρυ, κάμαξ. Anecd. p. 375. ἔστι δένδρον ἀκτή, ἀφ᾽ οὗ τὰ ἀκόντια τέμνεται.

22) Aeolicum ὔλλαι τὰ πρὸς καττύμασι δέρματα apponit Hesychius; solea autem dicitur a *solus*, ὅλος, cujus neutrum *solum* idem est quod fulmentum. A bucca denominata est buccea i. q. ἔνθεσις, et fortasse buccina βυκάνη, quorum origo est βύω.

317. C. Galen. Eup. II. 3, 393. etc. [23]) Post tot autem exempla quis cunctabitur nomen arboris *κρανέα* repetere a fructu, qui *κράνος* vocatur? unde recta, ut dicitur, via proficiscitur adjectivum *κράνειος*, cujus femininum corneam sive corniferam significans, si pro substantivo valet, modo *κρανέα* scribitur Geopp. X. 87, 4. modo, ut hoc loco codd. exhibent, *κρανία* Hippocr. Mochl. p. 306. T. III. Galen. de Comp. Med. p. Locc. VI. 4, 921. T. XII. de Temp. Med. IV. 8, 648. T. XI. de Simpl. Med. VII. 46. p. 41. Paul. Aeg. VII. 3. 342. Dioscor. Mat. I. 172. ut *κερατέα* et *κερατία*, *κυδωνέα* (cotonea) et *κυδωνία* [24]), modo etiam substantivorum accentum accipit, *κράνεια προπαροξυτόνως τὸ φυτόν* Schol. Od. *K.* 242. quo accentu est apud Homerum, Theophrastum et Plut. V. Rom. c. XX. ubi Schaeferus perperam paroxytonum praefert [25]). Si vero hasta significatur cornea, nihil interest, utrum *κράνεια* scribatur metonymice ut *μελίη*, an *κρανεία*, quorum prius est in Anytae et Niciae Epigrammatis, alterum apud Suidan vulgatur: *κρανεία τὸ ἐκ κρανείας δόρυ.* Hesychius *κύρνα* interpretatur *κρανία* sive *κράνια*, ex quo apparet nominum *cornus*, *cornu*, *κέρας*, *κραναός*, cognatio, qua *κρανίον* quoque et localia *Κράνη* sive *Κρανίς* (Theophr.), *Κράνων*, *Κράνειον*, *Κράνιοι*, nisi dorica intercurrunt, contineri videntur. Sed cetera mutatae cum significatione formae exempla commodius tum redditūri videmur, ubi de accentus anabibasmo absolverimus, cujus mentio jam in proximis aliquoties injecta est.

---

23) Perrara sunt nomina in *ῆ*, quae neque pellem neque arborem significant, ut *κερδαλῆ* vulpes, *ἐχινῆ ἡ τραχεῖα* Arcad. p. 112, 4.

24) V. Niclas. ad Geopp. IV. 1, 12. *Συκία*, *μηλία* sive *μηλιά* saepius in codd. et in novitia Graecitate Athen. III. 82. C. Corais ad Heliod. p. 294. Similiter *Ἁγίας* et *Ἁγέας* v. Schweighaeuser. ad Athen. T. II. 85. *Μνασίας* et *Μνασέας* ad Polyb. XVII. 14, 3. *Φανέας* et *Φανίας* v. Ebert. Dissert. Sic. p. 78. *Πασέας* Plut. V. Arat. II. ut *Καλλέας*, *Χαβρέας*, *Νικέας* in lapidibus atticis, et saepius *Πασίας* ut *Κτησίας*, *Λυσίας*, *Ἐρυξίας* (et *Ἔρυξις* ut *Ἆγις*).

25) *Κρανείου θάμνος* Nonn. XXX. 228. et Hamadryas *Κράνειος* Athen. III. 78. nisi haec potius *Κράνεια* vocata est; *τῆς κρανείας* Eur. Phaeth. Fr. XI. Paus. III. 13, 3. Poll. V. 20. *αἱ κράνειαι* Orph. Arg. 913.

§. 3.

Communi igitur, quod inter omnes constat, lege sancitum est, ut adjectiva acuantur, graventur vero substantiva, sive personas significant, ἄβρα delicata, sive substantias, γογγύλη, ἑψάνη, κνῖσα, κορώνη (cf. χορώνη et χορωνός), κροκάλη v. Schneider. ad Orph. Arg. 186. κρύπτη, κύρτη, λάμπη [26]), λαπάρα, λόκη sive λόκκη (si id cum λοκκός aliqua cohaeret), πέζα, πέλλα, πέρκα sive πέρκη, πρύμνα, πύῤῥα, σίμη Sima (v. Hesych. s. Ἀπεσίμωσε), στεγάνη (si ita scripsit Phanias), στίλβη, στρέβλη, τέφρα, χαλάρα Hesych. ὤχρα, sive attributiones βράγχη, βρίμη, γαλήνη, ἔχθρα, θέρμη, κάκη, κραῦρα, λέπρα, λεύκη, λώβη, ὄρφνη, σπατάλη, φαλάκρα, ψύχρα, ψώρα. Tum masculina αἶθος [27]), ἀσφόδελος, βλέννος, βράγχος, γλαῦκος, γῦρος, δῖνος [28]), δόλιχος, ἔλεος, θέρμος, ἴλλος, κίλλος, κνῆκος, κέρχνος, κόμπος, κράδαλος, κύρτος, λάρος sive λᾶρος, μῦκος, μύλλος, μύρτος, μῶκος, ὄκνος, πέρκνος, ῥέμβος [29]), σάλος, σίφλος, στρίφνος, στρόβιλος, τάγγος (tancor), τέτανος, ὕβος, φάλος, χόνδρος, ψᾶρος, ψίθυρος, φρῖξος, ὦχρος. Tertii ordinis exempla sunt ζῶον, μνίον [30]), πόλιον [31]), σκόλιον, λέπυρον, κεφάλαιον, νόμαιον, ὅλκαιον, τρόπαιον [32]). Horum

---

26) Falso Passovius hoc pro λάπη accipit; femininum est nominis λαμπός, quod Arcadius a proprio Λάμπος accentu distinguit. Ceterum et hoc et στίλβη aliaque et substantiam significare possunt et proprietatem.

27) Etym. M. αἶθος ὁ αἴθων, αἰθός δὲ ὁ αἰθόμενος. Illud substantivum esse videtur, quod genere neutro dici solet.

28) Σάκος δινόν et ποταμὸς δινός Aristarchus Homero tribuit.

29) Galen. Gloss. p. 552. ῥέμβῆν πλάνην, accentu mendoso; sed videtur ῥεμβίην scripsisse.

30) Μνιός ὁ ἁπαλός Etym. M. 472, 44.

31) Τονοῦται καὶ πόλιον καὶ πολιόν· ἄμεινον δὲ τὸ πόλιον ἵνα μὴ ᾖ ὡς ἐπίθετον Schol. Nic. Th. 64.

32) Sic tamen adjectivum quoque scribitur Διὸς τρόπαιον βρέτας Eur. Phoenn. 1482. et contra Ζεὺς τροπαῖος Heracl. 867. qui est adjectivi vulgaris accentus; ὄγκαιον τὸ ὄγκιον, quod Eustathius p. 1809, 44. temere cum proprio Ὀγκαῖος confert, neque ipsum legitur neque adjectivum ὀγκαῖος. De topicis Διλύβαιον, Διλυβαῖος, Σκύλλαιον, Σκυλλαῖος, Ὀγκεῖον, Ὄγκειος saepius verbo admonet Stephanus, paulo fusius s. Κάναστρον.

igitur omnium adjectiva extant sed distinctio illa a multis abest. Photius Σπινός διὰ τοῦ ἑνός ν λέγουσι, procul dubio aviculam significans, quam Herodianus π. Μον. p. 40, 1. σπίνος vocari dicit, σφαῖρος *rotundus*, quod Scaliger σφαιρός scribit v. Sturz. ad Emped. p. 546. τάγγα κάρυα Paul. Aeg. VII. 20, 240. pro ταγγά IV. 4, 134. aliaque adjectiva ὕβος Hipp. Aphor. p. 755. T. III. ἴλλος Suid. et vicissim substantiva saepe adjectivorum accentu notantur: ταγγή struma, δολιχός cursus Anth. Pal. VII. n. 726. Plutarch. Praecc. Reip. VI. 150. Phil. de Sept. §. 11, 288. Athen. XIII. 570. D. v. Corais. ad Heliod. p. 82. Jacobs. ad Achill. p. 615. θερμός lupinus Galen. Eup. II. 2, 392. T. XIV. ὠχρός Poll. IV. 187. pro ὦχρος, quod nomen quum Buttmannus Gramm. II. 325. funditus rejiceret solum neutrum τὸ ὤχρος Graecis relinquens, non meminerat ὦχρος λευκός legi Paul. Sil. Epigr. IX. 4. τῷ ὤχρῳ Id. in Amb. v. 55. κακόεργον ὦχρον Andromach. ap. Galen. Eup. p. 35. T. XIV. aliaque hujus declinationis exempla v. Gregor. Carm. LXIII. p. 151. C. Tzetz. Hom. v. 367. quin praefertur neutri et feminino ὤχρα a Moeride ὦχρος ἀρσενικῶς καὶ βαρυτόνως ἀττικῶς, qui sine dubio de colore loquitur, non de legumine, sicut Philemo Techn. §. 322. p. 222. ubi ὦχρος properispomenôs scribi ait εἰς ἀποφυγὴν τοῦ ἐπιθέτου. Synonymum χλωρός χλωρίασις Erotian. p. 390. vel, ut Stephanus voluit, χλῶρος scribendum vel χλοιός ut γουνός, φλοιός, φοινός Nicand. Alex. 183. [33]) quanquam hoc Scholiastes adjectivum esse putat. Sed jam veteres in multis titubasse testatum faciunt discordes Grammaticorum sententiae. Velut ἀσφοδελὸς λειμών Trypho eodem accentu scripsit quo substantivum solet v. Eust. p. 1698, 28. Item in homerico versu Il. XXIV. 316. αἰετὸν ἧκε μόρφνον, θηρητῆρ᾽, ὃν καὶ περκνὸν καλέουσι, fuerunt qui μορφνόν scriberent et qui πέρκνον, quorum illud vulgo, hoc ab Aristarcho probatum est, qui εἶδος ἀετοῦ significari credidit, non colorem. Ex hoc autem ipso persaepe controversia nascitur,

33) Eustathius p. 93, 47. φλοιὸς ὀξύνεται, ἀποβαλὼν δὲ τὸ ι βαρύνεται v. Dissert. III. c. III. §. 8.

quod ex epithetis facta sunt agnomina, discrimine neque nullo neque ita expresso et eminenti, ut proprio quodam accentus flexu notandum videatur. Faciam id quod sentio exemplis clarius. Nomina propria Grammatici ab adjectivis distingui jubent barytonesi: *Βράγχος*, *Ἴλλος*, *Λεῦκος*, *Ῥοῖκος*, *Σῖμος*, *Φᾶνος* [34]), quod contra Arcadii praeceptum *Φανός* scribitur v. Lehrs. de Arist. p. 291. ut *Σμικρός* Conon. Narr. XXXIII. et alia nonnulla regulae contraria; de agnominibus nihil traditum inveni praeter illud Philoponi a Stephano editi, *πύλαιος* nomen proprium esse, *πυλαῖος* Mercurii epitheton, et contrarium Herodiani praeceptum Schol. Il. II. 842. Etym. M. 696, 50. *τοῦ Πύλαιος τὴν πρώτην ὀξυτονητέον πρὸς ἀντιδιαστολὴν τοῦ τοπικοῦ* [35]) *καὶ τὸν Ἑρμῆν τὸν Πύλαιον*, pro quo Lehrsius l. c. p. 307. *Πυλαῖος* scribendum putat sed Herodianus agnomini eundem accentum tribuere videtur atque proprio. Idem ille Philoponus: *Λήναιος vir*, *Ληναῖος Bacchus*; quorum prius properispomenon est in Theonis Epigr. III. p. 405. T. II. Anall. L. VII. n. 292. Anth. Pal., hoc vulgo retinet accentum adjectivi; neque ulla est distinctio similium; nam *Πετραῖος* et *Ὑλαῖος* Centaurorum nomina sunt, illud Neptuni cognomentum Schol. Apoll. III. 1244. Schol. Pind. P. IV. 246. qui et *κορυφαῖος* appellatur v. Pletho de Legg. in Aretini *Beytraege zur Gesch. und Litt.* T. VIII. 590. *Λιμναῖος* Polyb. XVIII. 17, 5. *Ἀγραῖος* Paus. et *Δαφναῖος* Diod. XIII. 86. andronymica sunt, sed illud etiam Liberi patris epitheton Athen. XI. 465. A. alterum et tertium Apollinis, qui et *Θυμβραῖος* vocatur Steph. s. h. v. sicut homo Trojanus apud Ho-

34) Nomen dei marini *Φόρκος*, quod quidam Latinum *Orcus* esse crediderunt v. Aglaoph. p. 864. nihil aliud interpretor nisi *φορκός*, aptum *ἁλὸς πολιᾶς* epitheton.

35) Hoc est ejus, unde Ceres *Πυλαία* cognominatur, non a *πύλῃ*. Illud Lexicographis nostris proparoxytonum est contra quam praecipit Arcadius p. 43, 13. *τὰ διὰ τοῦ λαιος προπερισπᾶται*, *ὑλαῖος*, *βουλαῖος*, *θηλαῖος* scrib. *ζηλαῖος*. Solemnium nomen *τὰ Πύλαια* scribitur Steph. ut *Λήναια* Athen. IV. 130. D. Adjectivum *πυλαῖος* fortasse non magis reperitur quam *ἀγραῖος*, *ἀκραῖος*, *ἀμφίβαιος*, *δαφναῖος*, *στροφαῖος*, quae sunt deorum epitheta.

merum, multaque alia deorum epitheta partim cum adjectivis congruunt Νικαῖος, Ἀγοραῖος, Πομπαῖος etc. partim cum topicis, Ὀγκαῖος Ἀπόλλων Eustath. p. 1809, 10. et Ὀγκαῖαι πύλαι Steph. Neque hujus solum terminationis accentus indiscretus est sed et aliarum; Ἑρμῆς φαιδρός et λευκός v. Schol. ad Lyc. 680. Ἀπόλλων πολιός Paus. IX. 12, 1. quae tamen suspecta est scriptura, Boeckhiusque σπόδιος corrigit in Corp. Inscr. Vol. I. p. 785. Ἀθηνᾶ ὀξυδερκής II. 24, 2. sed discrepat ψίθυρος Ἀφροδίτη καὶ ψίθυρος Ἑρμῆς Harpocr. Tum hominum cognomina Σεβαστός, Γερμανικός, Βιθυνικός Appian. Civ. IV. 84. Δημήτριος ὁ χλωρός Schol. Nic. Ther. 585. diversum a proprio χλῶρας Arcad. 69, 10. sed quum saepe epitheta pro propriis usurpentur quumque Aristodemus Cumanus a Diodoro Fragm. L. VII. nude vocetur Μάλακος v. Wesseling. p. 290. T. IV. nemo decernet rectiusne Μαλακός scribatur Athen. VI. 267. an Μαλθάκη XIII. 588. A. Secundo, quod Grammatici in nominibus hominum propriis ratum esse voluerunt, non temere ad topica transferri oportere Lehrsius l. c. p. 303. et exemplis demonstravit plurimis et rationem explicuit, quam ego Herodiani verbis reddam π. Μον. p. 17, 30. τὸ Γυρῇσι μὲν πρῶτα Ποσειδάων ἐπέλασσε πέτρῃσι — εἰ καὶ ἰδίως λέγεται, ἀλλ' ὅμως ἔχει τάξιν ἐπιθετικήν, quare etiam absolute vocantur Γυραί, sicut aliorum locorum vocabula Δολιχή, Ἱρή, Λευκή [36]), Αἰπύ. De animantium nominibus difficilis est disceptatio et propter paucitatem exemplorum et quia nullo a Grammaticis instructa sunt praecepto et maxime propterea quod nescitur, utrum qui iis usi sunt, propriorum loco esse voluerint an epithetorum. Aristoteles H. Ann. IX. 1. (609, 21.) et 18. τῶν ἐρωδιῶν, inquit, ἐστὶ τρία γένη, ὅ τε πέλλος καὶ ὁ λευκὸς καὶ ὁ ἀστερίας, quorum primum hoc loco substantivi prae se fert accentum, apud Antoninum vero Lib. c. VII. et Schol. Il. X. 274. πελλός scribitur, hoc impeditiore ad judicandum via, quod ne

36) Idae promontorium Φαλάκρα sive pluraliter Φαλάκραι scribitur Theophr. Hist. Pl. III. 17. (16.) 6. Schol. Lycophr. 24. Schol. Il. M. Φρίξαι plerique codd. Herodo. IV. 148.

adjectivum quidem sibi constat [37]); secundum *λευκός* eodem modo notatum in Philostr. Heroicc. XIX. 16, 746. Fluctuat accentus adjectivi *περκνός* v. Jacobs. ad Anth. T. IX. p. 163. de quo praecipere videtur Arcadius p. 62, 5. quum dicit adjectiva in *νος*, quae ante *ν* unam antistoecharum habeant, acui; hinc aquilae genus *περκνός* vocatur Aristot. Mirabb. c. LX. accipitris *πέρκος*, piscis *πέρκη*, accentu retracto sicut avis *πύῤῥα*, pisces *γλαῦκος*, *βλέννος*, *μύλλος*, *σκέπανος*, *σῖμος*, de quo nominatim praecipit Eustathius p. 906, 55. *σίμος* (sic) *μὲν ἰχθύς*, *σιμός δὲ τὸ ἐπίθετον*, eodemque modo Philoponus, sed *βλακός* scribitur apud Erotianum et pro *αἶολος* Athen. VII. 320. C. Eustathius p. 1644, 12. substituit *αἰόλος*, neque *λεπιδωτός* piscis nilotici nomen Herodo. II. 72. Plutarch. de Is. XVIII. 125. Athen. VII. 320. B. ab adjectivo distinguitur. Itaquè vocabuli homerici, unde disputatio nostra processit, accentus in lubrico; Grammatici *μορφνόν* interpretantur *σκοτεινόν* et ex *ὀρφνός* ortum esse volunt, idemque *μόρφος* sive *μορφός* scribitur in codd. Aristot. H. Ann. IX. 31, 1. et Lycophr. 838. omisso *ν* ut *περκός*, furvus et fortasse *ὄρφος* sive *ὀρφώς*. Sed adjectivi illius exemplum certum non suppetit; nam quod apud Hesiodum legitur *μορφνοῖο φλεγύαο*, fieri potest ut duo substantiva juncta sint exemplo homericorum *ἴρηξ κίρκος* Od. XIII. 87. *σῦς κάπρος* Il. V. 783. *δράκων ὄφις* Eur. Bacch. 1027. *ὄφιος δεινοῖο δράκοντος* Hesiod. Th. 321. *ὑπὸ δράκοντος τοῦ ὄφεως* Aristot. H. Ann. VIII. 20, 12. p. 602, 25. neque obstat verborum collocatio, de qua Schol. Il. XVII. 389. *ἔδει βοὸς ταύρου προτάσσειν τὸ γενικὸν τοῦ εἰδικοῦ* (ut urbs Roma, flumen Rhe-

---

37) *Πέλη* Thessaliae urbs a Stephano memoratur. Pella Macedoniae ita nominata dicitur *ὅτι βοῦς αὐτὴν εὗρε πέλλη* Etym. M. 659, 38. In Sophoclis Amphiar. Fr. VI. *κυνὸς πέλης τε μηκάδος βοὸς ῥίνον*, quo trittya significari videtur diis inferis psychagogorum ritu oblata, fortasse scribendum *βοῦ τ᾽ ἄῤῥενος* sive *ἄρσενος*, si quidem Sophocles genitivo *βοῦ* alibi usus esse dicitur. Reiskius ad Constant. p. 460. *penula* pro *pellula* dici existimat, nec dubia est nominum *πελλός* pullus, et pellis unde *πελλοῤῥάφος* cognatio, quam confirmant *lorum*, *lura* et *luridus* id est *πελλός*, *πελιός*.

num) ὡς Ιλ. Β. 480. ἔστι δὲ ἀττικὸν οὕτω συντάττειν· ac ne accentus quidem, qui idem est in nomine μερμνός. Philoponus Stephani Ὄκνος *pigritia*, ὀκνός *piger*, nescio unde adjectivum expiscatus, nisi forte ex áviculae nomine, quod paroxytonum est apud Aelianum, eundemque tenorem in Aristot. H. Ann. IX. 17. (18.) 1. nuper ex aliquot codd. recepit; quem qui ad ultimam removerunt syllabam, sine dubio id quod usu appellativum esset, ortu adjectivum esse crediderunt. Ac similiter Ὄκνος ille, quem Polygnotus pinxit, a Plinio *Piger* dicitur non *Pigror*, etsi nihil obstat, quominus homo piger ipso vitii nomine appelletur *pigror*, eo genere metonymiae, quod Thomas M. designat: φλήναφος καὶ ἡ φλυαρία καὶ ὁ φλυαρῶν ὥσπερ λῆρος καὶ ἡ ληρῳδία καὶ ὁ ληρῶν, et alio loco λέμφος ἡ κόρυζα καὶ ἀρσενικῶς ὁ κορυζώδης, quibus similia sunt ἰξός, ὄλεθρος, φόνος [38]), λιμός, λοιμός, μῖμος [39]), φθόρος, φλύαρος [40]). Ita quod apud Suidan legitur μῶκος ὁ χλευαστής, in certamen venit utrum accentus sit immutatus sicut Aristot. H. Ann. I. 9. in nonnullis codd. μώκου καὶ εἴρωνος scriptum est, an cavillator aliquando sit appellatus μῶκος cavillatio; nec facile decernas, ubi homo perniciosus proprie φθορός [41]) dicatur ut ἄνθρωποι ἀσελγεῖς καὶ φθοροί Liban. Decl. T. III. 390. an tropice φθόρος, quum praesertim ὄλεθρος, cujus accentus magis cum substantivis βόθρος, λύθρος, quam cum adjectivis βλωθρός, νω-

---

38) Hoc tamen sic accipi potest ut *carcer* pro carcere dignus sive βάραθρος, quod parum apte cum superioribus componitur, quippe a neutro denominatum ut a φάρμακον φαρμακός, sed accentu eodem; qui saepe mutatur cum genere: τὸ βλέννος, ὁ βλεννός, τὸ σκνῖφος, ὁ σκνιφός, τὸ αἶθος, ὁ αἰθός, τὸ μύσος, ὁ μυσός, τὸ κῦφος, ὁ κυφός, τὸ κάρος, ὁ καρός i. e. κωφός, τὸ θάμβος, ὁ θαμβός Eustath. p. 906, 55.

39) Sic φλύαξ scurra dicitur et lusus scurrilis, γρύλλος saltator Anecd. p. 33. (nisi potius γρυλλός scribendum) et saltatio. Num forte Alexandrini grallatores sive γυπῶνας sic vocarunt?

40) Φλυαρὸς λόγος Plutarch. de Superst. VIII. 74. T. VIII. codd. φλύαρος. Pollux VI. 202. θρηνωδὸς ὂν καὶ θρῆνον ἐκάλουν. Philoponus: Κομπός superbus, κόμπος stridor.

41) Verbalia hujusmodi ὁλκός, τορός etc. ab hac quaestione aliena.

θρός, σαθρός, σκυθρός, σχεθρός congruit, eandem habeat significationem. Hoc igitur tropo accentus non magis mutatur, quam si homo ebriosus *κώθων, κοτύλη, χώνη*, plagosus *πίτυλος* (Phot.) laboriosus *μόχθος*, ut Apio, cognominatur. Verum praeter haec vocabula, quorum in tonosi convenientia aut a librariorum profecta videtur incuria aut rationibus excusatur iis, quas modo explicuimus, reperiuntur homotona, quorum causa nulla reddi potest, partim barytona: *αἴθαλος, δάπανος; κόλυμβος, κτίλος, λεῖος, ὄγκος, πύρσος, σίαλος, γρώνη, κράμβη, μάργη*, partim oxytona, *ἀμολγός, γλοιός, ἰξός, καναχός, λοιγός, λαιμός, τινθός, φανός, χαμός, ζωή, λιτή, φανή, ῥαμφή*, si hoc cum adjectivo *ῥαμφός* et neutro *ῥάμφος* conjunctum est; sunt etiam, quae veteres ipsi nesciverunt quomodo scribenda sint, *λίσπη τῷ τόνῳ ὡς κίστη, Ἀπολλώδωρος δὲ ὀξύνει* Schol. Arist. Ran. 849. Anecd. p. 50. Ex vocabulis generis neutrius exempli causa apponam *ἀναγκαῖον* (carcer), *ἀρχαῖον* (caput), *ἑανόν, γλύφανον*. Nec Romanis licuit substantiva et adjectiva discernere *aquila, arva, arbustum, calva, galbanum, galbula, gibba, gibber* (*ὕβος*), *sibilus, surrus (?), truncus* (*τρέγχος* Hesych.), *uncus, uncinus*. Jamjam enumeratis accentus propter significationem mutati exemplis, quibus re accuratius explorata consultisque libris emendate scriptis alia accedent alia decedent, sequitur ut ceteras substantivorum et adjectivorum distinctiones exsequamur. Eae autem sunt numero paucae, specie variae, cognitu faciles; primum contractio *ἄγονος ἄγνος* v. Niclas. ad Geopp. II. 4, 1.[42]) *δίφορος δίφρος, θαμινός θάμνος, πύρνος* sive *πύρνον, νήτη* pro *νεάτη*, quod Photius praefert, aut contractionis intermissio *διπλόη, μηλέα, τελαμών*, aut motio compositorum *ἡμίκραιρα*, quod Eustathius p. 1127, 35. cum *βόες ὀρθόκραιραι* componit, pro *νόσος ἡμίκραιρος*, et huic simile *Μελάγκραιρα* Aristot. Mirab. c. XCV. postremo *ἡ μελίκηρα* Arist. H. Ann. V. 15. Athen. III. 88. D. quod minus recte *μελικηρα* scribitur; aut alia quaedam formae mutatio *ἤπειρος*,

---

42) *Νεόγονος* Pollux II. 8. ionicum esse tradit pro *νεογνός*.

νειός[43]), Εὔξεινος, τένων, μαλάχη, πέλτη (a πάλλω). Illa vero cum motione conjuncta quantitatis imminutio, cujus exemplum praebet ἡμίκραιρα, simplicibus quoque adhibetur στειρά στεῖρα, πελεία πέλεια (quod nomen Gaza scite reddit *livia*), γραία γραῖα, κραυρά κραῦρα. Altera distinctionis ratio posita est in declinatione, quo nomina propria distinguuntur a participiis. Itaque unum planetarum Φαίνωνα, latine Phaenona, dixerunt, alium στίλβωνα Plutarch. de Anim. Procr. XXXII. 327. T. XIII. de Def. Orac. XXXVI. 358. T. IX. sed tertium quendam Φαέθοντα. Neque in illis sibi constant; τοῦ φαίνοντος legitur per omnes codd. Aristot. de Mund. II. 392. Bekk. et ex Platonis Epinom. p. 987. C., ubi pari consensu Φαίνωνα scribitur, Plutarchus de Placitt. II. c. 15. et 16. Φαίνοντα affert et Στίλβοντα, quo Manetho utitur V. 72. omisso nomine quod ex contextu et continuatione sermonis patescit ut οὔτ' ἑῷος οὔθ' ἕσπερος οὕτω καλός Aristot. Nicom. V. 1. p. 1129, 28. Στίλβονα mendose Stobaeus Ecl. I. 25, 516. Eademque est in nominibus hominum propriis fluctuatio, de qua pauca dixi in Aglaophamo T. I. 733. [44]) Verum de simplicibus longior sermo restat.

---

43) Nicand. Ther. 570. χιλοὶ ὅτε χλοάουσι, νέον δ' ἀπεχεύατο ποίην, quo loco Bernhardy Synt. p. 417. Adn. 65. inauditam comminiscitur numerorum enallagen, νέον non est nuper sed novale νειόν. Ac fortasse ἐπεχεύατο scribendum, *quum novalia sibi herbam induunt.*

44) Usitatissima sunt simplicia Βρέμοντα Quint. Cal. XI. 41. Θέοντα Aelian. H. Ann. XI. 13. Μένοντα Quint. X. 118. Ἀρήγοντος Strab. VIII. 343. Θρασύνοντος Hippocr. Prorrh. I. 172. T. I. et in Inscriptionibus graecis latinisque Κρατύνοντος Boeckh. T. I. N. 199. Σώζοντι N. 244. *Spendonti* Murator. N. 1003, 6. *Auxanonti* N. 784, 8. etc. quod genus est homericum Μέδοντα, nec pauca cum praepositionibus composita: Παραβάλλοντι Paus. V. 6, 2. Συμφέροντι Boeckh. N. 266. *Anatellonti* Murat. N. 1583, 12. etc. Sed nominum modo declinantur Φέρωνα Quint. II. 238. Μέλλωνα Xenoph. Hell. IV. 4, 5. (alii Μέλωνα) Πείθωνος Arrian. Al. VI. 6, 1. Μένωνος multis locis et Παρμένωνος, quod et Παρμένοντος scribitur v. Schaefer. ad Dem. App. T. IV. 521. quorum difficilis ob paronymorum similitudinem dijudicatio. Theognostus Anecd. Cram. II. 33, 20. τὰ εἰς ων μὴ ὄντα μετοχικὰ διὰ τοῦ ω γράφεται (κλίνεται) Τελέσσων Τελέσσωνος· τὸ δὲ Ὑψίζων ὄνομα ποταμοῦ ὡς μετοχικὸν διὰ

§. 4.

Nimirum igitur quaeritur, suasne utrumque genus nominum et proprias radices habeat an unum ex altero procreaverit, substantiva ex adjectivis an contra. Quod ut ordine explicetur, primum de verbalibus exponam, quae in substantivorum similitudinem incurrunt, tum paronymorum flexus et varietates, quoad scitu opus videbitur, pertractabo. Nomen *οἱ χυτοί*, ubi pro *χώματα* dicitur, nemo erit quin adjectivum esse confiteatur pariter ut latinum *fossa*. Item *βλαστός, ἱστός, κεστός, οἰστός* v. Etym. M. p. 620, 8.[45]) *Γαπτός κλάσμα* Hesych. *μορτός, κρότος, παστός, ῥάκτος, ξυστός, σειστός*[46]), *στρεπτός, σκηπτός, στατός*[47]), *φρυκτός*, etsi nonnullorum ipsa themata (*βλάω, σκήπω* etc.) evanuerunt, tamen quin e participialibus conversa sint, hoc minus dubitationis est, quod multorum extant neutra, *βλαστόν, στρεπτόν, παλτόν, σκᾶπτον*, xystum. Ac *φόρτος* quoque sola vocalis trope (nam accentus rationem hic nullam duco) distinguitur ab eo, quod est *φερτός*. Sed eadem hac terminatione ea quoque utuntur, quae aut a nullo verbo commode repeti possunt, ut *μόνος* sive

---

τοῦ ντ. Illud rectius *Τελέσων* scribitur Anth. Pal. VI. n. 35. in *ωνος* declinatum ut *Λύσων* Paus. I. 3, 4. *Ἀλέξων* Polyb. I. 43, 4. *Κτήσων* Athen. I. 16. F. *Βρύσων* Arist. Soph. El. c. XI. *Βλύσων* Diog. VIII. 1. *Κλήσων, Παύσων* omniaque his similia; de *Τελέσας, Τελέσαντος* Athen. V. 220. B. merito dubitatur. Cum aliis orationis partibus composita participiorum modo declinantur *Πολυτρέπων* Lucian. Conviv. §. 20. *Πολυσπέρχων* etc.

45) Consimilis nominis ellipsin habent *φαλαρικά* Hesych. i. e. falarica, *ὁ λιθοβόλος* Athen. V. 208. C. *ὁ πυρφόρος* (malleolus) *ὀξυβελής*, quod Homerus cum *ὀϊστός* conjungit, Diodorus autem non semel, ut Schneiderus ait ad Vitruv. T. III. 338. sed saepius cum *καταπέλτης* L. XVII. 24. et 85.

46) *Σειστός, κόσμος γυναικεῖος* Moschop. Sched. p. 8. *Ἀνάδετος, κόσμος γυναικεῖος ὃς καὶ ἀναδέσμη λέγεται* Philem. Gramm. §. 33, 245.

47) Pro *στατὸς χιτών*. Hesychii glossa *Στάτος* (*στατός*) *σκάφη* pertinet ad *σκαφηφορίαν* opificum, de quibus est Sophoclis versus, *ὁ χειρώναξ λεώς, οἳ τὴν Διὸς - Ἐργάνην στατοῖς λίκνοισι προστρέπεσθε*. Idem *Στατή κάρδοπος*, quod nomen Apostolius Albertii ad Hesych. s. *Καρδόπιον* interpretatur *σκάφην*.

μοτός, χόρτος, πρωκτός, γλουτός, ἀγοστός, μάστος, οἶκτος, nisi hoc ab *οἴζω*, antecedens a *μάω*, unde *μᾶ* et *μάμμη*, repetere placet; aut a verbo quidem originem sed diversam adjectivo significationem habent ut *κοῖτος*, *οἶτος*, *φοῖτος* (utrumque ab *ἴω* v. ad Aj. v. 896.) *νόστος*, quod Suidas a *νέομαι* ducit, *ῥυτός*, de quo v. Wesseling. ad Diod. XX. 60. p. 468. Postremo *hic suggestus*, *fluxus*, *luxus*, *repulsus*, *offensus*, etsi a verbis propagata sunt, tamen declinatu distant ab adjectivis; feminini vero generis substantiva, *accessa*, (nisi hoc dicitur adjective ut sol occasus) *defensa*, *offensa*, *repulsa* aliaque in Aglaoph. T. II. 1074. allata, si formam intuemur, nihil discrepant a participiis, at significationem longe aliam habent; quare pro substantivis valent perinde ac masculina *repulsus*, *offensus*, a quibus hoc unum differunt, quod proprie dicuntur, illa per translationem. Sed cum adjectivorum et forma et potestate ad amussim congruunt *strata* v. Muratori ad Paullin. Natal. XII. 375. *inserta*, *voluta*, *tonsa*, *collecta*, *prosecta*, *deducta*, *expensa*, *fossa* [48]), ac si casus tulisset ut pro *ταφρὸς ὀρυκτή*, quo Homerus uti solet, neque abstinuit Xenophon, uno verbo diceretur *ὀρυκτή*, quemadmodum *κεστός*, *ναύλοχος*, *ῥόθιος*, *προβλής*, *πατρίς*, *τρήρων*, quibus ille substantiva adjungit, postea pro substantivis usurpata sunt, num igitur illud, quia appellativi vim obtinuit, adjectivorum numero excludi par videretur? Equidem illud eodem jure esse puto, quo *χυτός* si pro *χῶμα* ponitur, idque confirmo exemplo substantivorum *δεξαμενή*, *εἱαμενή* (*ἥμενος χῶρος* Theocr. XIII. 40.), *ἀγόμεναι* et similium v. ad Phryn. p. 322. de quorum ortu inter omnes fere convenit. Verum id accuratius explanandum est et exemplis pluribus. Nominum *λεπαστή* (lepista) sive ut alii scribebant *λεπάστη* Athen. XI. 484. F. *παλαιστή*, *πελλαστή*, *πελλυντή*, origo parum claret, sed *κοίτη*, *ἀορτή*, *ἑορτή* sive *ὀρτή* (ut *ἑόργη*, *πρασόργη*), *ἀήτη*, *δαίτη*, *μορτή* [49]), manifestam habent cum verbis cognationem,

---

48) Ambigua sunt *caesa*, *remissa*, *secta*, *nota*, *vindicta*.

49) Hoc non epitheton est vocis *μοῖρα* ut *οἴνου τετάρτη* Herodo. IV. 52, 2. *δεκάτη*, *ἡμίσεια*, *ἡμιολία*, *τριταία* Hesych. sed vicarium.

ipsumque ἀρετή Theo in Anecd. p. 1449. participiale esse statuit ex ἀρεστή corruptum. Ac videor mihi intelligere unde sit orta opinio. Etenim occurrebant Grammaticis substantiva verbalia θάνατος, κάματος, ἔμετος, κοπετός, τοκετός, γενετή, τελετή, μελέτη, insidebat in mente memoria vocabulorum, quae ipsam adeo participii passivi, quod Latini in *tus* finiunt, significationem prae se ferunt σκελετός id est ἐσκελετευμένος Herodian. Epim. p. 122. κάπετος οἱ δὲ σκαπετόν Hesych. id est fossa et personale γαμετή, quod cum ἑλετός, μενετός speciem atque formam eandem sed relationem ad unum certum subjectum habet ut θρεπτή, ἐδνωτή, ἐγγυητή, *sponsa*. Sed si quid in his residet dubitationis, manifestior est aliorum adjectivorum ad substantiva transitio. Etenim in magno numero epithetorum terrae, quae substantivorum modo usurpantur, τραφερά, ξηρά, στερεά, ἤπειρος, χέρσος, σταθερά Anth. Pal. VII. n. 393. ψαφαρά XII. n. 145. verbale quoque reperitur βατή sive cum accentu substantivi βάτη Etym. M. et pro θάλασσα simpliciter dicitur ὑγρά [50]), ἀτρυγέτη Anth. App. N. 234. ἀμίαντος Aeschyl. quod Blomfieldius ad Pers. Praef. XXV. minus accurate cum femininis ἀνθεμουργός et οἰστοδέγμων confert, quorum ambitus longe est circumscriptior, praetereaque γλαυκή, quod Goettlingius ad Hes. Theog. 440. dubitat an Γλαύκη scribendum sit, et πλάτη Hesych. hoc est πλατεῖα nisi ille πλωτή scripsit, et πλείστη ἡ θάλαττα apud eundem, id est navigabilis, ut Πλεῖστος Delphorum fluvius Athen. III. 82. A. cujus ultimam acuebant accolae v. Alberti ad Hesych. s. h. v. Lehrs. de Arist. p. 272. et Ῥεῖτοι sive

---

50) Ζύγραν ἡ ἰδιωτικὴ παραφθορὰ ὑγρόν τινα τόπον λέγει Eustath. p. 295, 28. pro διύγρα incertum an pro substantivo ὕγρα id est ὑγρασία ut ψύχρα. Arcadius p. 104, 16. στῆβη (στίβη) ἡ ψύχρα, id est ψυχρία v. Schol. Odyss. V. 476. Pro θάλασσα scriptor affectatus ap. Joseph. Syn. IV. 525. T. III. ὑγρά dixit: ἐκ τῆς ὑγρᾶς τὸν ἀγρευτῆρα λίνον ἀνέσπασε νυκτῶν (fort. νηκτῶν) πλήθοντα καὶ κολπούμενον εἰς εὐρυχανδοῦς, pro quo fortasse εἰς εὐρυχανδὲς scribendum, ut Anonym. περὶ τελ. λογ. p. 579. τὸ εὐρυχανὲς ἀντὶ τοῦ πλατύ. Masculinum illud τὸν ἀγρευτῆρα λίνον apponendum est Aeschyleo Choeph. 507. τὸν ἐκ βυθοῦ κλωστῆρα σώζοντες λίνον. Λίνος appellativum Zenodotus legisse videtur Il. Σ. 570.

Ῥειτοί s. *Ῥιτοί* Atticae torrentes Anecd. Cram. II. 256. et 293. Siebelis ad Paus. I. 38, 1. Interpp. ad Thucyd. II. 19.[51]) quae qui consideraverit, praecipue res generales his et hujusmodi epithetis vicariis cumulatas esse sentiet. His finitimum est *κομιστή* id est *τροφή* Hesych. et quod Grammatici eodem modo interpretantur, *ἀκτή*, neque *ἀκοστή* in epithetorum numerum referre dubitavit Buttmannus Lexil. T. II. 172. quae intuenti non admodum incredibile videbitur, quod Helladius affirmat p. 871. *ἄρτος* quoque adjectivum esse, si praesertim meminerit affinium *ἅρμα, πρόςαρμα, ἁρμαλιά, πρόςοισμα, προςφορά*, cum verbis suis *προςαίρεσθαι* et *προςφέρεσθαι* v. Casaub. ad Athen. III. 81. B. et Plautini *sumtu atque vestitu tuo* Capt. II. 2, 72. (252.) quibuscum *ἄρτος* partim ortu partim significatu congruit. His rerum maxime generalium vocabulis subnectenda sunt discretiva, hoc est ea, quae varias ejusdem rei formas denotant, pleraque verbalia, non ita multa alterius generis. Primum nomina mazarum aliorumque edulium, *ἀλλᾶς, ἄζυμος, ἔγχυτος, μυττωτός, ναστός, στρεπτός, χαρίσιος, ψαιστός, πλακοῦς, σησαμοῦς, σησαμῆ, ἐρεικτή, κοπτή*[52]), *γογγύλη, ὅλη, πάστη, τρυπτή, φυστή*[53]), *φώκτη, ψάκτα ἡ ψωκτὴ μᾶζα* Hesych. *ψυκτά ἡ πεφυρμένη μᾶζα* Id. et aliter inflexa *κεγχρίνη, θριδακίνη* nisi haec substantiva sunt, ut *χοιρίνη* aliaque macroparalecta, de quibus alio tempore dicetur, *κριθαία*, pasta, tracta, granea, fabacea, lucanica, pa-

---

51) Apud Arcadium p. 78. l. 25. *στράτος τὸ μὴ ἐπὶ ἀθροίσματος* intelligi debet *Στράτος* urbs v. Tzschuck. ad Strab. X. 47. et in sequentibus p. 79. l. 1. *τὸ δὲ ἐπὶ ἀριθμοῦ* scribendum *τὸ δὲ τρίτος ἐπὶ ἀρ. βαρύνεται*, et in Etym. M. 714, 44. *τὰ εἰς τος — παραληγόμενα τῷ ι ἐκτεινομένῳ βαρύνεται κρῖτος* (scr. *Ῥῖτος*), *μῖτος* (scr. *σῖτος*), *Τρίτος* (*Τρῖτος*) *ποταμός*, idem, puto, qui *Τρίτων* vocatur, unde novitii auctores Tritogeniae nomen repetunt. Tum Arcadio pro *πλατός* p. 79, 13. reddendum *παλτός* et l. 17. *οἰστός* pro *σιστός*, *παστός* pro *πλαστός*.

52) *Κοπτή* edulium, *κόπτη* porrum sectile dici, non temere sumi videtur v. Schweighaeuser. ad Athen. T. VII. 575.

53) *Φυστῆ περισπωμένως* Moeris, alii *φυστή* scribunt et ad *φυρῶ* referunt; *παστά* Photius, nec raro *πάστη* v. Interpp. ad Poll. VI. 56. ut et *φώκτη*. De *καρδάμη* dixi in Aglaoph. p. 1076.

teta, quorum longe maxima pars vere adjectiva, cetera adjectivorum simillima, universa autem unistirpia sunt, hoc est, differentias significant rei, cui commune est nomen ἄρτος et μάζα, eamque ob causam aut masculine appellantur sicut ἑψητοί Phot. et φρυκτοί scil. ἰχθύες, aut feminine sicut seplasiae vocabula, στακτή stacta, σχιστή, φρυκτή, κηρωτή, πισσηρή, lixivia, ἔμμοτος, ἔμπλαστος, pro quo posteriores ἔμπλαστρος asciverunt v. Galen. de Comp. Med. p. Gen. I. 10, 407. T. XIII. et σηπτή, quod ad δύναμις refertur. Hinc sequentur quae singula singulis attributa sunt rebus eodem genere quo substantivum, cujus vicibus funguntur ut δετή, πλεκτή, et paronyma participialia, id est participiis assimilata ἀστραγαλωτή, plumbata, λεπαστή, cassita[54]). Ita πλεκτή[55]) feminine enuntiatur propter praestructum ei nomen μήρινθος vel σχοῖνος vel quod Homerus Od. XXII. 175. adjunxit, σειρά. Δετή facile refertur ad λαμπάς vel δᾴς, ἐνετή ad πόρπη vel περόνη, ἐμβάτη[56]) ad ἀσάμινθος vel πύελος vel δροίτη Arcad. p. 115, 18. denique cur ἐρικτή (Phot. s. Πόλφοι) sive ἐρεικτή (Suid. s. Ἀθάρα) et πυριάτη[57]) feminine pronuntientur, causa non alia est quam quia πάλη et πιτύα hoc genere appellata sunt, quarum rerum non differentiam (specificam), sed qualitatem declarant adjectiva illa, sicut ea πύελος, in quam lavaturi descendunt, ἐμβάτη dicitur et is σίκυος, qui non editur nisi maturus, πέπων, quod plurimum abest a primo genere neque nihil discrepat a secundo. Sed nulli horum plane simile videtur πηκτή tendiculam aucupum significans, quae aliter πάγη vocatur et παγίς. Namque ἐνετή et ἐμβάτη notionem nominum, quibus adjunguntur, accuratius circumscribunt sed πηκτή nihil amplius ostendit quam παγίς,

---

54) Masculina hujus generis sunt χειριδωτός, ἁλυσιδωτός, λεπιδωτός, braccatus, manicatus, galeritus, auritus, ratitus, cinctutus, nasutus etc. v. ad Ajac. Add. p. 486.

55) Πλεκτὴν οἱ Ἀττικοὶ τὴν σειράν Poll. X. 142. Oxytonum est Aesch. Choeph. 248. Eur. Troad. 958. paroxytonum Plat. Legg. VII. 824. B. Arrian. Peripl. Erythr. p. 14. consentientibus ubique libris.

56) De accentu v. Dissert. VI.

57) Photius Πυριάτη οὐχὶ πυρίατος οὐδὲ πυριατή ὀξυτόνως.

quare illud non conferam cum ἐμβάτη, ὑγρά et ceteris, quae sensim locum occuparunt eorum substantivorum, quibus apponi solita erant. Etenim, qui primus tendiculam appellavit, potuit substantive πῆγμα dicere vel adjectivo neutrali πηκτόν, ut ξυστόν, παλτόν, φυτόν, vel, ut substantiae notionem clariorem redderet, reclinato accentu πῆκτον ut ἄλητον[58]), ἅρπαστον, κάρτον v. Niclas. ad Geopp. II. 6, 33. III. 5, 9. τίλτον (si modo a verbo ductum) sive τιλτόν v. Interpp. ad Athen. III. 118. E. sin vero masculini generis notio apud eum praevaleret, πηκτός vel πῆκτος appellari licuit ut παστός, ξυστός (xystum), σκηπτός, quemadmodum idem vasculum *salinus* nominatur et *salinum*, graece autem ἁλιά, nomine romano *salinae* in alium intellectum verso. Sed placuit eodem genere uti, quo πάγη, παγίς et πηκτίς[59]) effertur, sive quod hae voces jam prius receptae post genitam in similitudinem sui traxerunt, sive quod res, quae ita vocitata est, natura sua feminino propior visa est; quod si ponimus, posteriorem formam non ad prioris genus grammaticum accomodatam sed utramque seorsum a stirpe editam dicemus.

§. 5.

Jam ut ad reliquas terminationes veniamus, βοεία *boia* substantive dicitur ut ταυρεία[60]) taurea, scutica. Nomen ἐγχεία Grammatici proparoxytonôs ut Ἀμάλθεια scribi debuisse

---

58) Sic semper scribitur apud Hippocratem v. Foes. Oec. et Eustach. ad Erotian. p. 64. quo mirabilius est ἄλιτον in Aretaei libris idemtidem repetitum Cur. Acut. I. 10, 237. II. 2, 250. c. 5, 272. Diut. II. 4, 534. c. 12, 340. ubi semel cod. Harl. ἄλφιτον praebet. Ἀλητόν tamen est oxytonum ap. Hesychium ut ἁρπαστόν Athen. I. 14. F. Artemid. I. 55. In Athen. VII. 297. F. ἢ ἄλφιτα ἢ ἄλητα (codd. ἄλιτα) alterutrum delent Critici, immemores homerici ἄλφιτα τεύχουσαι καὶ ἀλείατα Odyss. XX. 108. ἀλφίτων καὶ ἀλήτων Hipp. de Nat. Mul. p. 544. T. II. ἀλήτων κἀλφίτων Athen. XI. 500. F. prius accentu eodem quo ἄητον.

59) V. Schneider. ad Aristot. T. IV. 65. Siebelis ad Paus. T. IV. 126.

60) Photius Μάραγνα μάστιγος εἶδος, οἷον ταυρεία, quo Artemidorus utitur. In Geopp. XIV. 25, 3. ὁ ἐκ τῶν κροτάλων καὶ ἐκ τῆς ταυρείας ψόφος, non tympanum significari videtur sed scutica bubula; ταυραία

affirmant, sed attice productum esse ut *ἱερεία* v. Etym. M. 313, 15. quo substantivum esse declarant. Sed est potius adjectivum *hastilis* pro *hasta*, accomodatum illud generi synonymorum *λόγχη*, *αἰχμή*, *αἰγανέα*, *κάμαξ*, eaque ratione ab *ὀξεῖα* distinctum, quod huic, si absolute ponitur *δι' ὀξείας δραμεῖν*, certum quoddam substantivum subtinnit, sive illud est *λόγχη* ut veteres tradunt v. Suid. s. *Ὀξεῖα*, sive aliud huic simile, *ἐγχείη* autem tam definitam habet potestatem ut nullo supplemento opus sit. Sed difficilior est de *νευρειή* Theocriteo dissertatio, quod Grammatici, quum de trisyllabis oxytonis in *εια* disserunt *παρειά*, *ἀρειά*, *φορειά* (foria) *ὁ βόρβορος* Arcad. p. 98, 24. Draco p. 25, 16. Etym. M. 139, 30. Gud. p. 296, 20. pariter ut *ὀρμειά*, *στειλειά*, silentio praetermittunt, etsi congruit cum illorum canone, quo nomina in *εια* si *οὐσίαν* significant, oxytona sunt *παρειά*, *φορβειά*, *ζειά*, *φειά*, *χειά*, sed *ἐπὶ πράγματος* gravantur, *μυεία*, *χρεία* Etym. M. 410, 15.[61]). Quaero igitur, substantivumne sit *νευρειή* ex *νευρά* productum an femininum adjectivi *νεύρειος*. Ac productionis illius exempla reperiuntur aliquam multa, nec solum proparoxytona ut *χώνεια* et *κώδεια*, quae alio loco disputata sunt, sed etiam oxytonum *φορβειά ἡ φορβή* Suid. quod Festus confirmat *Forbeam antiqui omne genus cibi appellabant*, nisi illud quoque *φόρβεια* scribendum est vel diastolae causa. Adjectivi autem *νεύρειος* testis nullus, neque causa apparet remoti ad ultimam accentus. Sed videmus tamen id permultis accidisse adjectivis, ut naturam suam prorsus exuerent unique generi adstringerentur vel masculino vel feminino, ut *ἐγκέφαλος*, *δακτύλιος*, *ὕπερος*, *ὕπερον pistillum*,

---

vero apud Graecos posterioris aetatis tubae est genus v. Du Cang. Gloss. T. II. 1536. quam Eustathius *βόϊνον* appellat ob speciem.

61) Arcadius addit *λεία* et *δεία* i. e. *ἔνδεια*, Schol. Il. XXI. 493. *πέλεια ὡς Μάλεια καὶ Θάλεια* sive *θάλεια*, quod nomen Etym. M. a verbo repetit *ὡς θέρεια*, *Ἔμεια*, et interdum paroxytonôs scribitur, *κῶμοι καὶ θαλεῖαι* (id est *θαλίαι*) Plut. V. Anton. LXXI. *θαλεία* (*ὡς*?) *παιδεία* Hesych. *Μέρεια φυλῆς μέρος* Idem. *Σκάνδεια εἶδος περικεφαλαίας* Schol. Il. X. 268. commenticium esse judicat.

ὑπέρα opifera[62]), quorum usum adjectivum testatur latinum *super* sive *superus*[63]) et superlativus *ὑπερώτατος*, tum *αὐλαία*, *κεραία*, mulleus, trabea, orea etc. Hinc de nominibus morborum scrupulus injicitur et dubitatio: *ὕδερος*, *ἴκτερος*, *χολέρα*, quod hoc accentu notatum est Galen. Comm. IV. in Hipp. de Articc. c. 38, 727. T. XVIII. P. II. Diosc. Mat. III. 41, 382. etc. exemplo masculinorum et ex praescripto Herodiani Epim. p. 218. sed et oxytonôs scribitur ut adjectiva solent Hipp. Aphor. CXXV. 726. T. III. Aret. Cur. Acut. II. 14. Adjectivum *λιχανός* Hipp. Mul. I. 703. T. II. Lucian. Tim. §. 54. Athen. I. 15. D. ubi substantive dicitur *ἡ λίχανος*, accentum ad principium rejicit, ut *πόλιος* Oppian. Cyn. III. 310. nisi vitium est exemplarium, *νυμφίος* vero et fortasse *γομφίος*[64]) a prima ad proximam, alia ad postremam ut *χαραδριός* Schol. Arist. 269. *οὐλή* scil. *σάρξ*, de quo miror Buttmanni judicium Lexil. I. 195. *ἡ νεά*, quod tamen ipsum apud Theophrastum et alios *νέα* scribitur; *ἡ λισπή*, si quidem Appollodorum auscultamus, *ἡ λαλιά*, *ἡ σποδιά*, *ἡ παιγνιά*, et periecticum *ἡ ἐσχατιά*, quod qui cum *ὑστάτιος*, *μεσσάτιος*, *δευτάτιος*, comparaverit, non verebitur adjectivum dicere, in substantivi locum ditionemque transgressum ut *ὑστατίη βιότοιο* Quint. X. 102. XIV. 315. sed mutato propter significationem topicam accentu. Trigenera vero, quorum prima feminini positio paroxytona est, unum casum ambiguum habent, primum dico numeri pluralis, soloque accentu distinctum: *Ἡμεραι*

---

62) *Ὑπέρα* ab *ὕπερ* repetit Eustathius p. 1534, 8. indidem *ὕπερον* Etym. M. 779, 8. *Ὑπέρα* Athen. I. 51. B. *Ὑπάτη* et *τὰ Ὕπατα* locorum nomina situm significare videntur.

63) Sicut infer *ἔνερος*, dexter *δεξιτερός*, ager *ἀγρός*, venter *γάστηρ* Hesych. pro *ἔντερος*, vester *σφέτερος*, cicer *κίκερρος*, lacer *λακερός*, vesper *ἕσπερος*, imber *ὄμβρος*, acer, acrus, acer-bus ut superbus.

64) Fortasse dixi, quia adjectivum *γόμφιος* non reperi, quod si extaret, *γομφίος* latinis *molaris*, *genuinus*, comparari posset; *γόμφιοι ὀδόντες* Aristot. H. Ann. II. 2. p. 501, 24. (cod. *γομφίοι*) de Gener. Anim. V. 7. p. 788, 7. Galen. de Ossib. V. 753. T. II. Hesych. s. *Κόμβοι* et *Κόμποι* etc. *Νυμφίος ὕμνος* contra regulam scriptum Nonn. XLVII. 464. v. Goettling. de Acc. p. 172.

τὸ τριγενές, ἐπὶ δὲ τοῦ μονογενοῦς ἡμέραι· οἱ μέντοι Ἀθηναῖοι καὶ μάλιστα οἱ νεώτεροι προπαροξύνουσιν, αἱ ἥμεραι, αἱ αἴτιαι. Πάλιν αἱ Ροδίαι φαμὲν ἐπὶ τοῦ κυρίου παροξυτόνως, ἐπὶ δὲ τοῦ ἐθνικοῦ αἱ Ῥόδιαι[65]), καὶ ὑπάται ἐπὶ τῆς χορδῆς, ὕπαται δὲ ἐπὶ τοῦ ὑψηλοῦ Anecd. p. 1254. Ac postremo vocabulo haec distinctio minus necessaria est, quia femininum nisi de chorda rarissime dicitur, κανονίδ' ὑπάτην Philipp. Epigr. XVII. 216. T. II. Anth. Pal. VI. n. 62. et τὰν ὑπάταν ἀρχάν Ep. Adesp. DCVII. Append. N. 285. quo loco nonnulli ὑπάτων scribunt; sed centies legitur ἡ ὕπατος ἀρχή apud rerum praesertim romanarum scriptores Polyb. III. 40, 9. Diod. XI. 51. Dionys. Antt. X. 33. Appian. Civ. III. 82. Dio Cass. LXII. 23. Onosand. Prooem. p. 2. ὕπατος ἐσθής Appian. Civ. II. 122. τιμή Zosim. V. 18, 435. etc. Multoque minus opus erat composita παρυπάται Gaudent. Introd. Harm. p. 18. et παρανῆται Euclid. Sect. Can. p. 35. et 36. Alyp. Introd. Mus. p. 2. adjectivorum modo accentum retrahere, quorum a similitudine genitivi quoque desciscunt τῶν παρανητῶν καὶ παρυπατῶν Gaudent. p. 18. Aristox. Harm. II. 52. Eadem circa alia observatio, quae usus communis ab adjectivis secrevit et disjunxit: αἱ ὑπέραι Hesych. Suid. Harpocr. Orion. p. 154. Moschop. Sched. p. 138. αἱ εὐδίαι Arist. H. Ann. VIII. 15. p. 590, 15.[66]) Theophr. Caus. III. 23, 5. αἱ περικεφαλαῖαι Hesych. s. Καισάραι, αἱ κεραῖαι Thucyd. VII. 4. Athen. V. 208. B. Nonn. V. 7.[67]) αἱ σκελέαι quod male σκελεαί scribitur Poll. X. 168. et Hesych. αἱ κυνέαι etc. quorum omnium genus masculinum in-

---

65) Sed Μυσίαι vulgatum Apollon. I. 1115. contrâque Atticorum nonnulli substantiva αἴτίαι, ἡμέραι, sic pronunciasse dicuntur ut pro secunda acuerent primam.

66) Εὐδῖαι Bekkerus scripsit tacite; novi quidem poetas εὔδιος et ἔνδιος interdum producere, sed illud mihi praeter opinionem incidit.

67) Id exemplum alienum est si adjectivi obliterati accentus is est quem poscit Etym. M. 539, 19. κεραῖος ὤφειλεν εἶναι ὡς κνεφαῖος, οὐδαῖος (et λεπαῖος puto). Arcadius p. 44, 4. τὰ παρ' οὐδετέρων γενόμενα ὀξύνεται γηραίος, κραταίος, fortasse intelligi voluit quae possessiva non sunt sicut δηναίος acuitur ἵνα μὴ σχῇ τύπον κτητικόν Etym. M. 417, 30.

usitatum est; neque *κράνειαι* recte scriberetur Athen. IV. 131. D. nisi primus casus *κράνεια* accentum substantivi accepisset. Sed impeditior est quaestio de adjectivis trium generum, quorum feminina forma substantivi munere fungitur. Haec enim accentum plerumque in ea syllaba retinere videmus, cui impositum habet nominativus: *αἱ κεφαλαῖαι* Galen. de Simpl. Fac. XI. 25, 303. *αἱ ἑταῖραι* Xenoph. Anab. IV. 3, 14. etc. modo remittere in praecedentem *αἱ ἡμιόλιαι* Arrian. Alex. VI. c. 1, 1. c. 18, 7. eoque convenire cum adjectivis masculinis *κεφαλαῖοι, ἡμιόλιοι*. Sed saepe etiam diverso a masculinis accentu insigniuntur: *αἱ πλαγίαι* Apollon. de Pron. p. 71. *αἱ βοεῖαι* Nonn. XXIII. 110. XXVIII. 32. Paul. Sil. Ecphr. Soph. I. 130. *αἱ τραγεῖαι* Theocr. V. 51. *αἱ τροπαῖαι* Arist. Probl. XXVI. 40. Theophr. de Vent. V. 32. quanquam adjectivi quoque accentus instabilis est, *αἱ λινέαι* (funiculi) Bito de Constr. Mach. p. 112. (in margine bis scriptum *λιναῖαι* ut paullo post *ἡ κωολιναία* p. 113.) *αἱ ὑστέραι* Hipp. de Nat. Mul. p. 550. T. II. Aristot. de Gen. Anim. I. 2. Plato Tim. p. 91. B. Quare vix quisquam pronuntiet, utrum magis ex consuetudine veterum sit *εὐναῖαι* Hesych. an quod in cod. legitur *εὔναιαι*, vel *αἱ Κυανέαι* Arrian. Peripl. Eux. p. 137. ed. Blanc. an *Κυάνειαι* Himer. Or. XVI. 3. quod a forma ordinaria paullo longius discessit, et huic simile *αἱ Χελιδονίαι* Scylax c. C. 299. Steph. s. h. v. an *Χελιδόνιαι* Dionys. v. 128. *Χελιδονίων* cf. Adn. ad Aj. 108. p. 119.[68]) *Ὑπώρεαι* per omnes Herodoti libros vulgatum est I. 110. cui convenit singularis *ὑπώρεα* IV. 23. sed discordat *ὑπωρέη* II. 158. Verum ne disputatio eodem diutius insistat vestigio, finiam si addidero, illos qui Il. IX. 153. *νεάται Πύλου ἠμαθόεντος* scripserunt pro *νέαται*, puerilis inscitiae, cujus insimulantur, absolvi posse, si nomen substantivum *νεάτη* intelligi

68) Demosth. Fals. Leg. 429, 1. *ἔντος Χελιδονέων καὶ Κυανέων*, Bekkerus ex optimo Parisiensium *Χελιδονείων* edidit; *τῶν Κυανέων* Scymn. Fragm. v. 77. Diod. XI. 3. XII. 4. In Nonni Epit. CCLXXIV. 336. *τῶν ἀσπίδων τρία γένη, χερσαῖαι, χελιδονίαι, πτυάδες*, aut significatur *ἡ χελιδονία καλουμένη* Galen. Ther. ad Pis. VIII. 234. accentu non retracto, aut *ὁ χελιδονίας ὄφις*, quod Passovius perperam *χελιδονιάς* scribit.

voluerunt, sic ut περάτη dicitur ac περαία, ἐσχατιά, ἀντολίη, quod quum plerumque pro ἀνατολή valeat[69]), idem tamen adjective dicitur ἀντολίη ἄρουρα Nonn. XXV. 98. mansitque hoc in novitio nomine Natolia et in proprio Anatolius ut Eutropius.

§. 6.

Hactenus disputavimus de nominibus, quibus res significantur corporeae, quorum si maxima pars ita comparata est, ut ex adjectivis nata esse videatur, nihil tam consentaneum est, quam eandem suspicionem transferre in contrarium genus. Ac jam alio tempore ad Aj. v. 208. magnum contraxi numerum adjectivorum, quibus diei noctisque partes significantur, ἀμφιλύκη v. Voss ad Arat. 746. ἑῴα sive ἠοίη, ἐνδία[70]), ἑωθίνη, ὀρθρία, πρωΐα, μεσημβρία (μεσημερία), δειελίνη, ἑσπέρα, ἑσπερία Oppian. Cyn. I. 138. Maneth. II. 422. ὀψία, ὀρφναία[71]), ζοφία Eryc. Ep. I. 7. Anall. T. III. 12. σκοτία, et tempora anni θερεία, χειμερία, χειμερίνη Herodo. I. 202. ὡραία, *auctumnus*[72]), coelique qualitates αἰθρία, γαληναία, εὐδία, νηνεμία, νοτία[73]), quorum nominum pleraque

69) Differt hoc ab ἀναῤῥοπία et καταῤῥοπία, ἀποτομία, ἐπιτροπία, ἐντροπία, συντονία, ὑπερτονία, συντομία, συστροφία, quod haec parasyntheta sunt nec sine aliquo significationis discrimine; ἀντολίη vero merus est paraschematismus ut ἀποτροπίαι, συνηβολίη, ἐπιδρομίη.

70) Eustath. p. 1505, 9. ἀναλογεῖ τὸ ἔνδιος πρὸς τὸ εὔδιος οὗ θηλυκὸν εὐδία, ὅ ἐστιν εὐαερία. Suidas Εὐδία ἡ ἄνευ ἀνέμων ἡμέρα.

71) Δι' ὀρφναίας Eur. Suppl. 994. φάος-ὀρφναίη Apollon. II. 670. Primitivum ὄρφνη nihil aliud est, quam adjectivum substantivi accentu notatum saepiusque ὀρφνή scribitur ut Stob. Flor. LXXIV. 61. p. 445, 18. in Epigr. ap. Diog. La. IX. 16. pro quo in Anth. P. IX. n. 540. ὄρφνη editum, neutrum male, etsi illud rejicit Schaeferus ad Theogn. 1075. Suidas Ὀρφνή ὀξυτόνως σκοτία νύξ.

72) Verbale videtur ut alumnus, Vertumnus; paronyma pilumnus, Picumnus. Idem *auctumnum* dicitur genere neutro ut *hornum*, *vernum*.

73) Hom. Il. VIII. 307. καρπῷ βριθομένη νοτίῃσί τε εἰαρίνῃσι, Eustathius p. 715, 2. supplet πνοαῖς, fortasse ex Odyss. VII. 119. ζεφυρίη πνείουσα, unde Hesychii glossa pendet Ζεφυρίη ἡ πνοή. Sed hoc loco participium adjectum est ejusmodi ut nomen πνοή ne desideretur quidem, illic νοτία substantivi locum obtinet ut Aristot. H. Ann. V. 17. (19.) 2. εὐδία καὶ νοτία.

veteres adjectivorum loco ducunt ipsumque tempus diurnum Eustathius p. 979, 22. proprie ἡμέραν κατάστασιν dictam esse censet, eique confert p. 427, 24. noctis nomen δειδία, quod Suidas et Etym. M. interpretantur ἡ σκοτία. Et ad explicandam ellipsin, si quo supplemento opus est, non infitior aptissimum esse illud usuique convenientissimum, nam κατάστασις βορεία et νοτία legitur Hippocr. Aphor. III. 14, 723. T. III. Paul. Aeg. I. 53. p. 14. Magis tamen credibile videtur, nomen ὥρα aut ipsum antiquitus appositum aut potius notionem ejus animo infixam in causa fuisse, cur synonyma ad idem dirigerentur genus femininum. Ac de ἡμέρα quoque quae ille dicit, confirmantur quodammodo Euripidis exemplo Ion. 87. qui lucem diei τὴν πραεῖαν ἀψῖδα vocavit, ubi libri ἡμέραν et ἡμερίαν exhibent; neque adversatur feminina positio, qua adjectivum ἥμερος vulgo caret[74]; namque hoc saepius usu venit adjectivis substantivorum dignitatem consequutis eodemque genere est Ἡμέρα Dianae epitheton, quae alibi Ἡμερησία dicitur. Huic autem generi nihil adjunctius est, quam vocabula aetatum humanarum, νηπίη, νηπυτίη, νεοίη, παιδεία, ἠνορέη, ἀνδρεία, *senecta*, quibus antiqui Grammatici nomen ἡλικία subjiciunt. Hesychius Νηπιέη ἡ τῶν νηπίων ἡλικία. Suidas Νήπειον φρόνημα, νηπία δὲ ἡλικία. Eustathius p. 1319, 18. νηπιέῃ φρὴν ἢ ἡλικία. Schol. Ven. XXIII. 604. νεοίη ὡς ὁμοίη· οἱ μεθ' Ὅμηρον ὡς ἐπὶ πλεῖστον νεοείην λέγουσι. Photius Παιδείαν τὴν παιδικὴν ἡλικίαν, sicut Lysias dixit p. Polycr. 674, 1. (159, 2.) ἐκ παιδείας φίλος id est ἐκ παιδείου ἀγωγῆς in Phaniae Epigr. II. eodemque modo Schaeferus Melet. p. 70. interpretatur Epigr. Adesp. DCCXXXII. τῷ πέλον ἀσπασίη βαίης ἄπο scil. ἡλικίας, sed hoc aliter accipi potest pro ἐκπαιδόθεν ut ἠγαπᾶτο ἐξ ἔτι βρέφους Niceph. Gr. VI. 6. 114. B. ἐξ ἔτι παιδός Epigr. Adesp. DCCI. *a puero* v. Phryn. p. 48. παιδεύουσι τοὺς παῖδας ἀπὸ πενταέτεος ἀρξάμενοι Herodo. I. 136. ubi ne ἡλικίας intelligamus obstat quod sequitur πρὶν

---

74) Femininae formae exempla alio loco afferam.

δὲ πενταέτης γένηται[75]). Verum persequar cetera; Harpocratio Ἀνδρεία ἡ τῶν ἀνδρῶν ἡλικία· Eustathius p. 826, 58. ἠνορέη ἰσχύς etc. quod si verum est Graecos *virilis* dixisse pro virilis aetas animusque, frustra est disceptatio meliusne ἀνδρία scribatur an ἀνδρεία, quorum illud Appollonio placuit, hoc Orus probavit propterea, quod (apud Theocritum) ἀνδρεῖα reperitur κατὰ διάστασιν Philem. Techn. §. 51. Cramer. Anecd. II. 174. Etenim dici potest utrumque, unum substantive, alterum adjective; nam quod Philoxenus contendit ap. Etym. M. 461, 57. Eustath. p. 84, 25. masculine ὁ ἀνδρεῖος dici, sed aliter femininum ἡ ἀνδρική, id refellitur exemplis plurimis v. Herodo. VII. 153. Eurip. Chrys. Fr. III. Plat. Lach. 196. E. Polit. 309. D. Aristot. Pol. I. 5, 4. III. 2, 10. Artemid. I. 30, 46. II. 3, 131. Suidas s. Ἀνδρία. Hoc vero, quod modo dixi, concesso atque probato, quid jam relinquitur nisi ut animi quoque qualitates adjective appellatas esse putemus? Quam in opinionem nos maxime ducit nomen πινυτή eadem potestate qua πινυτής et πινυτότης praeditum, specieque congruens cum ἀρετή et ceteris, quae tertiae perfecti passivi personae assimilata sunt. Atque hoc illud est, quod in ingressu hujus dissertationis imprimis controversum et lubricum esse professus sum, utrum πινυτή istud femininum sit adjectivi πινυτός, an ambo vocabula ab una quidem stirpe, sed diverso quasi nixu nulloque inter se commercio edita sint, sicut a πῦρ quae descendunt πυρά, πυῤῥός, πυρός et πυρσός. Ac de nominibus, quae substantiam significant, dubitatio fere nulla est, nec fidem derogamus veteribus, qui lupinos θέρμους vocatos esse narrant, quia ut Hippocrates ait Diaet. II. 678. T. I. τὴν φύσιν θερμοί εἰσι. Sed illud fortasse plerisque incredibile et paene portentosum videbitur, Graecos pro calor (θερμότης) dixisse calida (θέρμη) pro virilitas (ἀνδρία) virilis (ἀνδρεία). Verum tamen si huic ingens multitudo nominum ante oculos posita fuerit, quae ex adjectivis facta sunt substantiva mutatione formae aut nulla

---

75) Ἐξ ἔτι νηπυτίης ἔτρεφον Apollon. IV. 791. ἐκ νηπίων ἔτι χρόνων Lucian. Amorr. §. 47. illud ambigue.

aut pusilla, si idem nostrae vernaculae linguae vocabula, *die Spitze, die Enge, die Platte, die Ebene, die Fruehe, die Heitre, die Weite, die Feste, die Wueste*, contenderit cum graecis ἡ ἄκρα, ἡ στενή[76]), ἡ πλατεῖα, ἡ ἑῴα, ἡ γαλήνη, ἡ στερεά, ἡ τραφερά, ἡ ἔρημος, haud longe aberit, quin se ad veterum rationes adjungat. Sed quum hujus generis exempla paulo superius allata sint plurima, hoc loco congeremus nomina in ια terminata, quorum causa maxime anceps et disputabilis. Familiam ducunt tria affinia θεσπεσία, δαιμονία, θευμορία, quae genus sequuntur ejusdem nominis, cui ἡ πεπρωμένη et ἡ εἱμαρμένη adhaerent. Primum legitur Hom. Il. II. 386. γνώσεαι δ᾽ εἰ καὶ θεσπεσίῃ πόλιν οὐκ ἀλαπάξεις, de quo Hesychius Θεσπεσίῃ τῇ θεότητι λέγει, εἰ μὴ κατὰ συνεκδοχὴν ἀκούοιμεν τῇ ἐκ θεῶν βουλήσει· secundum Pind. Ol. IX. 169. τόνδ᾽ ἀνέρα δαιμονίᾳ γεγάμεν εὔχειρα[77]) a Boeckhio restitutum est auctore Scholiasta homerico, qui hoc cum θεσπεσίῃ conjungit; tertium Callimachus Epigr. XXXII. 4. tanquam germanum substantivum adjectivo adjunxit χαλεπῇ δ᾽ ἤντετο θευμορίῃ, ac vulgo ita dicta est portio carnis quae sacerdotibus cedit (*Gottestheil*). Appollonius autem bis pro adjectivo posuit νοῦσος θευμορίη et ἄτη θευμορίη III. 676. 974. Ac si formam attendimus, tam substantivum videri potest, quam adjectivum, illud ex comparatione nominum ἀμμορίη, γεωμορία, hoc a θεόμορος propagatum ut κακομοίριος, ἀτρόπιος Dioscor. de Venen. XVII. p. 73. aliaque infra retractanda. Rationum autem momenta in utraque parte fere sunt paria. Namque abundat sermo graecus nominibus in ια exeuntibus αἰσχρία, γλισχρία, μιαρία, πικρία, ποικιλία, ψυχρία etc. quae nemini in mentem venit dubitare quin substantiva sint, quum et significationem hujus generis habeant neque extent adjectiva in ιος, quorum feminina dici possint. Quanquam haec ratio Galenum non abster-

---

76) Thucyd. II. 99. στενήν τινα ἐκτήσατο.

77) In Simonidis Ep. Append. N. 73. de hetaeris Corinthiis ἕσταθεν εὐχόμεναι Κύπριδι δαιμονίᾳ nescio an scribendum sit δαμοσίᾳ. Nam deos δαιμονίους dici non puto.

ruit, quominus in Andromachi versu Antid. I. p. 40. T. XIV. *καὶ λίβανον μίσγοιο καὶ ἀγλαΐην στήσαιο*, hoc adjectivum esse statueret, *ἴσως τὴν ἀγλαΐην ἐπίθετον τοῦ λιβανωτοῦ τῷ συντιθέντι τὴν ἐλεγείαν ἔδοξε προςθεῖναι*, idem fortasse Gratiae nomen *Ἀγλαΐη* adjectivum esse opinatus[78]). Quod ut parum fundatum videatur, tamen dubitatio subsistit in aliis jam antiquitus mota. Schol. Il. IX. 240. *ἐν δοιῇ, ἐν διστανμῷ· περισπαστέον δέ· δοτικὴ γὰρ ἀκόλουθος εὐθείᾳ τῷ δοιός, οὗ τὸ θηλυκὸν δοιή*, quo concesso eodem adspirabit *διπλόη*, quod etsi contractionis aeque expers est ac *μηλέα*, tamen Eustathius p. 427, 24. et 934, 36. cum *κεστός, ἑανός, ἡμέρα, σταδίη, αὐτοσταδίη* comparat, non solum ubi *διπλόη χλαῖνα* sive *διπλοΐς* denotatur, sed etiam in significatione qualitatis. Aliud exemplum Hesychius praebet: *Σπανίαν τὴν σπανιότητα, ὡς ὁσίαν τὴν ὁσιότητα*, quo declarare videtur utrumque esse adjectivum, prius, ut reor, a *σπανός* ductum; neque dubitem *ὁσία, ὀλβία, μακαρία, ἀξία, ἀπαξία, ἀναξία* (v. Heyn. ad. Epict. Ench. c. 36.) in hunc admittere numerum. Verum huc deductis vereor ne difficile sit gradum sustinere via lubrica et praecipiti. Nam praeter illa, quae jam percursa sunt, undique redundant vocabulorum formae ancipites: *ἁρμονία, ἀνακτορία, ἐλευθερία, ἐπικουρία, ἡσυχία, ἱκεσία, ἰσημερία, κερτομία, μειλιχία, ξενία, οἰκουρία, παρθενία, σωτηρία, ὑπερτερία* (superbia), *φιλία* etc. quae si actiones et qualitates significant, non pro substantivis sed substantiva esse, communis est doctorum sententia. Neque ego illa vetere possessione deturbare conabor. Sed si quis tamen huc audaciae procedat, non video quibus argumentis refutari possit. Nam si, ut plerique consentiunt, *δαιμονίᾳ* et *θεσπεσίᾳ* non aliter se habent ac *δημοσίᾳ, ἰδίᾳ, κοινῇ, ἐτεῇ*, quid rationis dici potest, cur *μειλιχία, ἁρμονία,*

---

78) *Φαέννη* et *Κλῆτα* Gratiarum nomina sunt adjectiva; *Ἀγλαΐα* si substantivum est, cum aliis dearum cognominibus *Ὑγίεια, Χλόη*, componi debet. Deae nomen, quae Pisthetaero nubit Arist. Avv. 1536. hoc loco et tribus sequentibus *Βασιλεία* scribitur, semel, quod metrum poscit, *Βασίλεια*.

φιλία, non sint adjectiva? Num Graecis plurali generis neutrius uti licuit: τέως μέν σφι ἦν ἄρθμια ἐς ἀλλήλους, τοῖς Κορινθίοις φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους Herodo. III. 49. feminino vero singularis numeri minus [79])? Nimirum dicet aliquis genus neutrum adminiculo egere nullo, femininum vero sine substantivo, cui latenter adhaerescat, intelligi non posse, velut ἀπ' ἴσης, ἀπὸ πρώτης, ἀπὸ μιᾶς, ἐκ ταχείας, ἐκ παλαιᾶς, ἐξ ὑστέρας, διὰ κενῆς, ἐπ' ἴσης, κατὰ μόνας, ξυνῇ, κενῇ, τὴν πρώτην, τηνάλλως, ἀλληνάλλως etc. referri ad substantivum aliquod cogitatione comprehensum, qualia multa sarcinatores ellipsium comminisci solent. Sed permultis locis horum supplementorum nullum convenit. Quis enim, si legerit ἀπ' εὐθείας φιλοσοφεῖν Plut. Symp. I. 4, 8. τὴν εὐθεῖαν συνειπεῖν τινι V. Cic. VII. ἐξ ὀρθῆς ἀνακρίνειν Polyb. XV. 27. τηνάλλως ἀδολεσχεῖν v. Bergler. ad Alciphr. I. Ep. 19. his igitur et similibus locis quis aut μοῖρα aut τύχη aut πρᾶξις aut ὁδός aptum esse credat? Quare sic potius existimandum videtur, Graecos a notionibus simplicissimis progressos maximeque obviis, quae sunt situs, viae et directionis, hinc similitudinem traduxisse ad actionum humanarum varias directiones et modos. Ergo quod consuetum esset dicere τὴν εὐθεῖαν πορεύεσθαι, τὴν μέσην ὁδεύειν, μακρὰν πεμφθῆναι, ἐξ ἐναντίας προσιέναι Plut. V. Rom. XXVIII. ἐξ ἐναντίας-ἐκ πλαγίου καθεστήκεσαν Thuc. IV. 33. εὐθείᾳ φέρεσθαι Stob. Ecl. I. 606. omisso vocabulo, cujus notio in verbo continetur, hinc consequutum esse, ut idem nomen tacite comprehenderetur cum verbis, quae non simplicem actionem sed actionem in motu positam significant, εἰς εὐθεῖαν καταστῆσαι, ἐξ ἐναντίας μάχεσθαι Aelian. H. Ann. V. 19. τὴν εὐθεῖαν ἀποκτείνειν Eur. Med. 384. ὀρθὴν ἐντυγχάνει ἀντὶ τοῦ εὐθὺς Ὑπερίδης Phot. et ut postremo hoc exemplum transferretur ad eas actiones, quae omnino non corporis sed animi motu et intentione conficiuntur, ἐξ ἐναν-

79) In Hippocr. Morb. Mul. II. 485. T. I. ἐν τῇσιν ἐγγύῃσι πέλια γίγνεται, si vel unus melioris notae liber πελίη offerret, nemo amplius de hoc dubitaret substantivo.

τίας δοξάζειν Aristot. Pol. VII. 2, 5. οὐκ ἐξ εὐθείας νοεῖν ἀλλὰ καθ' ὑπερβατόν Strab. XIII. 585. τὴν ἀπόδειξιν ἐξ εὐθείας ποιεῖσθαι Galen. de Semin. II. 1, 609. T. IV. ἐξ ἴσης θαυμαστή Julian. Or. I. 19. A. etc. quae quia a proprio et nativo intellectu desciverunt, non amplius quaeri debet, quod quoque loco nomen omissum sit, sed his complementis tum locus fuit, quum homines proprie loquerentur. Jam, ut ad propositum redeam, eodem modo dicitur προφθαδίην ἀγορεύειν, ἀντιβίην (et ἀντίβιον sive ἐναντίβιον[80]) ἐρίζειν, ἀμφαδίῃ τι ῥέζειν, πασσυδίῃ προχέοντο[81]), αὐτοσχεδίην βάλλειν et αὐτοσχεδίην ᾄδειν, postremo κρυπταδίῃ λανθάνειν Maxim. v. 339. quibus respondent accusativi latini *perperam, promiscam, bifariam, alias*, et qui supra relati sunt dativi δαιμονίᾳ, θεσπεσίῃ, ἀναγκαίῃ. Neque secus statuam de ἐτεῇ aliisque dativis, qui adverbiorum locum obtinuerunt, ut ὁμαλῇ id est ὁμοῦ Hesych. quod si ab ὁμαλής provenit, cum ὁμαρτῇ aequiparandum est, ἡσυχῇ, λάθρῃ etc. quae omnia tacite subsequuntur nomen quoddam feminini generis sive χρεία sive τύχη sive δρᾶσις sive διάθεσις sive aliud hujus indefinitae significationis vocabulum, cujus adumbrata notio in animis obscure haesit, forma autem amissa est, quo evenit ut iisdem adjectivis non semper idem substantivum et aliquibus nullum accurate conveniat. Sed jam eo perventum est, quo ultra verebar ne provehi non liceat. Doederlinius quidem in Syn. T. I. 120. sine ulla haesitatione affirmat *industria* (ἐντρέχεια) femininum esse adjectivi *industrius*, quo dato *incuria, injuria, indoloria* et similiter figurata eodem adrepent; denique *victoria* quoque et huic similia graeca ἀκεστορία, ἀλαστορία, ἀνακτορία, ἰατορία, ἱστορία, terminationem adjectivorum habent, ἀνακτόριος, πρακτήριος, ἱκετήριος etc.

---

80) His neutris niti videtur mirabilis Musgravii conjectura a Schaefero olim probata ad Bos. p. 45. et 578. δι' ὀρθῆς et similia dici per enallagen generis pro δι' ὀρθοῦ etc.

81) Accusativos ἀμφαδίην, quod Eustathius p. 611, 40. cum σχεδίην componit, et πασσυδίην impugnat Wellauerus ad Apollon. II. 1019. III. 195. v. Voss. ad Arat. 713.

Atque horum feminina non raro substantivorum partes subeunt, comprehensa modo artis et officinae modo instrumenti notione, oratoria, barbatoria, versoria, lusoria (id est batellaria) ἀφετηρία, ἀρτηρία, βατηρία, ζευκτηρία, ἱκετηρία, μελαντηρία, πευστηρία, στυπτηρία, σχαστηρία (casteria), quorum nonnulla neutrum quoque habent et masculinum. *Victoria* autem si quis adjectivis inserere obstinet, ex synonymi *adorea* usu probabiliter argumentari poterit, quorsum, qui illud introduxerunt, animum intenderint. Sed consideremus alia. Πασσυδίῃ ἀνελίσσεται Arat. 714. si quis cum aliis ejusdem poetae dictionibus conferat ὁμηλυσίῃ ἀνελθών v. 178. ἀνωνυμίῃ φορέονται v. 714. nihil cunctabitur substantivum dicere, sed idem concedet dativum esse posse adjectivi πασσύδιος adverbii πασσυδί significatione praeditum, neque aliter de πανοικίᾳ (πανοικί), similibusque, quae ad Phryn. p. 518. protuli, sentiet. Τετραορία haud dubie substantivum est ut τετραστοιχία, διφαλαγγία, τριλοφία, τριοδία, τριοδοντία, τρισκαιδεκαμορία Dial. Hermipp. de Astrol. II. 12, 49. sed παρηορία non solum si τὴν ἔξω τοῦ ζυγοῦ ἡνίαν sive lora equi funalis significat, sed etiam si νόημα παρηόριον, adjectivi similius videtur ut ἀπηόριος. Αὐτοχειρία δρᾶσις Apollonius dixit, at αὐτοποδία ut adjectivis adscribatur, haud facile quis impetraverit. Ἡμικρανία et ἑτεροκρανία si cum πόνος ἡμικράνιος Galen. Eupor. L. III. 516. T. XIV. componuntur, nihil credibilius est, quam nomen νόσος omissum esse, sed moram injicit περιπνευμονία, cui nullum cum adjectivis consortium. Ita quasi reciprocis auris in diversa impellimur. Αἰθρία supra cum χειμερία et similibus consociavimus, sed si quis in contrarium tendens ab αἶθρος vel αἴθρα productum ut a μάτη ματία, a μάνη μανία, a σπάνη σπανία etc.[82]) ejusdemque ordinis esse statuit, non deteriore jure erit. Neque ex eo, quod arferia aqua dicitur ut inferium vinum, argu-

---

82) Pro νευρία Judicc. XVI. v. 7. Holmesius e codd. νευρά edidit; sed latinum *nervia* obstat tentantibus. Προθεσμία vulgo inter ellipses referunt intellecto nomine ἡμέρα, quod equidem nondum reperi illi adjunctum, ac potest substantivum esse ut προνομία.

mentum ducam, *inferiae* adjectivum esse, ante oculos positis nominibus *exequiae, induciae, suppetiae.* Verum hujus ambiguitatis quamvis multa exempla protulerim, tamen haud pauca restant et maxime nomina in *ινος* et *υνος* exeuntia, quae alio loco de industria tractabo.

§. 7.

Sequitur de compositis disputatio priore haud paullo perplexior. Exemplo sit nomen χαυλιόδους, cujus et forma adjectivi similis est ut καρχαρόδους, ἀργιόδους etc. et constructio, κάπρος χαυλιόδους. Sed si dentes, quos nonnulla animalia habent peculiariter exsertos et falcatos, absolute dicuntur χαυλιόδοντες[83]) itemque dentes canini κυνόδοντες, molares μυλόδοντες, ad substantivi naturam accedere videtur. Quaeritur ergo duone sint diversi generis nomina an cum adjectivo χαυλιόδους, ubi de dentibus dicitur, occulte gliscat notio substantivi, quod ῥητῶς addidit Herodotus II. 68. ὀδόντες χαυλιόδοντες. Estque consuetum Graecis substantivo adjungere epitheton ab eodem nomine compositum γῆ λεπτόγεως Geopp. III. 1, 19. γῆ βαθύγεως Herodo. IV. 23. εὔγειος Anecd. Cram. I. 152, 7. λύκος μονόλυκος Arat. 1124. ἵππος μόνιππος, κύων ἔκκυνος aliaque in Dissert. de Fig. Etym. collecta. Horum autem nonnulla usus popularis aura eo evexit, ut spreto, quo olim nitebantur, sustentaculo ipsa per se consisterent, ἡ μεσόγεως, ἡ πανσέληνος, ὁ μόνιππος (et τρύσιππος Anecd. Bekk. Ind.) ἡ παράθυρος v. Wyttenbach. ad Eunap. p. 195. Ad hoc igitur exemplum adjectivum χαυλιόδους usurpari potuit pro substantivo. Sed hinc non cogitur, substantivum esse non posse; quod ut consequamur, redordienda est quaestio, quam ad Phryn. p. 600. tractavimus brevius angustiusque, quam quod ad praesentem causam satis sit. Examinabuntur ergo substantiva non solum quae ab adjectivo et substantivo, sed etiam quae a duobus composita sunt substantivis.

§. 8.

Horum duo constituam genera ac primum eorum, quae

---

83) Arist. H. A. IV. 11, 7. ὀδόντες καὶ χαυλιόδοντες. Ac *brochus* modo dens dicitur eminulus modo homo.

notionibus, ut dicam quomodo possum, coordinatis constant, *πλουθυγίεια, ἁρμάμαξα, κυνόμυια, ἀνδροθέα, λιμνοθάλαττα, Κελτογαλάται*, Indoscythae; ex altera declinatione *λυκάνθρωπος, ῥινόβατος, θεόταυρος, θερμοκύαμος, κροτοθόρυβος, εὐρύνοτος*, (euroaquilo, austroafricus) *ἀριστόδειπνον, δορυδρέπανον*, Gallograeci; ex tertia *ἀνδρόπαις, ἰατρόμαντις, κυναλώπηξ, ἀνθρωποδαίμων, καμηλοπάρδαλις, θυρέασπις, Κελτολίγυες*, Syrophoenices; quorum ea, quae in principio cujusque ordinis collocavi, auctores antiquos et classicos habent, cetera minus. Tum hominum nomina propria a Comicis ficta: *Εὐβουλοθεόμβροτος* Sopatri fabula Athen. III. 86. A. *Ὀρεσταυτοκλείδης* Timoclis XIII. 567. E. *Διονυσαλέξανδρος* Cratini, et ex iisdem fontibus derivatum *Ἐξηκεστιδαλκίδαι* Hesych. *Ἰκαρομένιππος* Luciani; *Ἡρακλειοξανθίας* Arist. Rann. 499. quod numerorum causa epenthesi poetica auctum videtur[84]), unde non procul distat Tzetzianum *Ἰαμβλιχοπορφύριος* Chil. VII. 495. et 540. et triplicatum Aeschyli vel alius poetae *Ἑρμοκαϊκόξανθος* Aristot. Poet. c. XXII. postremo deorum nomina *Τιτανόπαν* v. Dissert. II. C. I. §. 1. *Ζηνοποσειδῶν* Athen. II. 42. A. VIII. 337. C. quo significantur Jovis et Neptuni numina in unum conflata ut Hermeracles, *Βησαντίνοος*, si quidem idem nomen fuit herois quod urbis[85]). Nos cogimur appositione uti, *Tasso-goethe*, quod H. Vossius finxit, similiterque Sophocles Phil. 417. *Σίσυφος Λαέρτιος*, quod Hermannus recte interpretari videtur *Σισυφολαέρτιος*, sed adjectivum dici nolim. Sic etiam Graecia Gallia dicitur et Gallograecia v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. I. 84. *Καισάρεια Αὐγούστα* et *Καισαραυγούστα*, ut *Τιβεριοκλαυδία* v. Friedemann. ad Strab. L. III. 647. Spanheim. de Us. Numism. T. I. 526. Libyes Aegyptii et Libyae-

84) Stephanus *Κυχρεῖος πάγος, τὸ ἐθνικὸν Κυχρεοπολίτης*, fortasse a primitivo *Κυχρεύς* ut *Βασιλεόδωρος* Inscr. Att. N. 276. lin. 19. *βασιλεοπάτωρ* v. Du Cang. Hinc discrepat *Βασιλοκλῆς* Plutarch. de Pyth. Orac. init.

85) Is esse solet andronymorum Aegyptiorum typus, Horapollo, Phoebammon, Panapollo v. Steph. s. *Ἀρταῖα*.

gyptii v. Tzschuck. Vol. II. P. I. 186. et Plautinum tragicocomoedia; neque tamen dicitur lex Aeliosentia vel Liciniomucia ut hodie inscribere solent dissertationes *historicophilologicas*, sed Aelia Sentia etc. Pindarusque Nem. III. 38. coactus est dicere *ἥρως θεός* extra synthesin, quam admittunt *ἀνθρωποδαίμων* et *βροτοδαίμων*. *Ἀφροδίτη Ἥρα* Paus. III. 13, 6. Siebelisio esse videtur *Venus cognomine Iuno* id est conjugalis, quo pacto *Ζεὺς Ἀσκληπιός* Galen. de Adm. Anat. I. 2, 28. T. IV.[86]) *Ἡρακλῆς Θεμίσων* Athen. VII. 390. A. *Κύπρις Ἀρσινόη*, *Ἀφροδίτη Λαμία* etc. pleniusque *Μενεκράτης ὁ Ζεὺς ἐπικαλούμενος* Athen. VII. 289. A. Sed de compositis non raro dubitatio incessit, quaenam sit partium, quibus constant, inter se ratio, nec de propriis solum sed etiam appellativis. Nam *μυρμηκάνθρωπος* significare potest *τὸν αὐτὸν μύρμηκα ὄντα καὶ ἄνθρωπον*, neque minus *τὸν ἐκ μυρμήκων ἢ κατὰ μύρμηκας γεγονότα*. Eademque ambiguitas adjectivorum. Namque *ἀρτιοπέρισσος*, *γλυκύπικρος*, *λειαύστηρος*, *λευκόπυῤῥος* Aristot. de Color. VI. 792, 16. *λευκομέλας*, *μελανόφαιος*, *ὠχρόξανθος*, *albogilvus*, *dulcamarus*, sine dubio ex paribus juncta sunt ut *sacer-sanctus* sive *sacrosanctus*. Nec minus certum *ἀνθηροποίκιλος* Philo de Somn. p. 719. E. *ποικιλέρυθρος* et *ἐρυθροποίκιλος*, ex obliquo et recto constare casu perinde ut germanicum *buntgefleckt* et graecum a substantivo compositum *χρυσοποίκιλος*. Sed de *μωρόσοφος* vix dici poterit, utrum denotet *τὸν τὰ μωρὰ σοφόν* ut *ὁ τὰ μικρὰ ἄδικος* Liban. Decl. T. I. 248. quem Horatius insanientis sapientiae consultum dixerit, an sic, ut alia disparata *δικαιάδικος* Phil. de Judic. p. 719. E. *ὑψηλοτάπεινος καὶ μεγαλόμικρος* de Joseph. p. 546. C. quibus nequaquam aequiparanda sunt *μεγαλάδικος*, *μικροπόνηρος* etc.

§. 9.

Prioris igitur generis, quod ex disparatis conflatum est,

86) *Ζεὺς Ἀμφιάραος* Dicaearch. V. Graec. p. 122. T. II. ed. Gail. *Ζεὺς Τροφώνιος*, *Ζεὺς Ἀγαμέμνων*, *Ποσειδῶν Ἐρεχθεύς*, *Ἄρτεμις Ἰφιγένεια*, *Ἀθηνᾶ Γοργώ*, quorum tamen nominum nonnulla fortasse epitheta sunt vel localia vel attributiva *ἐρεχθεύς ὁ ἐρέχθων*, *ἥρα* hera, *γοργώ γοργή*, *ἰφιγένεια*.

exempla utique extant apud veteres probatosque auctores, sed neque multa neque multorum usu celebrata, ferculisque similia, quae in divitum tabulis apponuntur magis ad degustandum quam ad percipiendum. Secundo genere continentur substantiva, quorum partes non pares inter se, sed una ab altera definita est: *θηριόδηγμα, κροκόμαγμα, κυνόκαυμα, χρυσόνημα, ἀερόμελι, οἰνόγαλα*, et feminina *αἰγίβοσις, βούβοσις, βελόστασις, ἱππάφεσις, ξενόστασις, καλαμάγρωστις, πυργόβαρις, μονάλυσις*, masculina *μηλοπέπων, νειλοκροκόδειλος* Paul. Aeg. VII. 242. *φοινικοβάλανος* Plut. Quaest. Nat. V. 6. in lemmate, et in Inscr. Att. N. 123. lin. 20. *κνιδόκοκκος, οὐρανοκλίμαξ* Philo de Somn. p. 565. D. quorum terminatio quidem ambigua, sed significatio ea est ut substantivis adnumerari debeant. Neque dubitatio ulla de protoclitis *αὐλοθήκη, βουκάπη, γαστροκνήμη* Theophyl. Hist. III. 1, 63. *ἐντεροκήλη, ζυγοτρυτάνη, ἱππαγέλη, κεντρομυρσίνη, κυνοκράμβη, λαιμοπέδη, λινοκαλάμη, ναυσιπέδη, νεφρομήτρα, οἰκοσκευή, πυξάκανθα, ῥινοπύλη, σικιννοτύρβη, σκελοτύρβη, χειράμαξα* (chiramaxium), *χρυσοκόλλα*[87]), *ὠμοπλάτη*. Quibus nunc addam nomina, ab adjectivis vel adverbiis inducta, *κολίκυμα*, monochroma, monogramma, *μεσόζευγμα, μεσόφθεγμα, ψευδόπτωμα, ψευδόστομα, δίγαμμα, ὀπισθοκάλυμμα, ἀλυκτοπέδη, γλυκύῤῥιζα, θηλύπρινος, θηλυκράνεια, Καλλικολώνη, κολοβομάχη, κολοιτέα, ὀξυμυρσίνη, χλωρόσαυρα* Schol. Theocr. II. 58. VII. 22. *χαμεύνη, Ἐλευθερολάκων, Ἐλευθεροκίλιξ, Ἐτεόκρης, ὀρθοπρίων, μονοκέλης, χωλίαμβος, βόαγρος* conversis partibus ut latinum equiferus. Verum hoc tanto exemplorum numero nequaquam efficitur, hanc in componendo rationem graeco sermoni nativam et legitimam esse. Nam neutra illa in *μα* exeuntia novitia sunt ad unum omnia; caetera certis continentur finibus, vasorum, instrumentorum, thecarum, corporumque naturalium vocabula,

87) *Χρυσοκόλλα* Athen. III. 111. A. *χρυσοκόλλη* Hippocr. Mul. I. 689. T. II. *σαρκοκόλλα* Galen. de Comp. Med. p. Locc. IV. 5, 719. T. XII. *ταυροκόλλα* V. 3, 837. *ξυλοκόλλα* Paul. Aeg. VII. 22, 258. sed *ἰχθυόκολλα* III. 3. VIII. 3, 239.

pars antiquo usu sancita, pleraque deflorescente Graecia a medicis, rhizotomis aliarumque artium antistitibus recepta, quorum rationem nullam ducunt sermonis graeci exactores. Alia significantiae causa usurpantur ut *κυνάμυια*, *πειθανάγκη*, *δυςελένη*, *κορωνεκάβη*, aut aliam quandam notam abnormis fictionis prae se ferunt. Nec pauca Grammaticorum judiciis damnata jacent, quae hoc loco strictim percurram.

§. 10.

Κυνυλαγμός, quod Critici nonnulli Homero tribuerunt Il. XXI. 575. Scholiastae Simonidem in exemplum traxisse narrant sed factum improbant; *στομαλίμνη* Aristarcho auctore poetae exemtum, neque acceptum est *κεραΐπες ἀντὶ τοῦ ἐν τοῖς κέρασιν ἶπες* Od. XXI. 395. Pro *ἀφρόνιτρον* et *σύαγρος* quid Attici probaverint Phrynichus docet eademque opera ingentem catervam nominum similiter compositorum proculcat et jugulat. Eustathius p. 1944, 7. *ἡ ἀγρία ἔλαιος κατὰ Αἴλιον Διονύσιον* (adde *κότινος*) *καὶ οὐκ ἀγριέλαιος*. Moeris *Μελίκρατον ἀττικῶς, οἰνόμελι καὶ ὑδρόμελι ἑλληνικῶς*, quo edicto *ἐλαιόμελι*, *ὀμφακόμελι* et cetera rejiciuntur. Galenus de Succ. prob. IV. 779. T. VI. *τινὲς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν ἐν συνθέτῳ προςηγορίᾳ φοινικοβαλάνους ὀνομάζουσιν αὐτούς· οἱ δὲ παλαιοὶ Ἕλληνες φοινίκων βαλάνους*. Anonymus de Barbarism. in Anecd. Boisson. T. III. 239. *περὶ τὰ σχήματα σολοικίζουσιν οἱ λέγοντες ὄναγρον. Τὰ γὰρ σύνθετα ἐκ διαιρέσεως προφέρονται Ἀττικοί*. Lucianus Lexiph. §. 4. *ὀρθοπάλη* reprehendit, quod, ut *ἀνακλινοπάλη*, excusationem habet tanquam vocabulum artis, antiquis tamen neutrum usitatum ac pro illo *ὀρθὴ πάλη* dictum est. Suidas *Ἄμη ὃ ἡμεῖς πυράμην οὐκ ὀρθῶς*. Pollux I. 103. *εἴρηται καὶ ἱστιοκώπη πλεῖν ἀλλὰ βέλτιον εἰρεσίᾳ*, de quo idem valet; nec similia *οἰνοχόη*, *γυιοπέδη*, a veteribus declinata, qui haec instrumentorum nomina immutare non potuerunt, nam *ὑδροῤῥοΐα*, *γυιοπεδία* alium haberent intellectum vel actionis ut *αἱμοῤῥοία*, vel loci ut *μιλτωρυχία*, *λεωπετρία*, quod et *λεωπέτρα* scribitur v. Wesseling. ad Diod. III. 15, 490. *ῥιζωνυχία*. Sed quae hanc excusationem non habent, aegre

concedentur veteribus. Ἀβρόπους et ἐλαφρόπους pro ἁβρός et ἐλαφρὸς πούς jam alii sustulerunt; pro ξεναπάτη apud Pollucem recte emendatum est ξεναπάτης ut φρεναπάτης. Ὁμηραπάτη et ξενοκυσταπάτη jocalariter ficta; λεσχομάχη Lexicographi asciverunt e Timonis versu, ubi λεσχομάχων legitur; nec fidei satis habet φρενολύπη, quod Aeschylo tribuit Hermannus. Zoega de Obelisc. p. 36. „Latini, inquit, ex ἀγαθὸς δαίμων finxerunt Agathodaemonis vocabulum, quod graecum ut sit dubito.“ Certe a Graecis usurpatum est; Simplicius in Categ. B. η. b. ὅταν μὲν γὰρ ἓν ᾖ τὸ πρᾶγμα καὶ τὸ νόημα ἕν, ἁπλοῦν ἔσται τὸ λεγόμενον κἂν ἄνευ συμπλοκῆς κἂν πλείονες αἱ λέξεις δοκῶσιν ὡς ἐπὶ τοῦ Νεάπολις ἢ ἀγαθοδαίμων, sed adjective ut εὐδαίμων, κακοδαίμων, quae si de daemonibus dicuntur, substantivorum speciem induunt, qua falluntur incauti. Sic Clemens Cohort. p. 42, 19. (p. 31. B.) Sarapidem simpliciter vocat τὸν μεγαλοδαίμονα, diabolum Eusebius Dem. IV. 158. C. et in Plat. Civ. VII. 527. C. ad sententiam nihil interest, utrum ἐν τῇ καλῇ πόλει scribatur an ἐν τῇ καλλιπόλει, nec tamen ideo si quis pulcram conspexerit urbem, dicere poterit εἶδον καλλίπολιν. In Eur. Troad. 536. χάριν ἄζυγος ἀμβροτοπώλου, si dea significatur postremum epitheton sic intelligi debet, ut κλυτόπωλος v. Mehlhorn. ad Anacr. p. 132. si vero equus Durius, deest nomen ἵππος, sed compensatur duobus epithetis ἄζυξ et ἀμβροτόπωλος, quorum illud animo cogitationem jumenti objicit, ut *bijugus*, *quadrijugus* et μονάμπυξ, quae pariter absolute dicuntur; alterius autem pars posterior id ipsum significat quod ἵππος. Plenius vero dici potuit ἵππος ἀμβροτόπωλος, sicut saepe nominibus adduntur epitheta a nomine synonymo vel homoeosemo composita, κόρος μονόπαις Eur. Alc. 905. εὔπαις υἱός Nonn. XXIV. 86. ἀρσενόπαις γόνος Anth. Plan. N. 131. p. 666. ἀνθρώπων ἀνάνδρων Plut. V. Marc. c. XIII. εὔορνιθες οἶωνοι Dionys. Antt. II. 73, 398. τηλέχθων γαῖα Oppian. Hal. IV. 336. βαθύχθων αἶα Aesch. Sept. 306. σελήνη πάμμηνος Plutarch. de Fac. Lun. XXII. 71. T. XIII. χαίτη εὔθριξ et κυανόθριξ Poll. I. 189. Anth. Pal. VI. n. 250. φόβαι ὀρθότριχες Dionys. Antt. VII.

72, 1491.[88]) ὄμματα εὐόφθαλμα Aristot. H. Ann. IV. 2, 6. ὀφθαλμοὶ εὐωποί Aelian. H. Ann. V. 47. δύςζωος βίοτος Epigr. Adesp. DCLVIII. quae epitheta omnia praedicati loco adjungi possunt τὰ ὄμματα τῆς κόρης εὐόφθαλμά ἐστιν, ut εὔπαις ὁ Λατοῦς γόνος Eur. Iph. T. 1234. ac sive synonymis adjunguntur sive heteronymis, modo τὸ ἔχειν significant modo τὸ εἶναι. Itaque quod supra dicebam ἀμβροτόπωλον et deam dici et equum, eadem est Scholiastae dubitatio Eur. Or. 964. Περσέφασσα καλλίπαις θεὰ ἢ ἔχουσα καλὸν παῖδα τὸν Ἴακχον (ut mater ejus dicitur Δηὼ ἀγλαόπαις Nonn. XIII. 190. et attice Καλλιγένεια) ἢ ἡ οὖσα καλὴ παῖς, sicuti δελφὶς μεγακήτης Il. XXI. 22. explicatur ὁ μέγα κῆτος ὤν, quod imitatus Gregorius Naz. Carm. III. p. 67. A. μεγακήτεα θῆρα dixit; γλυκυπάρθενοι Ὧραι Meleag. Ep. LIV. φιλοπάρθενος Αὔρη Nonn. XLIV. 431. pro quo εὐπάρθενος dici potest, ut φιλότιμος Aesch. Eum. 1032. idem fere valet quod πολύτιμος, eademque δυςπάρθενος dicitur Nonn. XLVIII. 421. et Diana εὐπάρθενος Anth. VI. n. 287. item Dirce nympha Bacch. 520. et lymphae Niliacae καλλιπάρθενοι ῥοαί Hel. v. 1. nisi ita dicuntur ob inhabitantes Nymphas, ut et Τιλφῶσσα καλλίκρηνος Pind. Fr. CCXI.[89]) incertum est utrum aquá fontana dicatur καλὴ κρήνη οὖσα an dea καλὴν κρήνην ἔχουσα. Nobis licentia minor; nam si forte liceat *unser grossherzoglicher Herr* ut *unser koeniglicher Herr*, tamen non licebit *die grossmuetterliche Frau*, ut Graeci dicunt μεγαλομήτωρ πόρις. In his autem omnibus nihil est, quod substantivis asseri debeat, sed persaepe species substantivorum existit fallax et ludificabilis, velut si quis de Horis Musisve loquutus deinde eas absolute appellet τὰς εὐπαρθένους vel καλλιπαρθένους. Graecique posteriores haud raro epitheta solemnia et fixa nominibus agglutinarunt; ὁ ἀρεόπαγος vel ἀρειόπαγος, quod ad Phryn. p. 599. apud antiquos scriptores reperiri

---

88) Euplocamus capillus Lucilii respondet graeco εὐπλόκαμος κίκιννος Anth. Pal. V. n. 197.

89) Eustathius, unde hoc affertur, ab Athenaeo accepit II. 42. E.

negavi, legitur in Inscriptionibus atticis aevi, quod dicitur, romani v. Taylor. ad Lys. 766. Inscr. Att. N. 181. *Καλάκτη* Calacta vocata est urbs, quam veteres *Καλὴ ἀκτή* dixerunt v. Casaub. ad Athen. p. 273. E. *καλαμίνθης* nomen jam apud Theophrastum legitur, neque abhorrent ab hac compositione tituli dignitatum et officiorum *ὁ πρωτόμαρτυρ*, *ἡ καλλίμαρτυς*, *ὁ μεγαλοσοφιστής*, *μεγαλοκήρυξ*, *μεγαλοδαίμων*, quod germanice dicendum *der Grossdaemon*, ut Palaeopolis *die Altstadt*; *ἀριστοπολείτης* Inscr. Megar. N. 1226. pro quo in seqq. saepius legitur parasyntheton *ἀριστοπολιτευτής*. Neque tamen haec libertas infinita est. Platonem regem Persarum *μεγαβασιλέα* dixisse, quod codd. praebent Civ. VIII. 553. C. non concesserim, nedum quemlibet alium regem magnum, etsi Graeci interregem dicere coacti sunt *μεσοβασιλέα*. Ac si quid in hoc genere tentatum est, apparet ex uno exemplo fluxisse compluria. *Αἰνόπαρις*, *αἰνολέων*, *αἰνόλυκος*, *αἰνογίγας*, *αἰνοτύραννος*, *μονόλυκος*, *μονογέρων*, *μόνιππος*, *μονοκέλης*, *μονολέων*, *Κακοΐλιον*, *κακογείτων*, *κακόδουλος*. Sed *οἰοβουκόλος* Aesch. Suppl. 304. sic ut *ἱπποβουκόλος* compositum est, non ab adjectivo, quod si licuisset, Herodotus IV. 149. nomen *Οἰόλυκος* ut *μονόλυκος* interpretatus esset potius, quam quia pater illum *ὡς ὄϊν ἐν λύκοις καταλείψειν ἔφη*. Sed jam satis patere arbitror, quibus hoc genus regatur finibus, neque erit qui ad exemplum Herodoteum *ὁ ἱπποπόταμος χαυλιόδοντας φαίνει* dici posse putet *ἡ κόρη καλλιόδοντας φαίνει*, aut quia vasa et loca vocantur *αἰγίβοσις*, *βελόστασις*, *βούστασις*, *ἱππάφεσις*, *ἐτνήρυσις*, *ζωμήρυσις*, *οἰνήρυσις*, quorum nonnulla satis antiqua sunt, his utatur ad defendenda inferioris Graecitatis figmenta *βαρβαρόλεξις*, *ὁμοιοκατάληξις* Schol. Od. *Η*. 116. *ὀπισθοδίωξις*, *πρωτόπλασις*, *ὀρθόστασις*, quaeque alia ad Phryn. p. 601. contuli. Nec magis probandum *βούλυσις*, quod Cicero in quadam ad Atticum epistola abjecit. Sed *βούβοσις* et *βούβρωστις* proprio quodam continentur genere per omnes declinationes sparso, *βούλιμος*, *βούσυκον*, *βούπεινα*. Et *αὐξομείωσις* habet excusationem disparatorum ut *φαγησιπόσια*. *Μεθυσοχάρυβδις* ioci causa fictum est ut *ποντοχάρυβδις*,

γαστροχάρυβδις et *ἐγγαστριμάχαιρα*. Postremo quae Hesychius affert *Δύσοδος κακὴ ὁδός*, *Εὐγηρότατος καλὸς γέρων*, *Εὔυπνος καλὸς ὕπνος*, *Παλαιθέου παλαιᾶς θεοῦ*, procul dubio adjectiva sunt a substantivo suo revulsa, ut et *Ζευξίλεως ζευκτὸς λαός*, pro quo Ellendtius in Lex. Soph. T. I. 741. recte emendat *ζεύκτης λαοῦ*. De eodem Sophocle Pollux III. 141. *Σοφοκλῆς τὴν ἀγωνοθεσίαν ἀγωνοθέτιν μοχθηρῶς ἐκάλεσε*, ubi recipiendum erat, quod codd. offerunt, *ἀγωνοθήκην*, nam *ἀγωνόθεσιν* quod Guil. Schneiderus in Lex. Soph. s. h. v. proponit, versuum generi, cui nomen istud convenit, inhabile, ad analogiam nihilo aptius quam *ἀγωνοθήκη*, quod cur reprehendatur apparebit ex comparatione similium *ἀρτοθήκη*, *αὐλοθήκη*, *βελοθήκη*, *ἐγγυθήκη*, *ἡδυσματοθήκη*, *ὀσπριοθήκη*, *ὀζοθήκη*, *ἱματιοθήκη*, *νομοθήκη*, *σκευοθήκη*. Sed haec res illuc nos revocat, unde digressi sumus, ad disceptationem substantivorum et adjectivorum.

§. 11.

Etenim nomina illa substantivis asseruimus simplicissimam rationem sequuti. Quid enim tam obvium, tam ad manum est quam hoc, pro *αὐλῶν θήκη* conjuncte dici *αὐλοθήκη*, ut *Ἀρκτῶν νῆσος Ἀρκτόνησος* Steph. *βουκάμπη ἡ τῶν βοῶν κάμπη* Arcad. p. 102, 18. *ἀγριὰς μαλάχη κατὰ συναλοιφὴν ἀγριομαλάχη* Schol. Nic. Ther. 89. ut Empedocles *πόλις ἄκρη*, Libanius Decl. T. II. 402. *γραμμάτων διδάσκαλος* et p. 195. *σάκκων ὑφάνται* etc. Quo accedit, quod praeter *ἐνδιάθηκος* et *ἀσύνθηκος* Onosand. c. 37. nullum nobis innotuit nomen in *θηκος* desinens. Verum haec ratio abest ab aliis. Nam quum Apollonius I. 1194. dixerit *ἰοδόκη φαρέτρη*, concedi debet pro *ἰοδόκος φαρέτρη* Hom. et Pittac. Scol. et pro *οἰνοδόκος φιάλη* Pind. dici potuisse absolute *ἡ ἰοδόκος* vel feminine *ἡ ἰοδόκη* et genere neutro *ἰοδόκον* ut *κυμινοδόκον*, quod Pollux X. 93. cum *κυμινοδόχη* et *κυμινοθήκη* componit. Neque sejunctum ab hac suspicione *μυιοσόβη* propter adjectivum, quod ad referri potest, *μυιοσόβος* v. Jacobs. ad Aelian. p. 519. Ac si quis vocabulis vulgari usu tritis *βελονοθήκη*, *δορατοδόκη*, *ὀψοδόκη*, *καπνοδόχη*, illam poeticae

motionis licentiam concedere vereatur, hunc scrupulum eximunt τράπεζα, τρίπεζα, aliaque adjectiva, quae cum significatione substantivorum terminationem eam acceperunt, qua sunt substantiva simplicia v. Dissert. de Mot. Adject. Et ex hoc ipso genere est ὑδροδόκη καὶ ὑδροχόη φιάλη Theodori Hyrt. p. 61. in Anecd. Boisson. T. III. Hinc latus aperitur suspicionum campus. Ab antiquo verbo ἀγρέω (αἱρέω) non solum σύαγρος ducitur et μυίαγρος, neutrumque πάναγρον, sed etiam feminina βαλανάγρα, πυράγρα, μυάγρα et γαλεάγρα, quo non solum instrumentum capturae sed et cavea significatur pariterque Theocritus I. 52. caveam asservandis locustis ἀκριδοθήραν vocavit, pro quo codd. nonnulli ἀκριδοθήκην praebent Meinekio probatum. Verum si similiter terminata attendimus, ἀρτοθήκη, βιβλιοθήκη, οἰνοθήκη et quae paullo ante produxi, eo adducimur, his nominibus significari thecas sive apothecas, armaria et repositoria rerum inanimatarum, ἀκριδοθήκη autem non magis dici posse quam βουθήκη vel ὀρνιθοθήκη pro βουσταθμός et ὀρνιθών sive ὀρνιθοκομεῖον. Locustarum autem venationem non ἀκριδοθήραν dici arbitror, sed ἀκριδοθηρίαν, ut εὐθηρία, δυςθηρία, φιλοθηρία, ac si Gaza, ut Stephanus ait, ὀρνιθοθήρα dixit pro aucupio, certe a patrii sermonis consuetudine defecit. Neque *panthera* in Ulpiani loco: *quum futurum jactum retis a piscatore emimus aut indaginem plagis positam a venatore vel pantheram ab aucupe,* per se significat πᾶσαν τὴν θήραν sive, ut Lexicographi nostri, *den ganzen Fang,* quod πανθηρία dicendum fuisset, sed proprie quidem *rete,* estque femininum adjectivi a verbo compositi πάνθηρος, quod Romani feminine extulerunt *panthera*, ut *crocota, diota, amphora,* animum ad substantivum quoddam referentes jam diu oblivione obrutum. Quemadmodum autem persaepe continens ponitur pro contento, ita illo quoque loco πανθήρα significat universam avium copiam quae intento rete capta est. De quo quum recte admonuisset Salmasius de M. Us. p. 353. temere obloquutus est Duckerus de Latin. Juriscons. p. 367. (400.) [90]. Haec

90) Herbae, quae a Dioscoride ὀνάγρα et ὀνοθήρα, a Theophrasto

igitur causa est cur ἀκριδοθήρα Theocrito eximi nolim, etsi aliud hujus significationis exemplum afferre nequeam praeter neutrum σκιόθηρον. Si vero haec duo, quae modo perstrinxi, adjectiva sunt, si κυνάγχη quoque morbi nomen, quod et κύναγχος dicitur, quid illa videntur quae a nominibus composita sunt? Vinea non solum οἰνόπεδον dicitur ut οἰκόπεδον, γήπεδον, λακκόπεδον, ὀρχίπεδον, sed etiam οἰνοπέδη, quod adjectivum esse hoc facilius adducimur, quod Oppianus scripsit Cyn. IV. 331. οἰνοπέδῃσι φυτηκομίῃσιν, a Schneidero immutatum sed injuria. Si substantivum esse credimus, mirum est cur compositum alius sit generis et terminationis ac simplex, neque hoc solum in οἰνοπέδη eveniat sed in pluribus, κιναχύρα, λιμόψωρος, βόαυλος, μέσαυλος, quod et neutro genere dicitur τὸ μέσαυλον ut γεώλοφος et γεώλοφον. Sed quae simplicium substantivorum formam retinent immutatam, ὑδρομύλη, καλλιελαία, μυάκανθα, ὀξυάκανθα, λευκάκανθα, ἐρπάκανθα, ὁλόσχοινος, ὀξύσχοινος, τρίοδος etc. paribus utrinque distant intervallis. Nam ut ἀγριέλαιος non modo substantive significat oleastrum sed etiam adjective dicitur, σκυτάλη ἀγριέλαιος, idem in καλλιελαία quadrat; θυμελαία vero et χαμελαία haud dubie substantiva sunt composita. Nec quidquam obstat, quominus femininum adjectivi πολυάκανθος absolute ponatur substantivi instar retenta forma simplicis; et ad hanc formulam reliqua. In oraculo Paus. VIII. 9, 2. οὗ τρίοδος καὶ τετράοδος καὶ πεντακέλευθος, quis non concedat tria adjectiva conjuncta videri substantivorum vicaria? Hisque omnibus, si masculina sunt, subjici potest nomen generale τόπος, si feminina, illud ipsum, in quod desinunt, ὁδός, sicut ἡ δεκάπληγος, ἡ ἑτεόκριθος, ἡ πανσέληνος, ἡ τετράβιβλος. Ac ne opus quidem est supplemento, si sumamus eos, qui primi rebus vocabula imposuere, nonnunquam substantias appellasse adjective a specie, quam prae se ferrent, eminentissima et ad animadvertendum maxime insigni, atque exempli causa editam montis partem τὴν ἄκραν appellasse non quod

---

autem ὁ οἰνοθήρας vocatur, natura ignotior est quam ut genus agnosci possit

animum ad notionem τῆς κορυφῆς referrent sed per se ipsam, genere autem feminino usos esse ob eandem causam, qua κορυφή feminine appellaretur, et similiter ἡ τρίοδος, ἡ ἁμαξιτός, quia ὁδός, κέλευθος, οἶμος, τρίβος, ἀγυιά, agea, via, feminina sunt. Ac si simplicium genus qua ratione nitatur plerumque incompertum est, quis sollicite quaerat cur ἡ ξύλοχος dicatur et ὁ δρύοχος? Fortuitum est, quod nomina viae individua in usu retenta sunt, quae si in prima linguae fabrica intercidissent, nemo dicere posset cur ἡ πλατεῖα, ἡ στενωπός, ἡ λεωφόρος, ἡ ἁμαξήλατος, strata, semita, enuntientur genere feminino. Ac profecto fieri potest, ut quae nobis substantiva videntur primitiva, reapse adjectiva sint via, ἀγυιά [91]). Sed ut haec omittam, quae longe ab intelligentia nostra disjuncta sunt, illa de compositis quaestio, quam adumbrare conati sumus, in meas partes successuris studiosius pertractanda erit, si qua ad exitum perduci possit. Equidem hoc loco nihil ultra addam praeterquam de accentu, ne quis hinc auxilium petat. Primum nomina verbalia in μος exeuntia, sive parasyntheta sunt sive composita, modo accentum simplicium servant, ἀκροχειρισμός, ζυγοσταθμός Plutarch. de Fac. Lun. XV. 50. T. XIII. κολοσταθμός Hesych. ἱμαντελιγμός, κροκυλεγμός, κυνυλαγμός, μηλιανθμός, ὁπλοκαθαρμός, modo retrahunt, βούσταθμος, γονατόδεσμος, ζυγόδεσμος, κοιλιόδεσμος, κυνόδεσμος, στρωματόδεσμος (quod nonnunquam acuitur v. ad Phryn. p. 401.), σκελόδεσμος, ὠρόδεσμος, similiter adjectivis λινόδεσμος, λυγόδεσμος etc. Tum aliter figurata sine ullo coordinatorum et subordinatorum discrimine: ἱπποποταμός Damasc. Phot. Cod. MXLVIII. 557. latinum hippopotamus ut Areopagus, quod elegantius dirimitur ἵππος ποτάμιος Herodo. II. 71. Plutarch. de Is. c. 32. et 50. Strab. XV. 707. Arrian. Ind. VI. 38. v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III.

---

91) Stephanus Ἀγυιά (παρὰ τὸ ἄγω) ὡς παρὰ τὸ ἅρπη (ἅρπω Herodian. ap. Orion p. 28.) ἅρπυια, ὀρέγω ὄργυια. Ἅρπυια certe adjectivi simile ut αἴθυια i. q. αἰθή, θυῖα i. q. θύσα (ut φθῖσα ἡ λεπτὴ ἀπὸ φθίσεως Hesych.) apud Lycophronem, Ὠρείθυια, Καλλίθυια, illa a furendo nominata ut θύελλα, haec a sacrificando.

P. I. 269. μελάμπυρος et διόςπυρος Theophr. Ἀκρόλισσος Strab. VII. 316. χαμαίδρυς Alex. Trall. VIII. 2, 400. ἀρκόμυς Cyrill. in Adn. ad Hesych. s. χοιρογρύλλιον, et his contraria χρυσαττικόν Alex. Trall. II. 2, 135. V. 4, 249. συραττικός Athen. IX. 368. C. βυρσοπαφλαγών (cujus aliam rationem affert Goettlingius de Acc. p. 60.) et ἱππαλεκτρυών Aristoph. λευκομαινίδες Athen. VII. 313. E. Nec raro ejusdem nominis accentus variatur; Μαιδοβιθυνοί Strab. VII. 295. apud Stephanum proparoxytonum est, ut ῥοδόκισσος Theocr. χαμαίκισσος Paul. Aeg. VII. 22, 258. Diosc. Mat. IV. 124. (126.) 610. sed acuta ultima Galen. de Simpl. Med. Fac. VIII. 22, 153. ὀρειπέλαργος Aristot. H. Ann. IX. 32. p. 618, 34. in codd. nonnullis acuitur, ut et λευκερώδιος VIII. 3. p. 593, 2. pro μελαναιετός et ὑπαιετός [92]) Bekkerus proparoxytona substituit, ut ἁλιαίετος scribitur Eur. Polyid. I. Arist. l. c. VIII. 3. p. 593, 23. Mirab. LX. etsi in hoc quoque libri variant, et ὑψιαίετος Anton. Lib. c. XX. βυρσαίετος et γρυπαίετος apud Aristophanem sine ullo discrepantis scripturae indicio, sed pro λευκερώδιος Aristot. H. Ann. VIII. 3. p. 593, 2. plerique codd. oxytonum praebent, quo accentu sunt λευκερινεός, μητραδελφεός, πατραδελφεός, et nonnunquam πατραδελφός. Ex prima declinatione μυογάλη Diosc. Mat. I. 87, 195. μυγάλη Geopp. II. 47, 12. XII. 17, 3. Galen. Eup. II. 28, 491. T. XIV. Lucian. Philops. §. 7, 256. T. VII. sed paullo post apud hunc §. 8. et in Ther. ad Pison. X. 246. τὰς μυγαλᾶς et τῆς μυγαλῆς, variantque non libri solum ejusdem scriptoris, ut Herodo. II. 67. ubi μυγάλας, μυγαλάς et μυγαλᾶς ut γαλαῖ IV. 186. sed etiam editiones Aristot. H. Ann. VIII. 24. (23.) 3. p. 604, 29. Aelian. H. Ann. II. 37. et VI. 2. et in eodem commate Diosc. Eup. II. 123. p. 322. Herodianus vero π. Μον. p. 6, 23. [93]) inter perispomena refert probantque Bast. Epist. p. 169. Dindorf. ad Athen. p. 584. D. Similiter

---

92) Sic et ὑποτριόρχης dicitur et ὑπολᾶϊς sive ὑπολαΐς, in quo libri maxime fluctuant; Ἀντιλαΐς Athen. XIII. 570. B. et 605. D.

93) In Eupolidis versu ἀλλ' ἐξομιλεῖς με ναὶ μὰ τὴν ἀμυγδαλῆν, fortasse jam alii dixerunt ἐξολεῖς scribendum esse.

nunc τευτλοφάκη scribitur et πολφοφάκη, βολβοφάκη, nunc acuta vel inflexa ultima in Athenaei et Pollucis libris, sed χαμεύνη, χαμαισύκη Gal. de Simpl. Med. VIII. 7. 155. T. XII. et Gloss. s. Πέπλος, Paul. Aeg. VII. 22, 258. χαμαιάκτη Diosc. Mat. IV. 174, 276. Paul. VII. 3, 229. ac saepius. Quae si omnia propter inconstantiam scripturae in neutram partem momentum habent, certissimum retractionis documentum praebet κυνόςουρα, cujus ultima corripitur lege simplicium, ἄρουρα, Ἄργουρα, Κύνουρα, Κόλουρα, Ῥινοκόρουρα [94]) v. Arcad. p. 97, 10. Herodian. π. Μον. p. 13, 21. Steph. s. Αἴβουρα, et quia proprii instar est; quo modo Λευκόπετρα scribitur Appian. Civ. V. c. 109. Strab. V. 211. Ἱεράπυτνα X. 475. et in cod. Stephani. Tertiae declinationis exempla haec sunt: σαγόχλαμυς Suid. s. χλαμύς, ὑποχίτων, ὀπισθοχειμών Hippocr. de Hum. p. 131. T. I. Epidem. I. 387. et III. 481. T. III. ὀπισθοκρηπίς Poll. πτωχαλαζών diversum a synlheto μισαλάζων, πελαγολιμήν, ἱππολειχήν Eutecn. et Schol. ad Nic. Ther. 945. quod Schneiderus in Lex. tacite gravat, ἀγριοσταφίς, χαμευνίς aliaque in Dissert. VI. suo quodque loco disputata. Ac ne verbalium quidem tonosin apud omnes eandem fuisse docemur a Schol. Il. Ξ. 372. τὰ εἰς η λήγοντα θηλυκὰ δισύλλαβα ἐν τῇ συνθέσει μὴ γινόμενα κύρια τότε μὲν φυλάσσει τὸν τόνον, ὅταν μετὰ προθέσεως συντίθηται ὡς τὸ ἀνατολή· εἰ δὲ μετὰ ἄλλου τινός, ἀναβιβάζει, ἱστοδόκη, καπνοδόκη· ὥςτε καὶ τὸ ὑδρορρόη παρὰ τοῖς ἀρχαιοτέροις Ἀττικοῖς ἀναλόγως βαρύνεται, τὸ δὲ ἀναῤῥοή παρ' αὐτοῖς σημειωτέον [95]). Sic ὑδρορόα bis legitur apud Aristophanem et κυματώγη Herodo. IV. 196.

---

94) Graeci haec ex vocabulis graecis composita putarunt; Βοόςουρα Strabonis Ptolemaeus diremit οὐρὰ βοός. Κυνόςουρα et Λυκόςουρα, Κύνουρα, Κυνουρία, Λυκώρεια, fortasse Canimontium, Lupimontium, significant, nonnulla e pluralibus facta singularia.

95) Arcadius p. 102, 21. τὸ ὑδωρῶν (scr. ὑδρορρή) οἱ παλαιοὶ ἐβάρυναν, οἱ δὲ μεταγενέστεροι ὀξύνουσιν οὐχ ὑγιῶς. Idem ἀναρρή gravari dicit sed acui οἰκοσκευή (nisi ὑποσκευή scripsit). Προχόη guttus Alciphr. III. Ep. 47. Hedyl. Epigr. VI. Apollon. I. 456. ut Brunckius e duobus codd. scripsit pro πραχοή, quod ostium fluminis significat.

IX. 100. in Edd. vett. et cod. Schellersh. de quo tacet Gaisfordus; nuperi autem editores *κυματωγή* scripserunt, quomodo legitur Long. Past. III. 28. Agath. Hist. III. 21, 97. A. quasi sit femininum adjectivi *κυματωγός* (ut *ναυαγός*). Sed hoc quamvis conveniat nominibus substantiarum *καπνοδόκη, ὑδροῤῥόη, ὑδροχόη*, quae et masculine appellantur *ὑδροῤῥόος, ὑδροχόος*, tamen vocabulum actuale, quo *κύματος ἀγή* significatur, ab adjectivorum natura longius discedit. Ceterum utrisque commune ut locum denotent.

§. 12.

Verum ille Grammaticorum canon nos commonet, ut ea quoque breviter attingamus, quae cum praeverbiis composita sive potius a verbis compositis derivata sunt. Horum pleraque adjectiva sunt *ἀνάστροφος, ἀπότομος, ἀμφίπολος, ἀντίλογος, ἀντίξοος, διάβροχος, ἔκβολος, ἔντονος, ἐπίτροχος, ἐπίκλοπος, κατάφορος, κατάῤῥοπος, παράμονος, περίτροπος, πρόςφορος, σύμπνους, ὑπόστροφος*, a quibus secerni oportet, quae cum substantivis connexa sunt *ἐπίψογος, ἔκνομος, ὑπόλογος, ἀνάλογος, παράλογος* etc. paucis in medio relictis, quae modo synthetorum significationem habent modo parasynthetorum ut *ὕπαρχος* et *ἐπίσκοπος* v. ad Aj. 976. et 1105. Alterum genus est ex adjectivis et substantivis confusum; namque non solum dicitur *περίδρομοι κύνες* et passive *γαῖα περίδρομος* Nonn. XXV. 388. sed etiam *ὁ τοῦ ἡλίου περίδρομος* Stob. Ecl. I. 440. Maneth. IV. 5. *περίδρομοι ἐτῶν* Phryn. App. 60, 29. *αἱ περίοδοι τῶν περιδρόμων* Dio Cass. XLIX. 43. (fere ut *ἐτῶν ἐνιαυτοί* Arist. Rann. 347.) eodemque modo *ἀντίῤῥους, περίῤῥους, διάπλους, παράπλους, περίπλους*, utrique generi communia. Sed substantiva tamen magis ad femininam inclinant positionem: *ἀνασκοπή, ἀντικοπή, ἀντονή, ἀποτροπή, διαδοχή, ἐκδρομή, ἐπιτολή, παρατροπή, περιπλοκή, προδοκή, συντομή* etc. quae decomposita esse arguit defectus simplicium *λογή, δρομή, πολή, τολή*. Neque mihi exploratum, quo auctore Lexicographi affirment *πρόδρομος* idem significare quod *προδρομή*, sed diversas currentium directiones, excursus, praecursus, occursus,

concursus, Graeci feminine solent appellare· ἀποδρομή, ἐπιδρομή, παραδρομή, προδρομή etc. Ὑπόδρομος vero et διάδρομος, si substantiva sunt, proprie non actionem declarant sed locum ut ὕφορμος et διολκός v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. II. 285. ἀπότροχος, παράπλους, ipsumque δρόμος duplicem latini nominis *curriculum* significationem complectitur. Huic vero simillimum δόμος nunquam dicitur pro δομή sive δόμησις sed solum aedificium denotat, neque πρόδομος a προδέμω derivatum, quod nusquam legitur, sed syntheton est πρό-δόμος, ἡ πρὸ οἴκου παστάς Poll. Atque hic jam recrudescit illa generum contrariorum pugna. Nam quum eadem sit adjectivi forma, Ἑκάτη τῶν βασιλείων πρόδομος μελάθρων Aesch. Fr. CCCC. hoc est προθυραία, et ἀγοραὶ ἀμφίδομοι Oppian. II. 351. quae circum se aedificia habent, quaestio existit, utrum πρόδομος eidem sit adscribendum generi, intellecto vel substantivo οἶκος, quod occulte haeret in τρίκλινος, ἐννεάκλινος v. Athen. II. 47. F. vel eo quicum compositum est ut χαυλιόδους, πανσέληνος. Parque ambiguitas eorum, quae ex praepositione et nomine constant ut πρόναος [96]), quod ubi templi partem significat incertum est, substantivumne sit ὁ ἔμπροσθεν (ναοῦ) ναός [97]), an idem valeat quod προνήϊος ut βῶμοι πρόναοι, Ἑρμῆς πρόναος, Ποσειδῶν πρόνεως Hesych. et Ἀθηνᾶ προναΐα. Neque certum indicium facit accentus. Apollonius de Synt. IV. 3, 306. οὐδὲ τὸ γέλασσε δὲ πᾶσα περὶ χθὼν παράκειται τῇ εὐθείᾳ κατὰ λόγον τὸν τῆς προθέσεως, ἐπιῤῥηματικῶς δὲ τοῦ πέριξ ἢ καθ' ὑπερβατὸν περιεγέλασε. Τὴν γὰρ σύνθετον σχέσιν ἀπείργει καὶ ἡ τάσις ὅτι μηδὲ ἀνεβίβασε τὸν τόνον ὡς τὸ αὐτόχθων καὶ ἐνοσίχθων καὶ ἡ τοῦ σημαι-

96) Pausan. VIII. 32, 1. Lucian. de dea Syr. §. 30. Obliqui autem casus, qui apud Romanos leguntur soli, incertum est utrum ad masculinum an ad neutrum pertineant.

97) Id maxime convenit in ναοὺς διπλοῦς v. Schneider. ad Vitruv. III. 2, 178. alibi vero οἶκος πρόναος intelligi potest, quod Herodotus τὸ προνήϊον vocat. In Eur. Ion. 79. ὡς πρὸ ναοῦ λαμπρὰ θῇ πυλώματα, Wakefieldius scripsit προνάου, nomen poesi inconveniens.

νομένου ἔννοια· μένει γὰρ ἔτι τὸ θηλυκὸν ὄνομα τῆς συνθέσεως μεταβατικὸν ἐχούσης τὸν τόνον. Quo declarat syntheta esse adjectiva, quae sive *τὸ ἔχειν* sive *τὸ εἶναι* significant, cum casu objecti composita sunt: *ὕπαρνοι ὄϊες, ὑπόπορτις ἔριθος, ὑπόπωλος ἵππος, ὑπόπτερος πελειάς*, et ex altera ratione *ὑπόπτερος νεοσσός, ὕπανδροι γυναῖκες*, inauris, intercus, eademque vicissitudine *ὕπαντρος οἴκησις* dicitur, quae subest antro et *ὕπαντρος πέτρα*, cui subest specus (Aelian.) enhydrus *ὁ ἐντὸς ὕδωρ ἔχων* ut *ἔμπαις ἡ ἐγκύμων* Hesych. et *ὁ ἐν ὕδατι ὤν*, ut *ἄμπαιδες* qui pueris praesunt. Itaque lacus, quem terra ambit, vocari potest *περίχθων*, contraque Oceanus terram ambiens *περιχθών* dicitur Anth. Pal. IX. n. 778. sive potius, ut Brunckius scripsit *περίχθων*, neque necessariam duco Jacobsii emendationem *περισχών*. Suspectius vero est, quod legitur in Orphei carmine *π. Σεισμ.* v. 57. *εἰ δὲ — ἐλελιχθῇ γαῖα περιχθών* (hoc accentu) nisi haec duo nomina valent *ἡ περιχθόνιος γῆ* sive *περίχωρος*, quemadmodum locus mediterraneus *μεσόχθων* vocatur Dionys. Antt. I. 49. quae brevior forma proprie attributa est substantivis *ἡ ἀντίχθων* id est *ἡ ἐναντία ταύτῃ γῆ* Aristot. de Coel. II. 13. Sic *ἀμφίπολις, ἀπόπτολις, ἔμπολις, περίπολις*, adjectiva sunt, sed eandem speciem substantiva habent *πρόπολις, ἀμφίπολις ἡ ἰσθμῷ ἢ πορθμῷ προςοικοῦσα πόλις* Poll. IX. 27.[98]) Quumque res sint permultae, quibus circumjecta urbs *ἀμφίπολις* dici possit, tum proprie ita vocari convenit *τὴν πόλει ἀμφικειμένην πόλιν*, sicut *ἀντίπολιν* urbem urbi oppositam ut Diod. XI. 81, 289. *ὡς Θήβας ἔσεσθαι τῇ τῶν Ἀθηναίων ὥςπερ ἀντίπολιν*[99]).

---

98) *Ἀμφίπολιν ὠνόμασεν ὅτι ἐπ' ἀμφότερα περιῤῥέοντος τοῦ Στρυμόνος περιφανῆ ἐς θάλασσάν τε καὶ ἤπειρον ᾤκισε* Thucyd. IV. 102. brevius *διὰ τὴν περίῤῥοιαν τοῦ Στρυμόνος* Steph. quasi *Interamna*, quanquam hoc adjectivum est ut Sublaqueum. *Ἀντίπολις* nominata est ab opposito Nicaeae situ v. Tzschuck. ad Mel. Vol. III. P. II. 466. ut *Ἀντίπαρος, Ἀντίῤῥιον, Ἀντικιῤῥα*, de quo idem ad Strab. IX. 496.

99) Ex composito saepe repetendum simplex ut Hippocr. Epid. II. 668. T. III. *γαλακτοποσία βοείου*, Aret. de Sign. Diut. II. 4, 73. *δυςόνειροι πολλοῖσι ἀκρήτοισι*, Synes. de Regn. p. 25. *τὴν ἐφ' ἡμᾶς ὁδοποίησαι*,

Itaque in omnibus hujusmodi substantivis, si separatim et ex se spectentur incertum est, quo referenda sit praepositio, sicut ambigi solet *Ὑποθῆβαι αἱ ἐλάττους Θῆβαι ἢ αἱ ὑποκείμεναι ταῖς ἑπταπύλοις* Schol. Il. II. 505. posterius ut *Ὑποχαλκίς διὰ τὸ ὑποκεῖσθαι ὄρει λεγομένῳ Χαλκίδι* Steph. et ut *ὑπογραμματεύς, ὑποδιδάσκαλος*, subcortex, succenturio, subcustos dicitur scriba vel doctor inferior ex comparatione aliorum scribarum etc. sic ut ex subjecto intelligatur objectum. Sed *ὑφηνίοχος* non, ut illa, accipitur, *subauriga*, sed *ὁ ὑφ᾽ ᾡτινι δήποτ᾽ οὖν ἡνιοχεύων*, praecipue *ὁ ὑπὸ τῷ παραιβάτῃ* v. Lehrs. de Arist. p. 115. Similiter *πρόκυνες* appellantur *οἱ πρὸ τοῦ δεῖνα κύνες*, qui quis sit tantummodo ex complexu verborum intelligi potest, et *πρόποδες οἱ ἐμπρόσθιοι*, quorum nominum utrique adjectiva quoque significatio convenit *ἀστὴρ προκύων, ὀπισθόπους* *subsequus*, ut antepedes vocantur anteambulones [100]), *ἀντίχειρ ὁ δάκτυλος ὁ ἀντὶ τῆς ὅλης χειρὸς ὤν* Galen. de Us. Part. I. 22, 79. T. III. quod adjectivum esse arguit generis mutatio, sed in ambiguo relinquitur *πάριππος* extra *σύμφρασιν*, utrumne significet *τὸν παριππεύοντα ἢ παρὰ τὸν ἵππον τρέχοντα*, an substantive parhippum sive paraveredum v. Reisk. ad Constant. p. 565. ut *περίκηπος* hortus qui domum urbemve cingit Diod. Fr. L. XXXIV. p. 106. *ὁ περὶ τὴν οἰκίαν κῆπος* Plut. V. Dion. XIX. et *παρήλιος*, quum per se ancipitem habeat intellectum, ab iis, qui *paraselene* dixerunt, pro substantivo acceptum est. Ac si nomen *ἀντίθεος* hodie primum ex sepultis antiquitatis monimentis proferretur nullo notatum accentu, nemo suspicari posset, utrum substantivum sit an adjectivum, nec, si prius, utrum sit *ὁ ἐναντιούμενός τινι θεός* an Arimanius aliquis

---

Anth. Pal. V. n. 252. *τοίην ὀπωροφόρει*. Sic et hoc loco *τῇ τῶν Ἀθ. πόλει*. Sed et adjective dici potest *πόλιν ἀντίπολιν*, ut *νεόπτολις*.

100) *Ἀντίποδες* dicuntur qui adversis vestigiis stant contra nostra vestigia; *παλίμπους* vero *retrogradus* ut et *ὀπισθόπους* accipi potest *ὁ ὄπισθεν πορευόμενος*. *Πούς* pro *πορεία* dicitur, *δαρὸν χρόνου πόδα* Eur. Bacch. 889. *παρθένου δίχου πόδα* Or. 1217. *οἱ ἀφ᾽ ἡσύχου ποδός* Med. 217. id est modeste incedentes, *Menschen von stillem Wandel.* Lucret. VI. 638. *qua via — liquido pede detulit undas.*

θεὸς θεῷ ἀντιτεταγμένος. Cujus rei et gravitas et difficultas nulla re magis intelligitur, quam locis ambigue scriptis: χρύσεα δέ σφ' ὑπὸ κύκλα θῆκε Il. XVIII. 375. ubi Scholiasta τινὲς ὑφ' ἓν ὡς ὑποπόδια, quo aptius est exemplum περίκυκλος, *epicyclus*; οἱ δ' ὑπομαζοὶ — φοινίσσοντο Bion. I. 26. ubi diastole opus videtur, ut et in Gregorii Naz. Carm. XLIX. 114. D. καὶ μίμων σκιεροῖσι (fort. σκιῤῥοῖσι s. σκληροῖσι) ῥαπίσμασιν, οἷς ὑποκόρσῃ γυμνοῦται. In Il. XI. 635. δύο δ' ὑπὸ πυθμένες ἦσαν fuerunt, qui ὑποπυθμένες scriberent epitheton esse rati pro ὑποπυθμένιοι, sed id Eustathius p. 869, 8. dubitat an proparoxytonos scribendum sit; de substantivo ὑποπυθμήν nemo illorum cogitasse videtur, neque περιχθών in illo altero loco sic interpretati sunt; quorum neutrum ab analogia abhorrere arbitror. Verum his angustiis implicatos subit alia cura de verbalibus. Etenim si dicitur ἐδόκει αὐτοῖς πολὺς ὁ παράλογος εἶναι vel μέγαν τὸν παράλογον παρέσχε, id substantivum esse apparet manifesto, sed utrum syntheton sit an parasyntheton, conjectura quaerimus ancipiti. Nam et prioris generis exempla extant παράψογος (vituperatio obliqua), παρέπαινος, ἐπέλεγχος et, ne longius abeamus, πρόλογος, ἐπίλογος. Nec rara parasyntheta ex hac ipsa familia σύλλογος, διάλογος, κατάλογος, et ἔκλογος quoque, quo Aeschylus usus est pro διήγησις, atque ἀπόλογος[101]) huc referenda videntur. Quibus παράλογος adnumerare licebit, si verbo, unde derivatum est, tribuamus significationem quam vulgo παραλογίζεσθαι habet. Neque aliter habendum de ἐπίλογος et ὑπόλογος, si ita dicitur ἐπίλογον ποιοῦνται πάντες τὸν αὐτόν, et οὐδεὶς ὑπόλογος τῇ βουλῇ γέγονεν ἀντὶ τοῦ οὐδεμία συγγνώμη Phot.[102]) Cetera, quae

---

101) Ἀλκίνου ἀπόλογος Lexicographi nostri miro errore interpretantur narrationem de Alcinoo.

102) Ἐν ὑπολόγῳ εἶναι sive ποιεῖσθαι v. Heindorf. ad Protag. p. 349. vix discerni potest ab adjectivo ὑπόλογος, ut Lysias dixit οὐχ ὑπόλογον ὄντα pro οὐκ ἐν λόγῳ, et Appian. Civ. II. 146. ἐν παραλόγῳ ποιούμενος *absurdum judicans*. Adjectiva quoque sunt numerorum nomina πρόλογος et ὑπόλογος.

his similem speciem gerunt, re differunt, nam aut locum significant ut *ἀπότροχος, περίδρομος, ὑπόδρομος, ἔφορμος, ὕφορμος*, aut substantiam ut si funiculus, qui alicunde dependet aut quo decurritur, *κατάδρομος*, catadromus dicitur, alius epidromus etc. Omninoque substantiva in *ος* exeuntia, quae a verbis primitivis ducta actionem significent, perrara sunt, *μετάμελος, ἀνακέλαδος, ἀνάπαλος*, quanquam hoc ipsum addubitat Boeckhius ad Pind. Ol. VII. 110. nec magis graecum putat *quam a λόγος ἀνάλογος, a sors resors;* defendit vero Tafelius Dilucc. Pind. T. I. p. 208. exempla afferens hujusmodi *ἄνοδος, ἀνάπαυλα, ἀνάπαυμα*, Boeckhio scilicet ignota et incogitata. Equidem sane *ἀναπαλή* vel *ἀνάπαλσις* vel *ἀνάπαλμα* analogiae convenientiora puto, etsi nullum horum usitatum est hoc quidem intellectu ac ne verbum quidem *ἀναπάλλειν* repetitam significat sortitionem; nec tamen Graecis nomen *ἀνάπαλος* ereptum eam, quod vetus interpres sine dubitatione *ἀναμερισμόν* reddit et attestatur Suidae adnotator in Edd. vett. s. *Ἀνηβητηρίαν — τὸ ἀνηβῶν κατὰ πρόσθεσιν τῆς ἀνά δηλούσης τὸ πάλιν, ὡς καὶ τὸ ἀναδασμός*[103]) *ὁ ἐκ δευτέρου δασμός καὶ ποιητικώτερον ἄμπαλος ὁ ἐκ δευτέρου κλῆρος*, sive ut Eustathius p. 64, 43. *ἄμπαλον Πίνδαρος ἔφη τὸν δεύτερον πάλον. Ἐπίπαγος, παράπαγος* et si qua alia substantiam significant, ab hac causa aliena sunt pariter ut *ἐπίπαππος, ἐπιτήθη*. Sed oraculi verba *ἔνθ' ἄνεμοι πνείουσι δύο — καὶ τύπος ἀντίτυπος καὶ πῆμ' ἐπὶ πήματι κεῖται* Herodotus I. 68. ita interpretatur *τὸν τύπον καὶ τὸν ἀντίτυπον τὸν ἄκμονα καὶ τὴν σφῦραν*, quasi aut oratio asyndeta aut *τύπος (ἐπ') ἀντιτύπῳ* scriptum sit: *ubi percussionem repercussio sequitur*. Neque *ἐπίμηνις* dici posse negem praepositione eam vim obtinente, quam obtinet in *ἐπιμηνίειν, ἐπὶ ζαμενὲς κοτέουσα* Nic. Ther. 181. *ἔγκοτος ἰσοδυναμεῖ τῷ κότος* Hesych. eandemque non prorsus redundare

103) Male *ἀπόδασμος* scribitur Eustath. p. 1366, 52. ut in codd. nonnullis Platonis Civ. VIII. 366. A. Hesychius *Ἀναδαιμονίζειν τὸ ἐκ δευτέρου κληροῦσθαι*, quod a feminino *ἡ δαίμων* declinatum est v. ad Aj. p. 171.

arbitror in ἐπιμείλια, quod quum Schol. Il. IX. 41. cum ἐπίφερμα compararet, non ignoravit, puto, in hoc praepositionem idem valere quod in ἀνάθρεμμα et in ceteris parasynthetis (ἔκβρωμα, ἀπόδερμα, ἐκβοήθεια, ἀναρπαγή, μεταπαυσωλή, ἔκγελως, κατάγελως etc.) sed hoc potius significare videtur comprehendi notionem τῆς ἐπιδόσεως [104]). Ceterum in illo quoque numero verbalium in ος exeuntium multa insunt pseudosubstantiva, praecipue feminina: ἡ τοῦ ἡλίου περίφορος Lucian. Astrol. §. 5. p. 217. T. V. cui simile videtur περίπολος ἡ κατὰ κύκλον πορεία Moschopul. Sched. p. 136. ἡ ἀντίστροφος, ἡ ἀπόστολος, ἡ σύγγραφος syngrapha, ἡ παράγραφος et, puto, ἡ ἀπόγραφος Diog. La. VI. 84. ubi generis nota deest, ἡ ἐπῳδός [105]). Et quaeri potest, num ἡ πρόχους substantivum sit sicut πρόχυσις, κατάχυσις et ἐπίχυσις, ab actione ad instrumentum translatum, an adjectivum ut λουτροχόος, cui Homerus substantivum addidit, posteriores detraxerunt. Eaque suspicio masculina quoque attingit. Quid enim causae est, quin περίδρομος, si porticum significat v. Corais ad Hel. p. 150. mancum esse putemus, integrum autem περίδρομος αὐλή, quo Homerus utitur ut περίδρομος αὐλῶν Carcinus Athen. V. 189. D. et similiter cum ἔφορμος et ὕφορμος, ubi statio navium intelligitur, notionem loci comprehendamus, id quod Stephanus suggerit: λιμὴν ὁ

104) Omnino pleonasmi, qui dicitur, praepositionum, plures sunt species. Ἀποπαύειν, ὑπερνικᾶν, supervincere, reiterare, subservire, ὑποδμώς, παραληρεῖν, intermedius, ἐπικοίρανος, administer, si ad manum intuemur, non plus significant quam simplicia, sed ἐπισκαφεὺς ὁ μετὰ τὸν ἀροτῆρα ἐπισκάπτων, ἐπίσκοπος, ἐπίουρος, ἐπιφύλαξ subjecta sunt generi, cui nomen σκοπός, φύλαξ, et differentiae multae κατάσκοπος, προφύλαξ, παραφύλαξ. Si demiurgi vocantur ἐπιδημιουργοί v. Interpp. ad Thuc. I. 56. praepositione nihil aliud quam ἐπιστασία indicari videtur ut in ἐπιβουκόλος v. Lehrs. de Arist. p. 115. cujus hic vestigia lego. Schol. Il. XIV. 279. ὑποταρταρίους τοὺς ἐν τῷ Ταρτάρῳ ὄντας· οὐδὲν γάρ ἐστιν ὑπὸ Τάρταρον. Significantur ergo οἱ κάτω ταρτάριοι.

105) Lexicographi apponunt ὁ περίτροπος vertigo; sed ex Hesychii verbis Περιτρόπου ἴλιγγος minime intelligitur id esse substantivum masculini generis. Neque σύντομος ἱστορικός vocatur Herennii Dexippi liber, sed genere neutro σύντομον.

ἔφορμος τόπος, et Strabo XIV. 645. ὕφορμος αἰγιαλός. Πρόβολος, ἔμβολος, ἔκβολος, κατάβολος, σύμβολος sine dubio adjectiva sunt utut diversa ab illis, πρόφορος, πρότροπος, πρόδρομος, differentia autem in eo posita, quod haec ad unum certum referuntur nomen οἶνος, ἰχώρ, priorum autem significatio minus finita est, quare etiam neutra possunt substitui τὸ ἔμβολον, τὸ σύμβολον, *projectum*. Neque incredibile videtur ὁ ὑπόνομος (cuniculus) natura adjectivum esse ideoque dici ὑπόνομοι τάφροι Appian. Civ. IV. 13. Dionys. Hal. Antt. III. 67, 581. item funium et nervorum nomina ἐπίτονος et πρότονος, sed ἐμπροσθότονος et ὀπισθότονος, utrum adjective dicantur, ut ἀκρότονος, intellecto σπασμὸς ὀπισθοτονώδης, an substantive, vix discerni licet; illud credibile redderent Hippocratis verba de dieb. jud. p. 152. T. I. ὁ ὀπισθότονος τὰ μὲν ἄλλα πάσχει τὰ αὐτά, nisi ille nomina passionum et patientium in promiscuo haberet v. ad Aj. p. 75. Atque horum nominum accentus in Hippocratis, Aretaei, Galeni aliorumque libris unus idemque est, eorum autem quae antea tractavi scriptura variat, ἀμφιδρόμος ὀρφνή Nonn. XXXVI. 391. quod refellitur contrariis adjectivorum activorum exemplis περίδρομος, ἀπόδρομος, ἔκδρομος, ὑπόδρομος [106]), etsi id quoque in Schneideri Lexico paroxytonon est; sed cum aliis orationis partibus composita penultimam acutam habent pleraque: λαιψηροδρόμος Eur. Iph. A. 207. βοηδρόμος Phoenn. 1431. ταχυδρόμος Aesop. Fab. CXL. 1. κελαδοδρόμος Orph. Arg. 905. ἀελλοδρόμος Bacchyl. Fr. V. 15. ἑλικοδρόμος Maneth. IV. 146. ἡμεροδρόμος Herodo. IV. 105. Poetam de Herb. 140. σειρίου ἀντέλλοντος ὅτε σκυλακόδρομος ὥρη, paroxytonon posuisse arbitror convenienter illis, quae ad Aj. p. 229. allata sunt; τὸν ἁλάδρομον Arist. Avv. 1395. non magis intelligo, quam quod olim legebatur ἁλαδρόμον [107]), quo τὸν καθ' ἅλα δρόμον significari

---

106) In Achill. Tat. III. 2, 95. πρὸς δὲ τὸ παράδρομον τοῦ κύματος, scribendum est παραδραμόν.

107) Pro ἀλιτρεχής Nonn. XXIV. 114. recte emendari videtur ἀλιτρεφής. Nam a τρέχω adjectiva non componuntur praeter ἐντρεχής et

volunt substantive ut *ἀμμόδρομος* Anecd. Bekk. p. 208, 20. *ἱππόδρομος*, quod librarii modo pro *ἵππου δρόμος* Poll. I. 219. modo pro *ἱπποδρομία* Aeschin. c. Tim. 307, 176. substituerunt, sed apud veteres locum denotat, *τὸ ἱπποδρόμιον*. *Ἱεροδρόμος* Dorvillius ad Charit. p. 464. sacrum stadium significare ait in Anth. Pal. IX. n. 319. sed ibi *ἱροδρόμοις* de cursoribus dicitur. Verum jam ipsi cursum nostrum peregimus longamque illam de substantivorum et adjectivorum confiniis disputationem, quo propositum erat, deduximus; quae si cuipiam operae plus quam utilitatis habere videatur, equidem haud scio an nulla cum ipsis grammaticae principiis conjunctior, ad accentus et universae prosodiae explorationem magis necessaria reperiri possit.

κακεντρεχής, quorum significatio alia. Illi *ἀλίδρομος* familiare proparoxytonôs scriptum.

DISSERTATIO SEXTA.

DE

NOMINUM IN *ΜΑ* EXEUNTIUM FORMATIONE.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXIV.)

DISSERTATIO SEXTA.

DE NOMINUM IN *ΜΑ* EXEUNTIUM FORMATIONE.

§. 1.

Schaeferus ad Plutarch. Vol. V. 11. vitiosae scripturae *ἀνάθεμα* patrocinans, *magistri*, inquit, *sane docent ἀττικῶς dici ἀνάθημα, ἑλληνικῶς ἀνάθεμα, sed gravissimus scriptor, si haec legeret, suaviter rideret quidquid est Atticistarum*. Non faceret, opinor; neque gravitatem suam temere in aleam daret non necessariam. Etenim praeceptum illud confirmatur non tribus quatuorve exemplis, sed prope dixerim innumerabilibus, neque exemplis solum sed rationibus iis, quae ex ipsa conformatione nominum verbalium in *μα*, *μη*, *μος*, exeuntium ductae itaque alte fundatae sunt, ut nunquam labefactari possint. Primum ponam exempla homerica, quotquot a me reperiri potuerunt, quoniam his hujus universi generis species et forma adumbratur, neque omittam si quae sunt aut dubiae aut ignotae originis, *ἄγαλμα, ἄθυρμα, αἷμα, ἄκημα, ἅλμα, ἄ ρ γ μ α*[1]), *ἅρμα, ἆσθμα, δεῖμα, δέρμα, δ έ σ μ α, δ ή λ η μ α, δράγμα, δῶμα, εἴλυμα, εἷμα, ἔρισμα, ἕρμα, ἔρυμα, ε ὖ γ μ α, ἔχμα, ἧμα, θαῦμα, ἴθμα, κάλυμμα, κατάπαυμα, καῦμα, κτῆμα, κῦμα, κύρμα, κῶμα, λαῖτμα, λ ῦ μ α, μ ε ί λ ι γ μ α, μελέδημα, μνῆμα, νῆμα, νόημα, οἶδμα, οἶμα, οἴμημα, ὄνομα, ὄ μ μ α, ὅρμημα, πεῖσμα, πῆμα, πῶμα* (operculum), *πτύγμα, σέλμα, σῆμα, σπέρμα,*

1) Vocabula, quae scriptura distinxi, apud Homerum pluralia tantum sunt.

στέμμα, στόμα, σῶμα, τέρμα, ὕφασμα, φλέγμα, χάρμα, χεῖμα, χεῦμα, χρῆμα. In hoc igitur tanto numero exceptis tribus, quorum rationem paullo post reddam, nullum invenitur quin longam habeat penultimam, idque tam certa et inviolabili lege sanctum est ut, quae a thematis brachyparalectis originem trahunt, brevem vocalem aut in monophthongum mutent ut *ἧμα*, aut in diphthongum ut *εἷμα*, aut consonis auxiliaribus fulciant quasi et addensent, modo una ut *ἴθνα*, modo duabus ut *ἆσθμα*. Atque his quatuor productionis modis Graecia adulta uti non destitit, non solum in nominibus generis neutrius sed etiam in masculinis et femininis ac nonnunquam in eodem vocabulo pluribus usa est viis. Sed post occasum illius florentissimae aetatis, ad quam Atticistarum judicia omnia diriguntur tanquam ad septentrionem, grassari coepit illa labes, quam defendant licet *οἷς τὰ μὴ καλὰ καλὰ πέφανται*.

§. 2.

In ipso hujus disputationis vestibulo collocata sunt verba primitiva, quorum terminationem praecedit vocalis, *νάω, λάω, κλάω, δέω, ῥέω, τίω, λόω, δύω* etc. unde quae proveniunt nomina pleraque in penultima monophthongum recipiunt, *βῆμα, βλῆμα, δῆμα, (ἀνάδημα, διάδημα) ἧμα, λῆμα, μνῆμα, νῆμα, τμῆμα, πλῆμα, πτῆμα, ῥῆμα, σμῆμα, στῆμα, σχῆμα, χρῆμα, ψῆμα (ἀπόψημα), βρῶμα, γνῶμα, στρῶμα, τρῶμα,* quibus congruunt feminina *μνήμη, τρήμη, φήμη, χήμη, χρήμη, γνώμη, ῥώμη, τρώμη*, et masculina, *βρῶμος*, quod Vossio suspectum ad Arat. 1020. pro *θημός* autem receptum est *θημών* vel *θωμός* Eustath. p. 1539, 12. ut ab aliis verbis in *εω* vel *αω* desinentibus *βωμός, ζωμός, βλωμός, ψωμός*, ut et neutra nonnulla pro eta susceperunt *ω, δῶμα, κῶμα, πτῶμα, χῶμα, πῶμα*, quod cum *πίω* cognatum est ut *χρῶμα* cum *χρίω, ψωμός* cum *ψίω*. Literas ancipites quae retinent, eas longas habent, *νᾶμα, πᾶμα, τιμή, τῖμος, ζύμη, ῥύμη, τρύμη, ῥυμός, χυμός, ὑμός, κνῦμα, ῥῦμα, στῦμα, τρῦμα, φῦμα*. Diphthongi ubi apparent, non nativae sunt, sed ex verbi inclinamentis transmissae,

vel a perfecto εἷμα (ἱμάτιον) vel a futuro δεῖμα[2]), πνεῦμα, ῥεῦμα, χεῦμα, θαῦμα (a θάω, θαύσω, unde θαυσίκριον). Diphthongum οι Herodianus π. Μον. p. 37. affirmat in uno reperiri bisyllaborum οἶμα, quod Schol. Lips. Il. Π. 752. ex οἴμημα concisum putat, ut κῦμα e κύημα, sed videtur potius cum οἴμη et οἶμος communem habere originem a verbo οἴω, sicut Varro antiquos vea sive veha dixisse testatur pro via. Quae vero vocalem stirpis brevem retinent, eam stabiliunt apposita una dentalium, rarissime delta ut κέδμα, quod pro duplici etymi κέω significatione modo pro κέασμα dicitur, modo pro κεῖμα (cubile), non multo saepius τ, ἀτμός, ἀϋτμή, ἐφετμή quorum primum vulgo invaluit; pluribus theta insertum est ἴθμα, βαθμός, ναθμός, σταθμός, ἐθμός pro ἐσμός sive ἑσμός Hesych. τεθμός, ῥυθμός, εἰςίθμη, δυθμή· et nonnullis duae consonae ἄσθμα, ἰσθμός, εἰςίσθμη ut Aristophanes scribebat Odyss. VI. 264. δυσθμή Anecd. Cram. II. 111. Schol. Villois. XI. 62. sed hoc valde suspectum utroque loco; plurimis sigma simplex δάσμα, θλάσμα, μάσμα, Cratini vox Phot. nuper Platoni reddita Crat. p. 421. A. σπάσμα, χάσμα, ἕσμα, ἀμφίεσμα, βδέσμα, ζέσμα, ξέσμα, βύσμα, πτύσμα, βασμός, δασμός, νασμός, ἑσμός, ἀφεσμός, (ut *examen* ab exigo) θεσμός[3]), ῥυσμός, βρυσμός Arcad. p. 58. 24. χάσμη, δέσμη, δυσμή. Verbis puris confinia sunt ea, quae consonanti stirpis extremae vocalem brevem subjunctam habent, unde quae procedunt substantiva partim producunt vocalem, partim non productam assumto sigma corroborant, ἄκημα, ἄλημα, ἄρωμα, γέλασμα, ἔλασμα, κέρασμα, πέτασμα, χάλασμα, ἄρκεσμα, ἔμεσμα, τέλεσμα, ἱλασμός, διάνυσμα, μέθυσμα, ἀλυσμός, τανυσμός Eustath.

---

2) Pro hoc δῆμα olim vulgatum Apoll. II. 535. improbante Scholiasta, δῆμα γὰρ ὁ δεσμός. Sed hoc non magis noscitur quam δέμος νόμος ἢ δεσμός Suid. (post Δεξιοί) Δῆμος Schol. Il. Θ. 240. interpretatur τὸ συνδεδεμένον πλῆθος, ut ex δέεμος contractum; sed hujus quoque probatio nulla.

3) Θεμός apud unum Hesychium legitur neque momenti quidquam adjiciunt conjugata θέμις, θεμῶσαι, θεμέλιον.

p. 937, 16. quorum verba stirpem habent non puram ἄκω, ἄρκω, γέλω etc. sed asciverunt vocalem declinationis causa; nam ἄξομαι, ἄρξομαι, a futuro verborum ἄγω, ἄρχω, non distingui, ceterorum consonae characteristicae cum sigma futuri conciliari non possunt. Quum autem Graecis data esset libertas et producendae vocalis et asciscendae consonae, nonnunquam iisdem vocabulis duplicem reddiderunt terminationem, partim distinguendae significationis causa ut κλῆμα et κλάσμα, χήμη et χάσμη, ζέσμα et ζύμη, δυσμή et Δύμη v. Aglaoph. p. 1085. ῥυσμός et ῥυμός, ῥύμη, ὑποθήματα et ὑποθέσματα (pignora), partim nullo nisi dialecti discrimine; velut ἄκημα Homerus dixit, ἄκεσμα vero, quod et illi tribuit Aristarchus, praetulerunt Pindarus, Aeschylus, et posteriores, eademque forma evicit in homozygis ἀκεσμός, ἀκέσμιος (ut δέσμιος, κλήσμιος, ἐπιρρύσμιος, ἐράσμιος, γεράσμιος, ἀποδάσμιος, quorum nonnulla substantivis destituta sunt) ἀκεστής, ἀκεστώρ etc. κρᾶμα atticum est, κέρασμα vulgare; pro ἄημα quosdam ἄετμα dixisse Etymologi testimonio constat; δῆμα, δημός et δήμη inaudita sunt, sed vigent composita ἀνάδημα, διάδημα, et apud unum Dioscoridem modo κατάδημα legitur Eupor. II. 5. p. 266. modo ἔνδεμα II. 132. p. 324. modo ἔνδεσμα Mat. II. 140. p. 259. Nec minus alternarunt consonas auxiliares; pro θεσμός, quum literae consonantis geminatio huic generi denegata sit[4], poetae diversi receperunt τεθμός, pro attico βασμός multi inferioris ordinis scriptores ionico βαθμός usi sunt v. ad Phryn. p. 324. atque ἐπαναβαθμός ipsi adhaesit Platoni Symp. p. 211. C. quin pro ῥυσμός quod Iones retinuerunt, in communem usum venit ῥυθμός (tractus), σταθμός vero et στάθμη ab omnibus recepta sunt fugiendae inconcinnitatis studio, neque in ullo alio vocabulo literae στ syllabam ordiuntur sequentibus in proxima σμ, τμ, δμ. Callimachus in Schol. Il. XI. 62. pro δυσμή usur-

4) Hujus locum obtinet theta in neutris aeolicis ὄθμα, σκέθμα, γράθμα, si mendo vacat, Anecd. Cram. I. 102, 20. Ψάμμος a verbo quidem originem sed significationem et accentum verbalibus diversum habet.

pavit ἀυθμή, ubi Bekkerus ἄυθμη scripsit fortasse ex Arcadii praecepto p. 109, 24. τὰ εἰς μη ἔχοντα κατ' ἐπιπλοκὴν σύμφωνον μὴ δασὺ ὀξύνεται, δεαμή, δυσμή, πυγμή· τὸ χάσμη βαρύνεται δασὺ ἔχον, quod perineptum nisi ille scripsit δασὺ ἔχον ἐν τῇ ἀρχῇ ut χάρμη, θέρμη, χήμη, χρήμη, φήμη. Sed et de epiploce quod dicitur, refellunt αἰχμή, δραχμή, δοχμή, ut Aristarchus scripsit, Trypho autem δόχμη ὡς λόχμη, καὶ στάθμη Eustath. p. 1292, 46. ex quo intelligere mihi videor, Herodianum nomina in μη, quae aspiratam haberent vel in principio ut χάσμη[5]), vel κατ' ἐπιπλοκήν ut στάθμη, gravari voluisse, exceptis tamen iis, quae aspiratam non asciticiam ut στάθμη, sed in ipsa verbi stirpe vel clare expressam vel adumbratam habent ut ὀχμή, ῥωχμή[6]), αἰχμή, δραχμή. Itaque δόχμη, si a δέχομαι derivatum est, acui debet; sin aliunde, gravari ut λόχμη, et pariter ἴθμη, non ut apud Hesychium ἰθμή, nam dentalis huic non nativa est ut in ἰδμή, quod apud eundem ἴσμη scribitur[7]), sed ex-

5) Χάσμη ut Χραίσμη non propter aspiratam gravatur sed quia simile est illis, quae Grammatici ad apocopen referunt ἄνθη, βλάστη.

6) Saepius ῥωγμή, διαῤῥωγμή, sed et ῥωχμός, βαθυῤῥωχμος, et a verbis similibus ἀραγμός, ἀραγμή a Thoma repudiatum et ἀραχμή v. Goettling. ad Anon. Oecon. p. 107. ἄμυγμα et ἀμυχμός, νύχμα Hesych. in Nic. Ther. quinquies praebent codd. Med. et Goett. βηχμός νυσταγμός (?) Etym. M. Ab his, quorum character est chi, λαγμός, quod addubitatur, Schol. Harl. Od. IX. 335. λαχμός et ληχμός, ὄμιχμα, ψυχμός Maneth. II. 443. ψυγμός III. 276. ἔχμα, συνεχμός hisque contrarium Ἔγμεν ἔχειν Hesych. et ἔγμα, quod nescio quo modo Goettlingius ad Theod. p. 214. scribi voluerit ἔγμα an ἔχμα. A verbis in χω διωχμός, ἰωχμός et ἐρειχμός, quae Etym. M. 371, 20. Aeolibus tribuit, βρυγμός et βρυχμός, πλοχμός, ἴχματα ἴχνια Hesych. quod Matthiae Gramm. §. 15. p. 79. falso doricum esse dicit pro ἴθματα, cujus significatio longe est alia. A μύζω μυγμός et μυχμός ut ἰυχμός. Nec desunt verba quae adspiratam recipiant, λελειχμότες, εἰναχμένοι, δεδεχμένος Il. VIII. 296. μεμορυχμένος, quod Eustathius p. 1743, 33. cum βρεχμός componit etsi hoc verbale non est; neque αὐχμός et σαυχμός huc pertineant; de δαυχμὸν ξύλον ἔγκαυστον Hesych. parum liquet sed cum δεδαυμένος cohaerere videtur.

7) Ἴσμη φρόνησις Hes. sed ἰσθμή Theognostus in Anecd. Crameri T. II. p. 14, 23. cujus exempla pleraque ex Hesychiano Lexico partim

trinsecus venit; Schol. Odyss. VI. 264. τὸ εἰςίθμη βαρύνεται ὡς στάθμη. De non adspiratis quid ille decreverit, minus apertum; δυσμή sic, ut Arcadius praecipit, vulgo scribitur, sed δέσμη multo saepius paroxytonum est Hippocr. π. Ἀφρο. p. 25. T. III. Diod. XIX. 99. Dionys. Antt. X. 59. Strab. XV. 733. Plutarch. Apophth. Regg. p. 88. T. VIII. Discor. Mat. I. 7. p. 17. etc. quam δεσμή, quod vulgo legitur in Dem. c. Lacr. p. 934, 26. Geopp. IX. 25, 1. et bis in cod. Urb. Theophrasti H. Pl. IX. 71, 1. compositumque ἀνάδεσμη accentum inde ab Homero fixum retinuit. Necquidquam in subsidium vocamus alios; Etym. M. p. 214, 11. τὰ εἰς μη λήγοντα ἑνὶ φωνήεντι παραληγόμενα βαρύνεται, φήμη· τὰ δὲ ἔχοντα πρὸ τοῦ μ ἕτερον σύμφωνον ὀξύνεται, quae sumta sunt a Schol. Apoll. IV. 1677. ubi κρήνη subrepsit pro λήμη vel alio simili; in postremis scribendum videtur πρὸ τοῦ μ ἕτερον μ, neque repugnat ψάμμη, quia hic est paraschematismus nominis ψάμμος[8]). Sed et priora fatiscunt; sic enim dicendum erat ἑνὶ φωνήεντι φύσει μακρᾷ, ut μνήμη, βλίμη, τρύμη, τρώμη, a quibus unum discrepat τιμή v. Arcad. 110, 15. Ἅλμη, ut paronymon, saepius meliusque sic scribitur quam ἁλμή Lucian. Gall. §. 23. ἅρμη sive ἁρμή, quod attigi Aglaoph. p. 847. aeolicum videtur v. Foes. Oecon. Verum de accentu satis. Vicissitudinis autem literarum auxiliarium luculentissimum specimen praebent, quae a verbo ἕννυμι germinant, εἷμα, ἕμμα, γέμμα, γῆμα, ἀμφίεσμα, tanquam a perfecto ἕσμαι, unde declinatum est ἕσσο Od. Π. 199.

§. 3.

Hactenus de iis, quorum themata vocalem brevem habent. Postquam autem Graeci semel hoc brevitatis absonae remedio

---

vitiose transscripta sunt, servato plerumque literarum ordine, servatisque, quae illinc exciderunt, nominibus ab ιαπ ἰαπίλαι ἀκόλουθοι, [ἴαπληνος ὁ ἐρώμενος Anecd. Bekk. p. 1384, b. i. q. εἴσπνιλος] ἰεπνιᾶται σειραί v. Aglaoph. p. 1258.

8) Σκιμμός, θλιμμός, ἐγκαλυμμός et cetera oxytona v. Arcad. 59, 8. neque generis communis sunt ut ψάμμος, neque substantiam significant sed actionem.

uti instituerunt, mox etiam eaedem literae auxiliares, ubi nihil opus erat, inseri coeptae sunt, nunc post diphthongum *πάλαισμα, ἔναυσμα, θραῦσμα, ψαῦσμα, σεῖσμα, ἔρεισμα, ψεῦσμα, πρόςοισμα, κροῦσμα, ἄκουσμα, λευσμός, ἰαυθμός* Lycophr. *γευθμός* Nicand. *καυθμός* Theophr. *κλαυθμός* Quint. III. 521. et *κλαυθμονή*, quod Astius Platoni Legg. VII. 792. A. pro *κλαυμονή* restituit; nunc post vocalem longam, *δρασμός, χρησμός, θρωσμός, ξύσμα* (sic), *ὗσμα, χρῖσμα, κεῦθμα*, et a derivatis *δαηθμός, ἑλκηθμός, ἰνηθμός, κηληθμός, κινηθμός, ἴλυθμα, εἰλυθμός*, aliaque ad Phryn. p. 511. allata, quo ex genere quae soni significationem habent, vulgo et ab Atticis quoque per *θ* scribuntur: *βρυχηθμός, ὠρυθμός, κνυζηθμός, μυκηθμός, ὀγκηθμός*, a Polluce comprobata et paronymum *λυκηθμός*. Ceteris sigma adhibitum esse vel ex Herodiani catalogo apparet Epim. p. 180. *ναυαγησμός, λοιδορησμός, ξυρησμός, μαχησμός, ὀρχησμός, αὐλησμός*, quibus non solum *ὀδαξησμός, πατησμός* aliaque similia addi possunt v. Moschopul. Sched. p. 134. Valcken. Epist. ad Roev. p. 43. sed etiam vocabula dialecti vulgaris, quae theta non ferunt, *μειδιασμός, φυσιασμός, κορυβαντιασμός*. Neutra hoc supervacaneum fulcrum repudiant, nec admittunt feminina, quae pauca sunt. Theognostus in Anecd. Crameri T. II. 112. *τὰ εἰς μη ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τῷ η παραλήγεται, οἷον νοσήμη, θελήμη, φιλήμη ἡ φιλία.* Etym. M. 216, 3. et Orion. p. 35, 23. *ἀπὸ τοῦ βρώσω βρώμη ὡς κωλύσω κωλύμη καὶ φιλήσω φιλήμη*, ex quibus unum *κωλύμη* notum est, sed id quoque a veteribus inter Thucydidis idiomata refertur v. Interpp. ad L. I. 92. Masculinum in *υμος* unum reperio sed paronymum *βοτρυμός τρυγητός* Hesych. nisi *βοτρυσμός* scripsit ab ignoto verbo *βοτρύζω*, item unum verbale certo auctore testatum *βλάστημος*, quod bis apud Aeschylum legitur, sed aut *βλαστημός* scribendum aut ignotum fuit Herodiano p. 33, 4. *οὐδὲν εἰς μος λῆγον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξυνόμενον τῷ η παραλήγεται ἀλλὰ μόνον τὸ ἔρημος. Ἀττικοὶ μέντοι προπαροξυτονοῦσι* (recte Blochius *προπερισπῶσι*) ac praetermittitur ab Arcadio p. 61. *τὰ εἰς μος ἁπλᾶ τῷ η παραληγόμενα σπάνια ὄντα προπαρο-*

ξύνεται, ἔρημος, ἴημος, qui hoc uno nos exemplo locupletiores reddit sed parum utibili, quia et auctor latet et significatio; ἰημός pro ἴαμα et ἰημός pro ἧμα (ut ἰήτης τοξότης Hesych.) alicubi dicta esse non constat neque convenit accentus, potiusque nomen proprium est, illud fortasse quod Theognostus affert Anecd. Cram. II. 65. Τὰ διὰ τοῦ ημος ἁπλᾶ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν εἰ μὴ τὸ ἔρημος καὶ τὸ Κέημος ὄνομα νήσου· cujus auctorem non praesto. Nec certiora sunt quae Hesychius suppetit Λίημος Ψάμαθος, Δαιημός διαίρεσις et contrario accentu Δέημος νόμος ἢ δεσμός, quae Valckenarius in Auctar. in δαϊθμός et δεθμός mutari jubet. Tum Θήημος ἔθιμος et Θηήμων ἐθίμων, vitiosa puto pro Ἔθημος, quo aliquos pro ἐθήμων usos esse inducimur alio hujus paraschematismi exemplo θελημός et ἐθελημός, cui tertium adjungit Etym. M. 444, 54. ἐκ τοῦ θελήσω γίνεται θελησμός ὡς μελησμός καὶ μελημός, quod, nisi imparia comparavit, pro μελήμων accepit 9). Et ne res hoc tenui filo pendeat, apud Hippocratem legitur ἐπίστημος ἔουσα τῶν ἐπιγενομένων, quod Galenus in Gloss. interpretatur ἐπιστατική, ἐφεκτική, vulgatissimum ἐπιστήμων, si illo loco legisset, vix observatione dignatus. De accentu autem hujus devii et monadici generis malo nihil dicere quam parum.

§. 4.

Adhuc praetermisimus verba liquida, unde quae progenerantur substantiva, ut penultimam positione longam habeant, res ipsa cogit, ἄγαλμα, ἄγγελμα, ὄφελμα, ποίκιλμα, ὄδυρμα. Sed moram afferunt ancipites, quae accentum habent. Nam quum per multa saecula κύρμα, πτύρμα, σύρμα, scribi solitum esset, nuper et alii et sollers prosodiae graecae indagator Passovius, properispomena invexerunt, neque haec solum sed etiam quae a verbis in mutam desinentibus originem habent velut πνῖγμα. Quibus dissentanea et repugnantia, θλίμμα, μίγμα, τρίμμα, φύρμα, etiamsi idem sine nota prae-

9) Etym. M. Ἀλδήμιος ὁ Ζεὺς ἐν Γάζῃ—παρὰ τὸ ἀλδαίνω, interposito fortasse nomine ἄλδημος, quod cum βλάστημος concinit.

termisit, tamen dubitari non potest quin parum probaverit, quum ita statuisset, vocales, quales essent in praesenti, tales permanere in temporibus et nominibus hinc profectis. Ac de temporum conformatione adstipulantur veteres in Regg. Prosod. N. 96, 441. τὸ ᾱ ἔχον ἐν τῇ δευτέρᾳ συλλαβῇ τὸ ξ ἢ τὸ ψ μὴ ἐν ῥηματικῇ κλίσει συστέλλεσθαι φιλεῖ, ἄξων, ἀξίνη, ἀψίς· τὸ δὲ κρᾶξον ἐκτεταμένον ἔχει, ut videlicet a κράζω declinatum, cujus alpha est longum. Nec dissentiunt de verbalibus Schol. Il. Σ. 521. ἐκτατέον τὴν πρώτην συλλαβὴν τοῦ ἀρδμός, ἐπεὶ καὶ τὸ ἄρδω ἔχει ἐκτεινόμενον τὸ ᾱ·[10]) οὐχ ὅσα μέντοι ἐν ῥήμασιν ἔκτασιν ἔχει, καὶ ἐν ὀνόμασι· παρὰ γὰρ τὸ ἄσσω καὶ προςτακτικὸν τὸ ἆξον ἡ ἀξίνη συστέλλει τὸ ᾱ. Ex hoc enim apparet illorum hanc fuisse sententiam, ut nomina, quae proprie verbalia dicuntur, verbi sui regulam sequi existimarent ideoque ἀρδμός, ἀγμός, ἀγμή, ἀκτός, pronunciarent producta priore διὰ τὴν κλιτικὴν ἀκολουθίαν, ut vocat Theognostus Cram. II. p. 77, 24. Nec dubito, quin Apollonius de Adv. p. 577. et Herodianus π. Μον. p. 26. quum ita statuerent, πάλλω, σφάλλω, ἅλλομαι, ἀγάλλομαι et quaecunque alpha ante λλ habent, id breve habere excepto μᾶλλον, hoc idem affirmaverint de ἄλσις, πάλσις, παλμός, παλτός, ἅλμα, σφάλμα, βάλμα, ἐπίβαλμα, σύμβαλμα, pro quo veteres βλῆμα dixerunt. Verum controversia est de nominibus, quae verbo quidem annexa nec tamen ita propinqua sunt, ut verbalibus adnumerentur. Etenim si is, quem modo ad testimonium vocavi, nomen ἀξίνη, ut Eustathius p. 1310, 59. ab ἄγνυμι derivavit, neutiquam ex verbi similitudine omnia, quae ei quoquo modo adjuncta sunt, judicari voluit. At contrariam sententiam profitentur Schol.

---

10) Regg. Pros. N. 112, 446. et Drac. p. 22, 22. ἡ αρ συλλαβὴ ἄρχουσα καὶ ἀσυνάλειπτος οὖσα ἐπιφερομένου συμφώνου συστέλλεται πλὴν τοῦ δ· ἐπεὶ τὸ μὲν ἄρδις συστέλλεται, τὸ δὲ ἄρδω ἐκτείνεται. Aut vitium est in nomine ἄρδις, aut excidit aliquid. Illud tamen, quod ab ἄρω (ἁρμόζω) repetunt, paroxytonum est ut et ἄρδα, cujus ultima corripitur, neque puto Grammaticum de σάρδα aliove vocabulo, in quo syllaba αρ sequitur consonam, loquutum esse.

Il. *Α*. 317. et Etym. M. 522, 33. τὸ κνῖσα τὸ ῑ βραχὺ ἔχει, ἐπειδὴ καὶ τὰ διὰ τοῦ ιζω τὸ ῑ βραχὺ ἔχει. Etsi enim nullum est huic nomini cum verbo κνίζω commercium, rectiusque Draco p. 21, 1. ex analogia nominum πᾶσα, πτᾶσα, δῦσα, φῦσα, argumentatur scribendum esse κνῖσα, tamen illud indicio est, Grammaticorum nonnullos illa quoque nomina, quae a perfecti passivi inclinamentis repeti nequeunt, ex verbis ipsis conjectasse. Sed jam intelligi puto, quantum nodorum et captionum haec habitura sit quaestio. Etenim non solum ἄξος, id est ἀγμός, scribitur quasi correpta penultima, sed etiam verbi ipsius mensura in dubio posita. Ex verbi forma Artemidoro frequentata κατεάσσω, cui respondet κατεάγοιντο Polyb. VIII. 7. ἑαγῆ Hesych. etc. ipsiusque nominis ἀγή macroparalexia, neque minus ex ionica scriptura κάτηγμα et κάτηξις apud Hippocratem, ὀσφυήξ apud Grammaticos, sequitur alpha et in verbo ipso et in verbi inclinamentis longum esse, eoque accentu etiam ᾆξαι scribitur Apollon. III. 96. Sed, ne rem ad liquidum perductam putemus, ecce ἄξε legitur I. 1168. κατάξαι Aret. Sign. Acut. I. 6, 10. Aelian. H. Ann. XV. 13. Eur. Suppl. 508. in edd. Barnes. Marcl. et Basill. quas solas consulere potui; Matthiae autem tacite κατᾶξαι edidit, quem sequutus est G. Dindorfius. Denique apud Homerum pro ἆξον, quod veteres legerunt, substitutum est ἄξον. Atque ille quoque, qui in Etym. M. p. 15, 23. ἆξον inflecti dicit ad evitandam synemptosin, aut nescivit alpha natura longum esse, aut non credidit. Gravissimum vero illud videtur, quod verbo κατᾶξαι non alia mensura convenit quam praesenti κατάσσω, huic autem brevis assignanda est vocalis, nisi quis demonstrat, Grammaticorum praeceptionem aut falsam aut mancam esse. Sic enim ajunt, πᾶν δίχρονον ἔχον διπλοῦν ἐπιφερόμενον συστέλλεσθαι Regg. Pros. N. 93, 441. ac nominatim huic legi subjiciunt sigma: τὰ διὰ δύο σσ παράγωγα ῥήματα ὑπὲρ δύο συλλαβὰς βαρύτονα, ὅτ' ἔχει δίχρονον πρὸ τέλους, συστελλόμενον αὐτὸ ἔχει, ἀράσσω, πατάσσω, χαράσσω, ἑλίσσω, ἀφύσσω· δῆλον οὖν ὅτι καὶ τὸ θάσσω ὀφείλει τὸ ᾰ συστελλόμενον ἔχειν Regg. Pros. l. l. Etym. M. 746, 38. Drac. p. 21, 9. apud quem non ὀφείλει legitur sed

ὄφειλον, pro *ὄφειλε* incertum an (quod praestat) pro *ὤφειλεν*. *Debebat*, inquit, *corripi*, *sed non corripitur*, et cur non corripiatur, ex affinibus *θᾶκος*, *θακέω* et, si Buttmanni sententia de dialysi vincit, ex *θαάσσω* quoque intelligi potest. Ex postrema autem canonis parte apparet Grammaticos hyperdisyllabis adjunxisse bisyllaba, et utrique generi, praeter *θάσσω*, eandem tribuisse mensuram, quam in libris quoque servari videmus: *σάξαι* Hippocr. de Steril. p. 25. T. III. Anecd. p. 92, 23. *σάξις* Aristot. Probl. XXV. 8. *νάξαι* Nicand. Ther. 952.[11]), *μάξαι* Xenoph. Oec. X. 11. Athen. XIV. 648. A. omniumque frequentissimum *τάξαι*, idque convenit etiam cum regulis, quae sunt de nominibus in *σσα*, *ἄνασσα*, *πίσσα*, *νύσσα* Drac. p. 21, 1. et de comparativis in *ασσων* Herodian. *π. Μον*. p. 37. quae omnia brevem vocalem habere dicunt praeter *θᾶσσον* et quod Regg. Pros. N. 86, 439. et Draco p. 195, 1. adjungunt, *γλύσσων*. Eaque fortasse omnia a primis canonis auctoribus conjuncte tradita postea vero divulsa itaque mutilata sunt, ut de verbis bisyllabis, quae regulam brevitatis servant, nihil, de his, quae excedunt, illud unum, quod ad *θάσσω* pertinet, nobis relictum sit. Si nihil aliud, certe verbi *πράσσω*[12]) mentio ab illis omitti non potuit, ne de *ᾄσσω* dicam, quod multi omisso iota scripserunt; sed suspicor etiam *κατάσσω*, de quo paullo ante loquutus sum, lege exemtum fuisse. Neque de *φράσσω*, *βράσσω*, *μάσσω*, res expedita est. *Φράξαι* legitur locis plurimis Odyss. V. 266. Aesch. Sept. 63. Pind. Isthm. I. 94. Thucyd. IV. 8, 5. et 13, 4. Strab. VIII. 389. Plutarch. V. Demetr. XVI. Apollon.

11) Insula, quam Euphorio ab hoc verbo denominatam esse tradidit v. Steph. (quod nescio cur Meinekius Fragm. CXVII. illi detraxerit) *Νάξος* dicitur, non *Νᾶξος* ut Schweighaueserus edidit Appian. Civ. V. 7.

12) Hoc veteres recte a *περάω* extitisse dicunt producta post syncopen vocali, ut et *πρᾶσις* scribitur, ionice *πρῆσις*, et imperativus *πρᾶσον* Schol. in Hermog. T. VII. P. II. 773. (*ἔπρασεν ἐπραγματεύσατο* Hesych.) et ionicum *πιπρήσκω* ut *ἀποδιδρήσκω*. Hoc praetermisit Draco p. 22, 11. *τὸ ᾱ ἐπιφερομένου τοῦ σ̄, ᾧ ὑποτέτακται ἄφωνον, συστέλλεται, ἄσθμα, ἀσπίς, ἀσκῶ* etc. Sed antiquiores magistri sine dubio adjecerunt *εἰ μή τις τροπὴ εἴη παρὰ διαλέκτῳ*. Vis illa syncopes non pertinet ad *πρίαμαι* et *διαπρύσιος*.

I. 990. Nonn. XLIV. 19. Sopat. Diaer. p. 378. T. VIII. Poll. I. 174. ἀποφράττον Plat. Tim. p. 91. C. πεφράχθαι Epict. Diss. I. 27, 20. Aristid. Or. XLVI. 186. T. II. et huic consentaneum nomen φράγμα Aristot. de An. II. 9. p. 421, 14. Paus. V. 14, 8. Athen. IV. 152. D. Poll. VI. 183. Bekkerus vero in Aristot. Probl. II. 28. et XVI. 8. ἀποφρᾶξαι scripsit et πεφρᾶχθαι, cui opitulantur Herodoti Edd. veteres L. VIII. 52. τοῦ φρήγματος exhibentes. Sed et hoc rursus infirmatur contrariis Herodoti, Hippocratis et Aretaei exemplis, apud quos φραγμός, διάφραγμα, ἔμφραγμα, φραχθῆναι, ἐμφραχθῆναι saepissime ac sine ulla codicum dissensione leguntur, πεφραγμένος Arrian. Ind. XIII. 75. atque adeo σφραγίς Aret. Cur. Acut. II. 2, 253. (98.) quod nonnulli cum φράσσω cognatum putant auctumque sibilo ut scirpus [13]), scrofa, strido, scruta, sculpo, scribo. Pro ῥήσσει *dejicit humique prosternit* in Evang. Marc. IX. 18. in uno cod. ῥάσσει scriptum eaque verba inter se et cum ἀράσσω saepe confusa et ad dignoscendum difficillima sunt v. Adn. ad Aj. p. 192. Jacobs. ad Achill. p. 821. τὸ ἐπιῤῥήσσειν οἱ μεθ' Ὅμηρον καταῤῥήσσειν καὶ καταράσσειν φασίν Eustath. p. 1358, 36. Βρήσσειν et ἐκβρήσσειν Glossographi ex Hippocrate afferunt v. Interpr. ad Hesych. s. Βρῆγμα, et Anecd. p. 223, 22. sed apud hunc et Herodotum ἐκβράσσειν legitur, βρασμός Aret. de Sign. Diut. II. 3, 137. utraque significatione tussiendi et protundendi (unde tussis). Neque ignotum Iones interdum pro η substituere alpha breve, λελασμένος, ἄλαστος, ἄπλαστος v. Gregor. p. 444. et 654. λάξις herodoteum; Asclepiades in Schol. Theocr. I. 4. ἐκτέταται τὰ λαψῆ διὰ τὸ εἶναι δωρικόν, ἐπεὶ καὶ βραχύ ἐστιν ut ionica λελαμμένος, ἐπίλαμπτος, et quod Helladius affert ap. Phot. p. 869. οἱ Ἴωνες ἀπὸ τοῦ δάκνω τὸ δάξω ἐκφέρουσιν, et Schol. Nic. Th. 119. δάχμα (sic) πανταχοῦ φησι Νίκανδρος καὶ οὐ διὰ τοῦ η, cujus admonitu Schneiderus quinquies δάγμα scripsit pro δῆγμα, eamque tropen subeunt etiam communia δαγμός Eust. Or. XXI. 176. quod apud Hip-

13) In hoc et in *sculpo* metathesis accessit. Hesychius Γριφόμενα γραφόμενα — et Γρομφεῖς οἱ ζωγράφοι, ut γρομφάς scrofa.

pocratem δηγμός scribitur, κρυφοδάκτης Moschop. Sched. p. 73. λαθροδάκτης Hesych. s. Σιγέρπης, ἀδαγμός et ὀδαγμός, ut ῥακτός, πακτός v. Adn. ad Aj. v. 579. πακτή etc. Sed jam manifestum est, in dialectorum contentione quam fere nihil sit praesidii. Ac ne ulla quidem esse potest contentio verborum, quae aut in omnibus dialectis eandem formam habent ut μάσσειν et δράσσεσθαι, unde ductum nomen δράγμα paroxytonum est Nic. Th. 663. etc. et δραχμή a Comicis nonnunquam corripitur, aut unius dialecti finibus continentur ut θράσσειν. Buttmannus Lexil. I. 211. id alpha longum habere contendit ut ex ταράσσω contractum, et pro θράξαι Aesch. Prom. 628. θρᾶξαι, pro θράττον Plat. Phaed. 86. E. θρᾶττον corrigi jubet, hic uno adjutus Augustano, illic nullo. Eamque sententiam duobus defendit argumentis, quantulum ego judicare possum, infirmissimis. Primum enim, ut evincat ταράσσω a τάρ propagari non posse, negat terminationem ασσω verbis applicari nisi antecessione gutturalis quasi praeformatam, φύλαξ, φυλάσσω, φάρμακον, φαρμάσσω, θάακος θαάσσω T. II. p. 111. et 198. eoque procedit ut ἀλλάσσω ab αλλαχ tanquam a stirpe repetat, quam in ἀλλαχοῦ apparere, parum reputans ἐνιαχοῦ, πανταχοῦ, ὀλιγάκις, πλειστάκις, terminationem asciticiam habere. Neque ἀλλάσσω solum proxime ab ἄλλος proficiscitur, sed et ἀφάσσω ab ἀφάω et a similibus principiis κλαδάσσω, κλυδάσσω, παλάσσω, σπαράσσω etc. sine ullo gutturalis interventu, ac profecto, cur hoc minus licuerit quam ἀλθέσσω, ἐδρήσσω, λαφύσσω, λιμώσσω producere, intelligi nequit. Deinde quod cum contractione productionem necessario conjunctam esse ait, βλάξ, πτήσσω, στρώννυμι, id non adeo stabile et immutabile esse demonstrant πέτομαι πτερόν, πέλεθρον πλέθρον, στελεγγίς στλεγγίς, καλέω κλέω etc. sed afferri potest ad declarandam verbi κράζω, cui alpha longum tribuitur, mensuram, si quidem Paphii, ut Hesychius ait, pro κράξον dixerunt κάῤῥαξον. Equidem τρήχω, θράσσω et ταράσσω, Τάρχη τάραξις, Ταργαίνειν ταράσσειν Hesych. cognata esse concesserim sed ita, ut sunt rerum similium vocabula consona, neque excludo Θρᾴκη, Τραχεῖα, Τραχεῶτις, Τραχίς, Τραχίνη sive, ut postea ap-

βραχεῖα παροξύνεται. Herodianus in Etym. M. p. 523, 5. κνύζω, εἰ μὲν ἐπὶ τοῦ φυτοῦ, κατὰ συγκοπὴν ἐστιν, εἰ δὲ ἐπὶ τοῦ παρεφθαρμένου καὶ ἐῤῥυσωμένου ἀπὸ τοῦ κνύω, quod quum $\bar{υ}$ longum habeat, idem ad substantivum transferre licet sive scabiem significat sive plantam quae vulgo κνύζα et κνύθα, attice etiam σκόνυζα dicitur [16]). Sin res aliter se habet, id quoque documentum erit, vocabulorum cognatorum diversas esse prosodias. Sed videamus de verbis. Apud Homerum Wolfius, apud Platonem Men. 95. D. (in Theognidis versu) Bekkerus e Bodl. imperativum ἵζε reposuit, ut vulgo legitur apud Theogn. v. 34. et in H. H. in Merc. 457. et participium προςίζον Plat. Civ. VIII. 564. E. properispomeni loco; quibus convenit nomen ἴσμα, veterumque auctoritas qui ἵζω breve $\bar{ι}$ habere tradunt v. Joann. p. 3, 13. [17]) Idemque Wolfius pro δῖζε Il. XVI. 713. δίζε scripsit, pro νῖζε Od. XIX. 392. νίζε, ut tribus aliis locis scriptum est in Edd. Ern. et Heyn. et apud Suidan Kuesterus pro Νῖζε νῖπτε clanculum substituit paroxytona; hic per negligentiam, ut opinor; Wolfium credibilius est Grammaticis inserviisse, etsi Od. XII. 435. ῥῖζαι edidit (sed IX. 390. ῥίζαι, eodemque loco v. 434. στηρίξαι). Nomen στίγμα paroxytonon est Aristot. de Gen. Ann. I. 17. p. 721, 32. Aelian. V. H. II. 9. convenienter verbo, quod Grammatici brachyparalectum esse narrant; sed hoc ipsum dubium reddit diversitas latini instigo v. Aglaoph. p. 637. Κνίζον imperfectum Pind. Nem. V. 59. κνίσμα Anth. P. XII. n. 82. et accusativus κνίδα sequuntur legem verbo praescri-

16) Apud Sprengelium Hist. Herb. et Sibthorpium Flor. Graec. nihil reperio, quod illi conveniat etymo. Sed confirmatur eo, quod conyza a Polluce I. 131. plantis aculeatis adnumeratur ut Κνύθος ἄκανθα μικρὰ Hesych. eademque pariter ut cneoron sive cnestron cubilibus substernebatur v. Wellauer. de Thesmoph. p. 31. quas omnes ex etymo *scabiosas* appellare licet. Plinius canilae associat, quae fortasse ob foetorem nominata est a parte corporis obscoena, ut herba vulvaria.

17) Schol. Il. B. 52. Ἀρίσταρχος τὸ ἵζεν ἐκτείνει, ἡ δὲ κοινὴ συστέλλει. Haec igitur iota natura breve fecit. Num ille augmentum, quod plerumque abjicit, hoc loco addendum putavit? Conf. Schol. IV. 426. Anecd. Cram. I. 395.

ptam, sed egreditur κνίζη. Nomen semiliquidae plerumque σίγμα scribitur, nec raro σίγμα [18]), quam litem verbo dirimit Elmslejus ad Med. 463. σίγμα scribendum; σίζω enim priorem syllabam natura longam habet ut ὀλολύζω, ἰύζω et cetera omnia hujus formae verba. Esto, concedamus in praesens, quod de verbis dicitur. Sed quum literarum omnium vocabula peregrina sint, quis nobis de sigma satis dabit, ut id a graeco verbo derivatum credamus potius quam ex semitico Samech et Simkha conversum? Sed et de verbi prosodia certari potest. Verba ὀλολύζω et ἰύζω macroparalecta esse Elmslejus, nisi fallor, colligit ex nominibus ὀλολυγή, ἰυγή. Sed hoc injuria ad omnia hujus formae verba transferri, documento sunt κοκκύζω, κοππύζω, γογγύζω, τονθορύζω, quae in flexu et declinatu corripiuntur, perinde ut ψιθυρίζω, βορβορύζω, cujus futurum quidem in ύξω terminatur, nomen vero βορβορυγή sine dubio eandem habet mensuram quam κορκορυγή et τονθολυγοῦντες. Si quis autem haec ab ἰύζω hactenus differre dicat, quod hoc primitivum sit, illa paragoga, Elmslejum quidem, qui ipse paragogo ὀλολύζω usus est, nihil juverit sed fortasse gradum quendam et aditum ad cetera fecerit. Etenim summa controversiae caussaque tota consistit in primitivis et ante cetera in verbo σίζω. Hinc propagata in libris nostris pleraque paroxytona sunt: σίζον Arist. Eqq. 930. σίζε Odyss. IX. 394. Athen. VI. 324. C. et in codice Paul. Sil. Ecphr. Soph. v. 76. ubi σίξε vulgatum; ἐπισίξαι Poll. V. 6. Etym. M. Hesych. σίξις Aristot. Met. II. 9. p. 369, 17. etc.; idque consentaneum est Grammaticorum praecepto, quod supra proposui, de dichronis, quae literam zeta praecedunt tam in verbis quam in nominibus. Verumtamen nonnihil caussae est, cur eos huic regulae terminos quosdam circumscripsisse putemus, ab excerptoribus improbe revulsos. Draco p. 88, 21. τρυγών, inquit, ἐκτείνει τὸ υ ὡς ἀπὸ τρύζω, ex quo conjectura existit, verba ex similitudine sonorum naturalium ficta

18) Hoc praebent codd. Athen. X. 455. D. Platonisque Theaet. p. 203. A. Cratyl. 407. B. a Bekkero receptum, Oribas. de Luxat. V. 141.

eademque primitiva, velut κρίζω [19], τρίζω, γρύζω, μύζω, ῥύζω, λύζω, aliter pronuncianda esse atque τίζω, σφύζω etc. Nec praetereundum est, latina verba *strido*, *ringo*, *grunnio*, *mutio*, *glutio*, indicium praebere, quae sit in graecis τρίζω, ῥύζω, γρύζω, μύζω, λύζω, ancipitis natura, eodemque vergere interjectiones γρῦ, μῦ, βῦ, ἆ et ἅ, unde quae derivata sunt verba ἄζω, βύζω etc. vocalem longam habere conveniet. Nihilo secius non solum βύζα paroxytonum est Anton. Lib. c. X. et σπίζαι Aristot. H. Ann. IX. 7. p. 613, 3. Diog. IV. 42. sed Herodianus etiam π. Μον. p. 31, 21. σπίζα eodem accentu esse docet quo ῥίζα, hoc est, quo σπίνος, unde sequitur ut idem statuamus de verbo σπίζω, etsi hoc non minus ex natura expressum videtur quam πιππώ, πιππίζω, pipio, quorum vocalis principalis per se longa est neque geminatione eget, quam librarii addere solent a consimili τιτίζειν remotam. Alterum, quod nominatim lege excipiunt, est κράζω. Herodianus π. Μον. p. 23, 5. σημειῶδες ἀσύνηθες πᾶσι (fort. τοῖς παλαιοῖς) τὸ κράζω ἔχον ἐκτεινόμενον τὸ ᾱ, εἰ μὴ ἄρα τὸ κράζω ἰσοχρονῆσαι ἠθέλησαν αὐτά, ubi pro altero τὸ κράζω quid scribendum sit parum liquet nisi forte affine κρώζω vel κλάζω, quod cum macroparalectis κράζω et πλάζω magnam in declinando similitudinem habet, κλάγξω κέκληγα ut κράζω (κραγγών) κέκραγα Hesych. πλάγξω πέπληγα v. Etym. M. 516, 30. Adn. ad Aj. v. 598. nisi igitur κλάζω ut a sono naturali κλάξ ductum v. Schol. Arat. 234. illi pro exemplo esse voluerunt. Sicut autem perfecti λέλακα similitudo apparet in λακεδών et λακέτας Aelian. X. 44. quorum illud alpha longum habere versus docet, hoc ratio, eadem mensura est κραγέτας apud Pindarum, et κεκράκτης, si quidem recte Hermannus vocativum κεκρᾶκτα scripsit Arist. Eqq. 304. Et ut a πράσσω πρᾶξαι ducitur, ab ἄγνυμι, si Grammaticis credimus, ᾆξαι, sic Regg. Pros. κρᾶξαι praescribunt. Sed jam ad praecipitia artis perventum est. Etenim quod He-

---

19) Apud Hesychium tamen scribitur κρίξαι paroxytonos. Homericum κρίκε ζυγόν cum κρέκω conjunctius esse videtur quam cum κρίζω, neque hujus aoristus dici potest.

reliquus dicit ὁ Moins p. 86, 12. alpha ante duas easdem liquidas breve esse, χωρὶς εἰ μὴ τροπή τις εἴη τοῦ η εἰς α κατὰ διάλεκτον, eorum utrumque convenit in iota et ypsilon non solum ubi liquidas praecedunt sed etiam, quod rarum est[20]), ubi mutas, πίσσα, νύσσα, ἴλλος, σίλλος, κίκκος, ἵππος, μύλλος, φύλλον, nisi trope accedit Θρᾷσσα, μικκός. Quod genus si a macroparalecto ἄττω Dorice formatur aoristus primus, is sive addito augmento sive detracto, properispomenos est ἆξα et augmenti causa et propter naturam, sed ab ἀίττω, ἵπτω, ἵζω, quae brachyparalecta sunt, adjecto augmento, ᾖψα, ἵψα, ἷξα, omisso ἄψαι, ἴψα, ἴξαι. Ex his, quae prosodiae auctores clare perspicueque tradunt, necessaria conclusione efficitur, θώραξ, οἴαξ, κόναξ, νέαξ, βλεφαρονάξ, ὀσφυάξ, alpha longum habere, de quibus illi nihil praecipiunt, quia in re positum est atque natura ut longum sit alpha, quod in dialectis cum eta commutari possit. Sed studiose nos edocent de ι et υ, quae in omnibus dialectis eodem modo scribuntur, easque in declinatu corripi affirmant, τρίξαντα ἀπὸ τοῦ τρίζω, βραχὺ τὸ υ ὡς ἐρύξω, σμύξω, ψύξω Schol. Od. Ξ. 387. et Macrob. de Diff. Verb. p. 717. ἀνίχω στίξω, ἐρύκω ἐρύξω, mutata est et finalis in littera et quae antecedit in tempore. Ita manifestum fit de immutabilibus ι et υ diversum edici atque de alpha, quod cum dialectis mutatur. Atque eosdem, qui μῖξαι, σμύξαι scriberent, nunquam detrectasse πρᾶξαι, ἆξαι, κρᾶξαι scribere, quae cum doricis κλᾶξαι, σπᾶξαι, τιμᾶξαι tam apertam habent similitudinem ut errari non possit. Quum vero pro certo constaret, haec verba alpha longum, sicut est in principio, ita ἐν τῇ ῥηματικῇ κλίσει servare, quid tandem causae fuit, cur aliter statuerent de reliquis? Nunc quia quae

20) Omnium saepissime duplicatur Kappa, sed rarius in Atthide quam extra: κάκκη, κακκάβη (caccabus), [illegible], λάκκος (lacus), cui Atticistae βόθρος praeferunt, ἀκκίζομαι, κάκκος, v. ad Phryn. 287. [illegible]ρις, Σῶκκον τὸν Ἑρμῆν οἱ Δωριεῖς διὰ δύο κκ, Ἀττικοὶ δὲ δι' ἑνός Thom. M. Alia in Aglaoph. p. 845. attuli. Κάδδος (cadus ut lacus) doricum est; [illegible] Theognost. Can. XX. 238. ad usurpationem antiquitatis assumtum.

has literas continent verba, in libris suis eo inscripta reperê-runt accentu, quem syllaba longa brevem antecedens non fert, μίξαι, τμύξαι? Licet hoc affirmare exemplis plurimis; τὸ στῦφον et στύψις Galen. de Comp. Med. p. Gen. I. 4, 386. T. XIII. de Comp. Med. p. Locc. I. 2, 427. T. XII. quo absente hoc nomen est de Simpl. Med. Fac. IX. 2, 211. Athen. III, 80. F. τὸ κατάψυχον Aristot. de Gen. Anim. IV. 3. p. 768, 22. de Part. Anim. VII. 653, 12. τὸ ψῦχος Meteor. I. 10. pag. 347, 20. sed ψύξις ibid. c. 11. pag. 347, 13. I. 4. p. 341, 36. I. 9. p. 347, 9. II. 2. p. 354, 31. ut σφύξις Resp. XX. p. 479, 27. et 480, 14. ψύξαι Thucyd. VII. 12. 4. ubi Poppo ψῦξαι intulit, quia υ hujus verbi producitur, eandemque correctionem Athenaeo III. 124. D. XI. 503. C. adhibuit Dindorfius, Diogeni IX. 88. Huebnerus ψῦξιν scribens pro ψύξιν. At μίγνυμι sive μίσγω, quod iota longum habere constat Draconis testimonio, apud Homerum et posteriores plus centies legitur μίξαι, μίξις, nec raro μῖξις et in codd. μεῖξις cf. Goettling ad Philodem. p. 191. συμμειγνύντος Aesch. Ag. 150. B. din. 19. μῖξαι Hippocr. de Affect. Int. p. 510. 515. et 525. T. II. de Morb. II. 257. T. II. de Mul. I. 710. de Superfoet. p. 470. 471. et 478. T. I. Diog. La. III. 18. etc. idemque et codices nonnunquam exhibent ut in Julian. Epp. XXX. p. 51. ed. Heyl. et Critici substituerunt, Schaeferus ad Plut. V. 182. VI. 354. Goeller. ad Thuc. VII. 22. Ellendt. ad Arrian. VIII. 9, 3. Buttmanni praeceptum sequentes. Ἀποτρῖψαι ἀποτρῖψαι Hipp. de Diaet. II. p. 705. T. I. de Affect. Int. p. 507, 510. et 515. Muliebr. I. 741. II. 837. T. II. Athen. XIII. 610. C. nisi haec Dindorfii correctio est, qui in Aristoph. Av. 96. ἐπιτρῖψαι scripsit, Schweigh. Ed. paroxytonon praebet. Et ab aliis macroparalectis θλῖψαι Galen. de Comp. Med. p. Gen. I. 4, 386. T. XIII. de Sanit. II. 2, 90. T. VI. ἕψαι IV. 8, 289. de Sympt. Caus. III. 10, 256. T. VII. φρῖξαι Nonn. XLIII. 243. (ψῦξαι) Hipp. de Morb. Sacr. p. 603. T. I. quae pauca sunt ex magno numero excerpta[21]);

21) In uno Hippocratis libro, qui περὶ ἀφόρων inscriptus est, μῖξαι et τρῖψαι plus decies leguntur.

tantummodo ut appareat, nec ad haec in legendo attendisse; ceterum omnium verborum, quae in praesenti iota aut ypsilon longum habent, nullum est, cujus penultima brevi praeterita non aliquando circumflexo sit notata. Sed infinitis tamen partibus superant exempla paroxytonesis; apud Homerum ἐπαΐξας quinquies et nomen πολυάϊξ Il. V. 811. μῖξαι Il. XV. 510. ubi Stephanus cum Eustathio μῖξαι scripsit, τρίψαι Od. IX. 333. στηρίξαι XII. 434. πρῆξαι Il. IX. 653. et sic deinceps apud ceteros innumerabiliter. Quae res mihi aliquando opinionem attulit, Grammaticos classicos de syllepsi esse loquutos, ideoque in κῆρυξ et φοῖνιξ corripuisse vocales, quae in κηρῦξαι et φοινῖξαι producerent, inferiores autem sublato syllepsis et epiphorae discrimine has ancipites, ubicunque antecederent duplicibus, correpte pronunciasse, eamque causam fuisse cur librarii inter veterem et novam consuetudinem perpetuo fluctuarent incerti. Neque tamen dissimulabo hanc quoque rationem aliquantulum difficultatis habere. Primum enim quod Lascaris dicit τοὺς παλαιοτέρους τοῦ Ἀπολλωνίου καὶ Ἡρωδιανοῦ μεμψιμοίρους nominibus in ιξ macroparalectis tribuisse mensuram trochaicam v. Goettling. de Acc. p. 254. Ellendt. Lex. Soph. I. 956.[22]) neque testis est certissimus neque testimonium satis definitum. Deinde e Schol. A. ad Il. K. 258. κατ' αὐτὸν προπαροξυνόμενα πάντα τὰ εἰς υξ ἐπεὶ συστέλλει τὸ υ· καὶ μέντοι διὰ τοῦ κ κλινόμενα ἐν ἴσῳ ἐκτείνει· τὸ γὰρ κήρυκι ἢ πίνυτι ἰθὺ συνέσταλται διὰ τὸ μέτρον, intelligitur fuisse haud infimae dignationis auctores, qui vocalem, quae in obliquis non corripitur nisi metri causa ut in Antimachi versu Athen. XI. 475. D. in prima quoque positione longam esse putarent, idque usus ita comprobavit ut perraro inveniatur κῆρυξ Demosth. p. 285, 10. et 653, 6. Liban. Decl. p. 355. T. III Julian. Epp. VIII. 351. C. ἄμυξ Il. II. 267. φοῖνιξ Arrian. M. Erythr. p. 162. Athen. XII. 530. E. etc. Si tamen Herodianus verus atque germanus hoc pronunciavit, quod ei tribuitur, κατῆλιψ, φοῖνιξ, κῆ-

22) Herodianus Anecd. Bekk. p. 1148. δεῖ προσθεῖναι, εἰ μὴ ἔχοι τὴν τελευταίαν ὁ τροχαῖος μακράν, οἷον ἔχει τὸ φοῖνιξ ἐστί, κῆρυξ ἐστί· διὰ γὰρ τὴν τοῦ ξ ἐπιφορὰν οὐ γίνεται ἔγκλισις.

ρεξ, trochaeos esse, difficile videtur. et minus credere quam Ciceroni, quum *infelix* priorem longam habere dicit, *indoctus* brevem[23]); sed illa remanet prorsus insolubilis dubitatio ne forte jam tum antiqua pronunciandi ratio obliterata fuerit. Vulgaris autem consuetudo quantopere ancipites corruperit exemplo sunt, quae apud poetas incultiores leguntur correpta penultima: *ὑφάνας* v. Addend. ad Aglaoph. p. 379. *κρύχος*, *μίσγεσ*, *σφρηγίδες*, *Βιθυνός* etc. de quibus Jacobsius ad Anth. Pal. identidem adnotavit; et vulgati per nostros libros accentus, qui non solum Grammaticorum praeceptis repugnant ut *μίσγον*, *ῥῖπτο*, *μίμος* (v. Regg. Pros. N. 76.) apud Homerum, Nonnum XVIII, 208. XXI, 176. et utriusque medios, *δίφος* in codd. Plat. Civ. IV. 438. E. *θλῖψαι* Galen. de Locc. Affect. II. 8, 101. T. VIII. L. III. c. 5, 156. c. 8, 170. c. 11, 197. L. IV. 3, 219. et 7, 259. aliaque similia, quae librariis invitis excidisse credere possumus, nisi Moeris et Draco traderent nonnullos *βαδίζω* et *ἀγοράζω* dicere penultima producta; sed persaepe etiam a certis exploratisque regulis aberratur, *πνῖγος*, *στῦφον* Artemid. I. 72. v. ad Phryn. p. 107. *χρῖσμα* v. Heyler. ad Julian. Epp. p. 228. etc. Quae si sine ulla dubitatione rejicimus, de syllabis positione longis haud secus quam in tenebris erramus, neque libris confisi neque Grammaticis, qui interrogantibus saepe diversa respondent, saepius nihil, pari fere impedimento sive tacent sive loquuntur. Quapropter non miror neque improbo Bekkeri inconstantiam, qui nuper in Aristotelis libris edidit, quod quoque loco in codd. scriptum invenit: *ῥῖψις* Nicom. III. 7. p. 1114, 18. *ῥῖψις* Mechan. c. 34. p. 858, 27. Phys. Ausc. VIII. 2. p. 243, 20. *τρῖψις* Probl. IV. 14. *θλῖψις* IX. 4. *μῖξις* IV. 15. *μῖγμα* de Coel. II. 3. fin. de Gener. Anim. II. p. 747, 35. *μεμῖχθαι* Ausc. III 4. V. 4. p. 327, 1. *ψῦξις* Meteor. I. 12. p. 348, 33. etc. et rursus *ψῦξις* I. 4. p. 341, 36. II. 2. p. 354, 31. *μῖξις* Phys. Ausc. V. 40. p. 229,

23) De Graecis si quid simile suspicari liceret, eos ejusdem vocabuli vocalem pro natura sequentis consonae modo correpte pronunciasse modo producte, omnis haec disputatio ad irritum revolveretur.

2. de Gener. Anim. III. 8. p. 748, 33. de Coelo III. p. 799, 34. VI. p. 799, 14. μῖγμα Ausc. III. 4. p. 203, 23. φρίσον de Plant. II. p. 817, 8. φοινίξαι Mirab. c. 132. p. 843, 14. et item alia. Hinc plurimum distat Hermanni sententia, qui τρίμμα scribens Nubb. 260. κόρρα Soph. El. 852. Ion. 485, ut vulgo legitur in Lucian. Philops. §. 15. p. 253. T. IX. ῥίψον Od. T. 1436. totam causam a codicum arbitrio et a Grammaticorum auctoritate separat atque sejungit. At veteres quoque nonnullam primae positionis rationem habuisse apparet ex hujusmodi regulis: κνίσσα τὸ ι βραχὺ γὰρ διὰ τοῦ ξω ῥήματα τὸ ι βραχὺ ἔχει Draco p. 58, 14. ἁρπάζω, ἁρπάζω οὐκ ἔχει τὸ ᾶ μακρόν, ὡς δῆλον ἐκ τῆς κλίσεως Etym. M. 737, 26. et ex illis, quae de ἆξαι et κρᾶξαι supra retulimus. Eandemque rationem alii sequuntur, sed parum constanter. Velut Schaeferus, qui apud Plutarchum μῖξαι scripsit, in V. Cim. c. XVIII. inoffensus transmisit paroxytonum μίγμα, et in V. Sull. c. XXIX. ἀναψύξαι. Jacobsius κνῖσμα compluribus locis in κνίσμα mutavit v. ad Philostr. p. 243. Aelian. I. 32. IX. 25. X. 48. κνίσμα autem Anth. Pal. V. n. 13. VII. n. 273. XII. n. 190. reliquit. Boeckhius in Pind. Ol. VI. 173. ex uno Pal. ἐσκίμφθαι recepit ob σκήπτω et σκίπωνι, nihil causatus ῥῖψον Ol. IX. 55. quibus alios addere possum multos. Sed illa ipsa ratio vereor ut multum ponderis habeat, nisi quis demonstraverit, thematicae vocalis quantitas quomodo cognosci possit et qua lege ea deinceps in formatione et declinatione immutetur. Persaepe quidem, quae principio brevis fuerat, in progressu producitur θλάω θλίβω, τρίω (tero) τρίβω, ῥέπω ῥίπτω etc. Unde quum pateat longitudinem illam non nativam sed verbi formae pleniori et expressiori adjunctam esse, quumque nomina congenita eam persaepe non recipiant, ut ῥιφή, τριβή, παραψυχή, primum nego ex praesenti θλίβω cognosci posse, quo modo pronunciandum sit θλιμμός, tum dubito an aoristi ἐῤῥίφην, ἐθλίβην, ἐψύχην, ἐτύφην, referant sonum praesentis primitivi vel primitivo proximi, eumque retineant etiam tempora positione producta θλίψω, ψύξω, θύψω, sicut κτενῶ proxime a κτένω proficiscitur, ac si aoristus ἔκτεινα priorem

syllabam habet natura longam, ex lege non necesse est adstringi φλύψαι et φύψαι, quibus positio accessit. Sed agam pressius. Si certum est futurum φύρσω ad praesens φύρω eandem relationem habere quam ad φθαίρω habet φθέρσω, ad κείρω κέρσω, ad αἴρω ἄρσω unde ἄρσις, quis animum inducat hinc derivata φύρσαι [24]), φύρσις, φύρμα alio, quam vulgo fit, insigniri accentu? Ergo etiam κύρμα scribi oportet, non κῦρμα. In Themist. Or. II. 30. C. Dindorfius παρακῦψαι edidit propterea, puto, quod κῦφος et κυφός communem habent cum perfecto κέκυφα mensuram; at praesens κύπτω, si Grammaticorum regula constat, priorem brevem habet, paroxytonumque est adverbium κύβδα ut ῥίμφα et μίγδα, cujus forma principalior μίγα documentum praebet vocalem, quae in Σμιγόλας producitur [25]), a principio fuisse brevem productionemque primum extitisse in progressu formationis μίσγω, μίγνυμι, si quidem Grammaticis credimus his iota longum tribuentibus, sed eandem propagari ad derivata rectiusque scribi μῖγμα Galen. de Locc. Aff. II. 2, 72. T. VIII. et μεμῖχθαι de Tumor. IX. 723. T. VII. quam μίγμα de Locc. Aff. II. 8, 125. et μεμίχθαι de Comp. Med. p. Locc. I. 2, 426. T. XII. etc. necessaria consecutio non est. Praeterea nescio, quorsum ea dirigi oporteat nomina, quibus quae antecedunt verba vocalem ancipitem habent. Velut πίστρον, si cum πίνω confertur, πῖστρον scribendum erit; sed brevis est vocalis in thematico πίω, anceps in πίομαι. Quumque a πρίω oriatur πρῖσαι Moschop. Sched. p. 161. sed a πρίζω πρίσαι, ipsumque praesens verborum ἴκω, ξύω, φύω, diversam habeat pro aetate scribentium prosodiam, undenam sciri potest, quo loco ἶξις, ξῦσμα, ξύστρον scribendum sit, quo ἴξις, ξύσμα etc.? Φῦλλον scribere ne Passovius quidem su-

24) Schneiderus in Nicandr. Ther. 693. φύρσον, ut in Fr. I. pro quo apud Athenaeum, unde sumtum est, φῦρσον legitur.

25) Sic pro Μισγόλας scriptum in codd. Athen. VIII. 339. A. consuetudine eorum, qui σμίγω dicebant pro μίσγω v. Schaefer. ad Gregor. p. 679. Draco p. 65, 10. Anecd. Gram. I. 273, 15. μίσγω τὸ μι ἐκτεί-[illegible]

γγοϱιχοῦ ὀξύνεται, requiritur bisyllabum, quod cod. offert, *δϱυμός* appellativum et proprium urbis nomen. Quid vero est, quod idem brachyparalectis antea enumeratis subjungit: *τοῦ μέντοι κολυμὸς καὶ ϱυμός τὸ ῡ μακϱόν*. Numne *κωλυμός*, quod in Anecd. Gram. l. c. legitur, in usu fuit ut *κωλύμη*, an ille *γιγγλυμός* scripsit? Vulgatae simillimum *σκόλυμος*, quod mirum est ab omnibus illis praetermitti, propter brevitatem ab hoc loco alienum, sed et *ϱυμός* hic, ubi de proparoxytonis agitur, haud aptissimum est. Nunc reliquas percurramus vocales.

§. 7.

Nominum *σύμβαμα* et *παϱασύμβαμα* syllabae ab ultima proximae Lexicographi nostri notam longitudinis apposuerunt, nulla, quod equidem reperiam, ratione ducti, nisi dorica esse existimarunt ex eo genere quod ad Phryn. p. 428. explicuimus. Id vero redarguit Etym. M. 196, 34. *βῆμα παϱὰ τὸ βῶ· τὸ δὲ παϱὰ τοῖς φιλοσόφοις σύμβαμα παϱὰ τὸ βίβημι, τὸ δὲ βᾶμα καὶ σχᾶμα κατὰ τὴν Δωϱιέων φωνὴν εἴϱηται* et Anecd. Cram. I. 166. *τοῦ βίβημι ὁ παϱακείμενος βέβαμαι, τὸ οὐδέτεϱον βάμα, ὃ ἐν ἐκτάσει βῆμα, ὃ οἱ Στωϊκοὶ σύμβαμα*, ex quo clarum fit brevem esse horum vocabulorum penultimam, qualis est in tempore primitivo. Neque dubito quin et hoc *σύμβαμα* 34) et huic similia *κλίμα, κϱίμα, χύμα, πλύμα, δόμα, ἀνταπόδομα*, errore facili et specioso accommodata sint perfectis, a quibus declinata videntur, *βέβαμαι, κέκλιμαι, δέδομαι* etc. eademque via *στάμα* nomen Byzantium v. Du Cang. s. h. v. *πϱόστἀμα* Hesych. (nisi doricum aut mendose scriptum est) *ἔκτἀμα* Schol. Il. *T*. 267. *ἐπίταμα* Plutarch. de Ira c. VIII. 434. T. IX. *παϱέκταμα* Georg. Pachym. Paraphr. in Epist. Dion. Areop. p. 268. orta videntur, quorum omnium nullum in veteris et incorruptae Graeciae monimentis reperitur. Tantumdem a veterum con-

34) *Σύμβασμα* bis scriptum in codd. Priscian. XVIII. 1, 4. quo ex loco *ἀσύμβαμα* (ut *ἄκυϱμα*) addendum Lexicis una cum *συμβαματικός* Ptolem. Tetrab. IV. p. 5, a.

§ 5.

Litera ε si praecedit characterem, retinetur in στέλμα, φέρμα, δέρμα, ἀπόδερμα, ἄγγελμα, mutatur saepe ante duplicem, ἐπίσταλμα, ἔνταλμα, producitur in δῶμα adhibita trope vocalis, quam subit δομή et δόμος aliaque masculina, quae cum specie perfecti secundi conjunctam habent terminationem μος et της ex perfecto passivo tractam φορμός, στολμός, δρμός, κορμός, αὐτοφόντης, nec solum in hoc genere sed etiam a mutis ὄγμος, φλογμός, et puris primitivi ordinis βωμός, ζωμός, ψωμός, θημών. Altera brevium retinetur sine mutatione ὁρμή, et fortasse ὅρμος; ὅρμα. Diphthongi corripiuntur non uno modo: πταρμός, καθαρμός, διάρμα, κάθαρμα, σάρμα, χάρμα, ξάσμα, ῥάσμα, ac derivata ἔχθρασμα, γλίσχρασμα, λίπασμα, μίασμα, μέλασμα, ὕγρασμα, χλίασμα[28]) et ab alio principio ἀπόκαρμα, φθάρμα; ἀγερμός, sui quidque perfecti formam subsequens, sed κέρμα et σπέρμα ab hac similitudine depulsa sunt ut θρέμμα, ἀπόστρεμμα, quasi lenocinante forma praesentis aeolica κέρρω, σπέρρω, diverso adjectivorum flexu δαρτός, σπαρτός, καρτός, εἰμαρτός, ἐγερτός, ἱμερτός, θρεπτός, στρεπτός, et substantivorum σκάρτης, ἐναροκτάντης, βροτοκέρτης, κάρσις, ἄφθαρτος, πάμφθερσις. Unicum est, quod diphthongi vocalem priorem abjiciat, οἰκτιρμός ab aeolico οἰκτίρρω ut traditur Anecd. p. 1404. B.[29]). Restant ancipites. A verbis in λω quae derivantur, omnia paroxytona sunt: ἅλμα, (ἐφιάλτης) πάλμα, (πάλμη parma) σφάλμα, ψάλμα, τίλμα, σκύλμα. His proxima literam ν necessario abjiciunt κλῖμα, κλισμός, κτίσμα, ἔκταμα, aut deflectuntur aliorsum φθίνασμα. Quae in ανω et υνω terminantur, subolem non propagant. Liqui-

---

28) Platonicum δυσχέρασμα Phileb. p. 44. D. improbat Pollux III. 133. haud immerito, quandoquidem a verbis parasynthetis ut ἀμαθαίνω, ἀνοηταίνω, δυσθυμαίνω, etc. substantiva non ducuntur; ἀκολάσταμα sive ἀκολάσταμμα Epicuro dignius quam Aristophane v. Dissert. I. § 4.

29) Οἰκτιρμός Theophylact. Hist. III. 6, 73. B. IV. 7, 99. D. et 13, 107. D. et huic contrarium οἰκτίρετε Anth. Pal. VII 267.

quarum ultima servat vocalem praesentis ὕρμα, ἁρμός, ἄρμενα, σύρμα, φύρμα, πτύρμα, sed quaeritur num incorrupta. Qui κῦρσαι scribere instituerunt, facere non possunt quin κῦρμα scribant, quod nuper tentatum est. Sed mirum videtur, hujus scripturae in hoc et tot similibus vocabulis vestigium exstare nullum. Neque satis intelligo, cur diphthongi corripiantur, κέρσαι, σπέρμα, ἀγερμός, οἰκτιρμός, vocales autem longas manere necesse sit in φῦρσαι, πέφυρμαι, φῦρμα, et similiter in reliquis τρῖψαι, τέτριμμαι, τρῖμμα; quod qui praeceperunt, ex praesenti, quis sit succedentium temporum et nominum sonus, conjectandum putant, sed rationem sententiae suae non reddunt. Literarum epentheticarum, quae penultimae positione longae ex supervacaneo addi solent, usus in hoc genere verborum perexiguus est ἀναρθμός, ἀρθμός, πορθμός. Verum de incrementis nominum hujus familiae, quantum opus erat, tantum mihi dixisse videor; sequitur ut de decrementis dicamus.

§. 6.

Quanti referat quosnam duces sequaris, Phrynichum exempli causa an legulegum aliquem ex subselliis Auditorii, hoc quoque loco animadverti licet. Etenim illi veteres et incorrupti atticae consuetudinis speculatores εὕρεμα, ἀνάθεμα[30], ὑπόδεμα et quidquid horum simile est, uno ore condemnant v. Adn. ad Phryn. p. 249. et 445. Draco et Canonum prosodiacorum conditor contraria approbando recti pravique discrimen tollunt. Ille p. 57, 4. et Anecd. Cram. I. 225. τὰ εἰς μα δισύλλαβα τῷ υ παραληγόμενα συστέλλει αὐτὸ, πλύμα, χύμα, ῥύμα, φύμα, θύμα, λύμα, διὸ σημειούμεθα τὸ κῦμα μόνον ἐκτεινόμενον. Ἱστοροῦσι μέντοι τοὺς Ἀττικοὺς τὸ λῦμα ἐκτείνειν καὶ τὸ φῦμα. Regg. pros. N. 34. p. 426. βῆμα, μνῆμα, δῶμα καὶ τὰ ὅμοια προπερισπῶνται, τὸ δὲ κλίμα, κρίμα, παροξύνονται. Et N. 110. 442. τὰ εἰς μα δισύλλαβα τῷ υ παραληγόμενα συστέλλει αὐτὸ, πλύμα,

---

30) Πάντες πεζολόγοι ἐπίθημα καὶ ἀνάθημα λέγουσιν Anecd. Cram. I. 165.

χύματι, ῥῦμα· τὸ λῦμα ἐκτείνει καὶ τὸ φῦμα. Etym. M. p. 545, 5. quum idem praecepisset, addit: παραφυλάττομαι. τὸ κῦμα· τὸ γὰρ λῦμα ποιητικῶς ἐκτείνουσι· τὸ δὲ θῦμα ἱστορεῖ Ἀριστοφάνης ἐκτεινόμενον. Maximus Planudes Dial. Gramm. p. 26. in Anecd. Bachmanni T. II. τὰ μὴ ἀρσενικὸν ἔχοντα οὐκ ἐξ ἀνάγκης μακρᾷ παραλήγεται ὡς τὸ φῦμα, πλύμα· τούτοις δὲ συνηνέχθη καὶ τὸ χύμα. Jam excutiamus singula. Κλίμα, quod Moschopulus quoque Sched. p. 155. paroxytonum esse affirmat, et composita ἀνάκλιμα, ἀπόκλιμα, ἔγκλιμα, τετράκλιμος, apud probatos graeci sermonis auctores non reperiri puto, sed si qui veterum his usi sunt, certe non aliter pronunciarunt quam κλῖμα, eamque regulam sequentes poetae latini, ut a pueris audimus, clima trochaei loco ponunt, Alphaeus autem Epigr. V. et Nonnus III. 5. XXI. 308. XXVI. 147. XXXII. 42. XLVII. 507. brevem fecerunt penultimam, quo nititur vulgaris notatio κλίμα Aristot. de Mund. c. X. p. 392, 3. repetita in Stob. Ecl. I. 42, 644. Herodian. II. 11, 5. Joseph. Bell. Jud. III. 7, 12. Plutarch. de Is. XXXVI. 151. Dialog. de Astrol. II. 12. sed melius κλῖμα Vitruv. IX. 8, 4. Alterum κρῖμα saepissime legitur in N. T. libris, plerumque properispomenon ut et in Euseb. Demonstr. VII. 358. C. VIII. 402. A. Epict. Dissert. IV, 12, 10. II. 15, 8. longamque syllabam esse ostendit metri ratio Aesch. Suppl. 397. quo arguitur Nonni error priorem corripientis Paraphr. IX. v. 176. et compositorum pronunciatio vulgaris ἀπόκριμα, ἐπίκριμα, κατάκριμα, πρόκριμα, σύγκριμα, quae nescio an antiquis scriptoribus inusitata sint. Sed Grammaticorum praeceptum ad alteram quoque vocalium indifferentium pertinet; exempla vero brachyparalexiae, quae proferunt, aut non repeᴦiuntur apud veteres aut properispomena sunt. Δῦμα simplex Graeci non dixisse videntur, sed ἔνδυμα legitur media producta in Hedyli Epigr. V. (I.) Anall. T. I. 483. Anth. Pal. V. n. 199. correpta in Epigr. Adesp. CXV. sicut olim vulgabatur Eur. Herc. 443. nunc vero ἔνδυτον repositum est, quo solo utuntur Tragici. Neque correptionis auctor, puto, antiquior extat, quam Hedylus ille, Callimachi aetate paullo inferior, qui ὑπένδυμα usurpavit in versu heroico Epigr. VI.

(1.) et M. Argentarius Ep. XX. Anall. p. 270. T. II. quem Caesarum aetati adscribunt. Πλῦμα modo sic scribitur Hippocr. de Diaet. II. 676. T. I. Aret. Sign. Acut. II. 9, 155. Poll. VII. 39. et 40. modo πλύμα Hipp. Epid. IV. 523. T. III. Aristot. H. Ann. IV. 8, 13. p. 534, 27. Atque hos et similes scriptores nihil opus est ad Atticismi normam et regulam redigere, quam non ab omnibus servatam esse constat Nicandri exemplo bis penultimam corripientis Alex. 258. et 467. Attici tamen quid probaverint, Photius ostendit: πλύσμα οὐ πλύμα, neque praetermittendum est πλύσμα bis legi apud Theophrastum de Lapid. 58, 701. eodemque inclinare Aristotelis codices l. c. πήλυσμα et πόλισμα exhibentes, ac masculinum πλυσμός, cujus mentionem fecit Hesychius; πλῦμα vero, ἀπόπλυμα Diod. V. 28. περίπλυμα, sequuntur exemplum perfecti πέπλυμαι Hipp. Vict. Acut. p. 99. T. II. Galen. Comm. in Aphor. p. 47. T. XVIII. P. I. de Comp. Med. p. Locc. IV. 699. T. XII. 703. 704. 714. 762. 763. ubi saepius litera μ geminatur vitiose. Tertium est ῥῦμα, cujus priorem Attici poetae semper producunt, corripuit vero Proculus H. in Sol. v. 4. ἁρμονίης ῥύμα πλούσιον ἐξοχετεύων, ubi pro ῥεῦμα valet ut in Inscript. Corcyraea N. 1838. Vol. II. et ut χῦμα pro χεῦμα. Et Orph. H. X. 22. φύσις ἀενάῳ στροφάλιγγι θοὸν ῥύμα δινεύουσα, hoc est θοὴν ῥύμην sive φορὰν δινεύουσα, ut κίνησιν ἀίδιαν κινουμένη Aristot. de Mund. II. 391, 7. φορᾶς ἐνθουσιώδεις φερομένη Plut. V. Pyrrh. c. XXII. τὴν ἐναντίαν στροφὴν διεστραμμένος Epict. Diss. III. 3, 384. etc. Injuria autem Passovius Opusc. p. 147. hanc poetarum ignobiliorum licentiam transfert ad θῦμα, quod quomodo veteres pronunciaverint ne illos quidem praeteriit formularum prosodiacarum cantores. Φῦμα apud Hippocr. de Morb. II. 243. T. II. de Nat. Puer. p. 390. T. I. Herod. III. 133. Aelian. V. H. XII. 3. Aristid. Or. Sacr. I. 287. Plutarch. de Util. ex host. p. 277. T. VI. rectius scribitur quam φύμα in Nonni Epit. c. CCXVII. Schol. Hippocr. p. 159. T. I. neque ullum correptionis exemplum succurrit numerorum necessitate adstrictum praeter φυμάτεσσι Marc. Sid. v. 83. Idem valet de χῦμα, quod vel apud

scriptores minus religiosos properispomenon est Agatharch. M. Rubr. p. 26. Arrian. M. Erythr. p. 148. ed. Blanc. Alciphr. I. Ep. 23. Theophil. de Urin. p. 20. (p. 56.) Nicomach. Arithm. c. I. Niceph. Greg. Hist. VI. 2, 104. A. rarius *χύμα* Schol. Phoeun. v. 90. Eustath. Op. XV. p. 130, 91. (sed *χῦμα* XIV. p. 101, 17.) Aristot. H. Ann. V. 19. p. 550, 27. (Urb. et Vat. *χῦμα*, alii *ἔγχυμα*) Diodor. XVII. 75. Aret. Sign. Diut. II. 10, 160. ubi duo codd. *χῦμα*, neque constat sibi accentus in versione, quae dicitur, V. T. Alexandrina. Nomen hoc, quod in Inscriptionibus quoque legitur N. 1570. b. lin. 50. a Grammaticis precusum esse Bernhardy pronunciavit confidentius ad Dion. p. 856. Sed apud Atticos certe neque simplex extat neque composita *ἔγχυμα* Hipp. de Morb. II. 259. T. II. *ἀνάχυμα* Nicom. Harm. I. p. 6. *ἀπόχυμα* Dioscor. Mat. I. 98, 100. *περίχυμα* Geopp. I. 116, 113. Marin. V. Procl. c. 26. Stob. Ecl. I. 52, 952. *ὑπόχυμα* et *παρέγχυμα* medicis familiaria; quodque Ammonius dicit *καταχύματα τὰ καταχεόμενα ὕδατα, κατάχυσματα δὲ τὰ τραγήματα* etc. prioris significationis exempla apud istos non reperio; *κατάχυσμα* vocant et jus et missilia[31]), placentam non *ἔγχυμα* sed *ἔγχυτον*, labrum eluacrum non *πρόχυμα* sed *ψυκτῆρα* v. Moeris s. h. v. sicut Herodotus guttum *χεῦμα* II. 51. alii *προχοήν* et *πρόχυσιν* vocant[32]), Postremo Thomas M. *χύσις σοφίας ἐρεῖς, οὐ χύμα.* Cetera bisyllaba aut vocalem longam habent *κνῦμα, ῥῦμα, στῦμα, τρῦμα,* aut sigma insertum *βύσμα, πτύσμα,* aut utrumque *ξύσμα, ὕσμα,* quae *ξῦσμα, ὗσμα,* scribenda essent, si *τρῖμμα* et *κῦρμα* rata haberemus[33]). Hinc procedimus ad trisyllaba; *διάνυσμα*

31) Antiquos *κατάχυσμα, κροῦσμα,* dixisse, recentiores sigma omisisse, Blomfieldius pronunciat ad Pers. 403. promtius quam deliberatius.

32) Homerus Od. II. 75. *χύσιν ἐπεχεύατο φύλλων* dixit, quod posteriores *χῦμα*, ut *ὑπόδεσις* pro *ὑπόδημα*, *ἔνθεσις* ut latinum *bucca* pro eo quod in os ingeritur, ut Lucian. Dial. Meretr. VI. 222. *τὰς ἐνθέσεις ἐπ' ἀμφοτέρας παραβύεται τὰς γνάθους.* Activa significatione idem poeta *πρόβασιν* posuit.

33) Erotianus p. 310. *ὕσματα ἀντὶ τοῦ ὕματα· ὅ ἐστι βρέγματα.* Illud legitur Hippocr. de Hum. p. 133. T. I. et saepius.

quod ab ἀλύειν repeti potest, γάνυσμα, μέθυσμα, ἄλυσμός, ἔλυμα, εἴλυμα, κάκυμα, κόλυμα, quorum illa penultimam habent positione longam, haec natura. Sed auctoritas Grammaticorum, quos impugnamus, cum alios prosodiae auctores tum Passovium induxit non solum ut πλῦμα, ῥῦμα etc. eodem quo illi accentu scribenda censerent, sed etiam κάσσυμα et pleraque eorum, quae a verbis in ύνω declinantur, penultima brevi insignirent v. Passov. Tabb. Pros. VI. Verum enim vero κάττυμα Aristophanes Vesp. 1160. Eqq. 869. νεοκάττυτον Strattis Athen. XIV. 622. A. in ea versus parte collocarunt, ut appareat penultimam, si Aristophanis uteremur signis prosodiacis, apice circumducendam esse. Πλάσυμα et similia, si forte de his cogitavit Passovius, in vitio sunt. In nostris quidem libris perfrequens est ista perfectorum scriptura: βεβάθυτο Strab. XIII. 629. (βεβάθυντο Nonn. XXXIX. 305.) βεβαρυμένος Hippocr. Epist. p. 811. T. III. Simplic. in Enchir. I. 1. 45. Nonn. XXXVII. 534. ubi Graefius recte βεβαρημένος scripsit, nec activum βεβάρυγκα probatur Thomae M. ἤμβλυτο in exitu scazontis Stob. Tit. CXIII. 591, 10. et ἠμβλύθη Plutarch. V. Cic. c. V. quae nunc emendata sunt v. Schaefer. ad Schol. Apoll. p. 208. ἐκτεθήλυται Dio Cass. L. 50, 27. p. 814. ἐπηοχυμένη Theodor. Hyrt. in Anecd. Boisson. p. 21. T. III. κατεσκληρυκός Galen. in Hipp. Prorrh. I. Comm. III. c. 140. p. 800. T. XVI. ὑπεσκληρυμένον Theophr. de Od. 58, 780, et Dioscor. Mat. I. 53, 58. τετραχυμένον Plutarch. V. Num. c. VIII. 157. et τραχυνθέντα Plat. Tim. p. 66. C. nuper e codd. correctum; ἐῤῥαμένον Xenocrat. Aquat. c. 27. Athen. IV. 140. F. quod Dindorfium pertulisse mireris; ἐξηραμένον in codd. Herod. VII. 109. et saepius in Theophrasti libris Hist. Pl. VIII. 11, 3. IX. 17, 1. Caus. Pl. V. 8, 3. de Od. 63, 754. quibus locis Urb. et Med. aut ἐξηραμμένον exhibent aut ἐξηρασμένον, et ξηρανθέντα Caus. IV. 13, 3. τεθερμαμένη Irenaeus adv. Haer. L. I. 9, 59. πεπλάτυνται Erotian. p. 360. s. Τετάρσωται (sed Galenus p. 578. πεπλάτυνται), πεπλατυμένη Ruf. Ephes. de Part. Hom. III. 53. (sed paullo ante c. 52. τετραχυσμένος) aliaque multa ad Phryn. p. 34. allata, his-

que consentanea substantiva ἄδρυσις Simplic. in Enoh. I. 11, 18. I. 38, 397. ἔῤῥασις v. ad Phryn. p. 502. πλάτυμα Etym. M. τράχυμα Galen. de Locc. affect. II. 8. p. 91. et p. 105. T. VIII. ῥάμα, quod Schneiderus perperam vulgato ῥάμμα (id est ῥάσμα) praetulit, ambiguitatis vitandae causa, ut videtur; φαίδρυμα Clem. Paed. III. 11, 107. quo loco nunc φαίδρυσμα receptum est. Verum haec si vel maxime concedamus a nonnullis sic scripta esse, ut in nostris leguntur libris, tamen nihil rationis dici potest cur ea mediam brevem habeant; sed ne sincere scripta putemus prohibet multitudo eorum, quae vel μ duplicant ῥάμμα, μόλυμμα, vel sigma receperunt, ἀνεύρυσμα, ἥδυσμα, λάμπρυσμα, σκλήρυσμα et σκληρυσμός, βαρυσμός Galen, de Typ. c. II. 466. T. VII. δασυσμός, κρατυσμός, λεπτυσμός, παχυσμός, παροξυσμός, πληθυσμός. Unum restat, de quo nondum liqueat. Etym. M. p. 603, 10. τὰ εἰς μος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύτονα τῷ υ παραληγόμενα συστέλλει αὐτό, ἔρυμος, ἔλυμος, ἔσσυμος, δίδυμος, quibus Arcadius p. 61, 16. et Regg. pros. N. 120. addunt ἔτυμος, ex quo ἔσσυμος depravatum videtur; praetereaque ille Σόλυμος, Regulae ὄλυμος, Anecd. Cram. I. 298, 28. Χέλυμος, nescio num pro Σόλυμος an pro ἔλυμος, quod est cardui nomen ab ἕλος ductum ὡς ἀπὸ τοῦ ἔτος ἔτυμος Eustath. p. 1408, 12. eademque mensura; sed ἔλυμος tibiae Phrygiae nomen quomodo pronunciandum sit, ignotum est; tertium, quo ἔλυτρον significatur, haud dubie macroparalectum est ut ἔλυμα, etsi hoc quoque Aristophanes tribreve esse voluit Schol. Il. IV. 137. Pro ἔρυμος Drac. p. 79, 10. Etym. et Regg. aut Εὔρυμος reponendum nomen homericum, quod Etym. M. p. 397, 6. ab εὖρος repetit ὡς σκόλος σκόλυμος, aut statuendum est idem illud valere quod ῥυμός, de quo Hesychius Ἐρυμὸς Ζεὺς καὶ ζυγὸς καὶ ζεύγλη atque inter ῥυμός et ἔρυμος eandem esse mensurae diversitatem, quam inter ῥῦμα et ἔρυμα. Quo si inclinamus, proparoxytonum ἔρυμος (nam Hesychii in accentibus nulla est auctoritas) et oxytonum ἐρυσμός eadem ratione distinxerunt Grammatici, qua ἐληλάμενος et ἐληλασμένος. Apud Arcadium vero p. 59, 25. τὸ δὲ ἐρυμός καὶ ἐπὶ τοῦ κυρίου καὶ προς-

ηγορικοῦ ὀξύνεται, requiritur bisyllabum, quod cod. offert, δρυμός appellativum et proprium urbis nomen. Quid vero est, quod idem brachyparalectis antea enumeratis subjungit: τοῦ μέντοι κολυμὸς καὶ ῥυμὸς τὸ ῡ μακρόν. Numne κωλυμός, quod in Anecd. Gram. l. c. legitur, in usu fuit ut κωλύμη, an ille γιγγλυμὸς scripsit? Vulgatae simillimum σκόλυμος, quod mirum est ab omnibus illis praetermitti, propter brevitatem ab hoc loco alienum, sed et ῥυμός hic, ubi de proparoxytonis agitur, haud aptissimum est. Nunc reliquas percurramus vocales.

§. 7.

Nominum σύμβαμα et παρασύμβαμα syllabae ab ultima proximae Lexicographi nostri notam longitudinis apposuerunt, nulla, quod equidem reperiam, ratione ducti, nisi dorica esse existimarunt ex eo genere quod ad Phryn. p. 428. explicuimus. Id vero redarguit Etym. M. 196, 34. βῆμα παρὰ τὸ βῶ· τὸ δὲ παρὰ τοῖς φιλοσόφοις σύμβαμα παρὰ τὸ βίβημι, τὸ δὲ βᾶμα καὶ σχᾶμα κατὰ τὴν Δωριέων φωνὴν εἴρηται et Anecd. Cram. I. 166. τοῦ βίβημι ὁ παρακείμενος βέβαμαι, τὸ οὐδέτερον βάμα, ὃ ἐν ἐκτάσει βῆμα, ὃ οἱ Στωϊκοὶ σύμβαμα, ex quo clarum fit brevem esse horum vocabulorum penultimam, qualis est in tempore primitivo. Neque dubito quin et hoc σύμβαμα [34]) et huic similia κλίμα, κρίμα, χύμα, πλύμα, δόμα, ἀνταπόδομα, errore facili et specioso accommodata sint perfectis, a quibus declinata videntur, βέβαμαι, κέκλιμαι, δέδομαι etc. eademque via στάμα nomen Byzantium v. Du Cang. s. h. v. πρόσταμα Hesych. (nisi doricum aut mendose scriptum est) ἔκταμα Schol. Il. Τ. 267. ἐπίταμα Plutarch. de Ira c. VIII. 434. T. IX. παρέκταμα Georg. Pachym. Paraphr. in Epist. Dion. Areop. p. 268. orta videntur, quorum omnium nullum in veteris et incorruptae Graeciae monimentis reperitur. Tantumdem a veterum con-

34) Σύμβασμα bis scriptum in codd. Priscian. XVIII. 1, 4. quo ex loco ἀσύμβαμα (et ἄκυρμα) addendum Lexicis una cum συμβαματικός Ptolem. Tetrab. IV. p. 5, a.

suetudine abhorrent ἕμα τὸ ἄφεμα, ἡ πέμψις Lex. de Spir. p. 217. ex quo corrigi oportet Moschopul. Epit. p. 35. ed. Dietz. δέμα, ἔνδεμα, θέμα Zenonium Diog. La. VII. 78. ex quo fonte etiam σύμβαμα fluxit, ἀνάθεμα [35]), πρόςθεμα, ἔνεμα vox medicinalis, κάθεμα familiare interpretibus V. T. Alexandrinis, pro quo Attici κάθημα et καθετήρ dixerunt, postremo ζέμα, ἀπόζεμα, ἔκζεμα, quae omnia in medicorum et philosophorum scholis trita temporis progressu ita invaluerunt ut Grammaticis surreperent ipsis, sicut Herodianus π. Μον. p. 30, 4. in transitu utitur exemplis δόμα, θέμα, στάμα, χύμα, λύμα, δῶμα, πτῶμα. Grammaticus Ammonio praemissus p. XLIII. ἀνάθημα τὸ ἀνιερούμενον, ἀνάθεμα δὲ τὸ ὕβρεως ἐχόμενον καὶ ἀναθεματισμοῦ, nimirum in libris sacris et ecclesiasticis. Postremo Philo ap. Etym. M. 255, 28. ita disputat, pro ζέμα dici oportuisse aut ζεῦμα ut πνεῦμα, ῥεῦμα, aut potius ζέσμα convenienter perfecto ἔζεσμαι, sed sigma repudiatum esse exemplo nominis δέμα a δέδεμαι profecti [36]). Verum Attici neque ζέμα asciverunt neque δέμα, sed δέσμα, δέσμη, δεσμός, ἀνάδημα, διάδημα, ὑπόδημα, quorum nominum tam frequens est tamque necessarius usus, ut nemini fortuitum videri possit, quod δέμα, ὑπόδεμα etc. nusquam leguntur. Apud eos vero, qui germani Attici non sunt, hanc corruptelam jam Hippocratis et Theophrasti aetate gliscere ipse in Adn. ad Phryn. p. 249. ostendi, ac si quis eos a librariis in vitiosam seculi sui consuetudinem corruptos dicat, id equidem neque negabo pervicacius neque rursus affirmate contendam; σχέμα Hesychius Achaeorum dialecto adscribit; neque haec contagio, nisi mature coepisset, tam longe potuisset serpere; quo usque progressa fuerit, documento est consimilis circumflexorum depravatio, ἀφαίρεμα, ἀναίρεμα,

35) Λέβητα ἀνθεμόεντα Schol. A. ad Il. XXIII. 885. interpretatur ἀναθεματιαῖον, ut ab ἅρμα ducitur ἁρματόεις, sed a compositis nullum existit adjectivum in οεις.

36) Ζέμμα legitur in Galen. Eupor. III. 469. T. XIV. ζεμμάτιον p. 513. saepius ζέμα et ζέσμα, quorum crebra in codd. confusio v. Bernard. ad Nonn. I. p. 18.

συναίρεμα Damasc. de Princ. IV. p. 9. (ubi ἐν ὁμοταγετοῦ vitiose editum pro *ὁμοταγέτου*) et VII. 22. *διαίρεμα* Simplic. in Auscult. L. III. 114. b. *φόρεμα, ἄρεμα, εὕρεμα*, v. ad Phryn. l. c. quae omnia cum certis verborum inclinamentis congruunt, *ἠρέθην, εὑρέθην, φορέσω*. Superest ut de litera ō dicam. Nomen *πόμα* quum Porsonus ab Atticis relegandum censuisset, id Tragicorum et Platonis editoribus persuasit plerisque omnibus. Sed quia altera scriptura nonnunquam etiam bonos invasit codices, eam tueri conatur Schneiderus ad Civ. T. I. 284. *neque a Grammaticis*, inquit, *quod sciam, πόμα quin atticum sit, in dubitationem vocatur — ἔκπωμα autem quod Stallbaumius urget ad Philebum, nihil efficit quia nimium efficit*. Vellem clarius dixisset. Nam si ita argumentatur vir doctissimus, e compositorum scriptura non posse judicari quomodo simplicia scribi debeant, quia *πρόπομα* dicatur media correpta, multum vereor ne hoc nomen, quo Phylarchus usus esse dicitur primus Athen. II. 58. B. apud nullum Atticorum oratorum repererit; et Choeroboscus Anecd. p. 1414. b. *πρόπομα ὅπερ καὶ πρόπωμα λέγεται ἀττικῶς*, non hoc solum sed et *πῶμα* Atticis tribuere videtur; neque *ἔκπομα* Plut. de Audit. VI. 141. T. VII. Ammon. p. 118. Hesych. (ex ordine) et codd. Pollucis I. 28. auctorem habet locupletem. Si vero haec sententia est, *πόμα* damnari non posse quia *πότης* atticum sit, id multo etiam minus admitti poterit. Denique neminem fore arbitror, qui *προπεπωμένον*, quod Schweighaeuserus Appian. Civ. II. 143. ex August. arripuit, non nauci ducat. Ceterum non diffiteor *πόμα* plus auctoritatis habere quam *ἀνάθεμα, ἔκθεμα* vel quodlibet aliud hujus generis; nam legitur illud non solum apud Pindarum Nem. III. 137. metri religione tutum, Herodotum II. 108. III. 23. ubi nullus cod. discrepat, Hippocratem de Vict. Acut. p. 89. T. II. de Nat. Mul. p. 575. T. II. de antiq. med. p. 29. T. I. Aristotelem Probl. XXXIV. 6. etc. sed apud Xenophontem quoque et Platonem aliquoties in editis, saepius in codd. et non paucis et sat luculentis, neque negem fieri potuisse ut aliqui hoc modo potum et operculum distingui voluerint. Verumtamen quod ad Atticos attinet, nequaquam res explorata est, quum

librarius nullus tam sit ad omnia attentus, cui non aliquando aliquid ex vulgari lectione et auditione obhaerescat et hoc ipsum πόμα non solum in Platonis libris ubique fere ex aliquo angulo emergat sed etiam Tragicorum inculcatum sit versibus iis, quorum metro adversatur. Multo autem deteriore loco sunt δόμα interpretibus Alexandrinis frequentatum, πρόδομα, quod Herodianus p. 29. cum πρόπομα consociat, ἐπίδομα vocabulum, ut Athenaeus ait, alexandrinum, διάδομα Inscr. Boeot. P. V. Cl. V. n. 1625. nec meliore jure ἄρομα, de quo Jacobsius dixit ad Aelian. p. 539, 24. Ellendtius in Lex. Soph. T. I. 240. ego ad Phryn. p. 227. His autem segregatis duo restant verbalia in μα brachyparalecta, quae antiquitas recepit πόμα et ἔρυμα. Nam στόμα quam originem habeat, omnino incompertum; ὄνομα quod Herodianus l. c. propter iteratum ō catalogo suo adscribit, si a verbo νόω, γνόω, propagatum est ut nomen a nosco, certe ascitu vocalis praepositivae a communi ratione depulsum est peraeque ut ἔρυμα, cujus affines ῥῦμα et ἐρυσμός ordinem servant. Eodemque tramite decurrunt cetera, quae a verbali origine aut longius distant ut τέρμα, quod cum τέλλω conjunctum videtur, θαῦμα a futuro θαύσω [37]) ductum, πρῆθμα, ἕρμα, σῆμα, quod ex θῆμα conversum esse certum Wyttenbachio, mihi non admodum improbabile videtur v. Ellendt. Lex. Soph. T. I. 801. aut prorsus secreta et disclusa sunt ut σέλμα et σελμός, πέλμα (μονόπελμος) χέρμα, λαῖτμα, quibus nonnulla cum nominibus σελίς v. Schol. Il. II. 170. πέλλη (pellis), χέραδος, λαιμός, cognatio, postremo quorum fons, sicut Nili, in abdito latet: αἷμα, λῶμα, πῶμα, σφέλμα, βρέγμα sive βρεχμός [38]), σφέλμα. Si igitur in tanto nominum in μα

37) Sicut a φάω, φαίσω, φαύσω, φαῦσις, procedunt, similiter a θάω (θάπω, τάφω) θαυσίκριον τὸ θεωρεῖον.

38) Verbalibus accedunt ὄρδημα (ordium) ἐλελίχθημα, quorum verba non extant, et quae verbalium similitudinem gerunt paronyma, ἄσκωμα, θύλημα, κήτημα, πέπλωμα, πλεύρωμα, πύλωμα, σκύφωμα, ὕλημα v. Wyttenbach. ad Plut. de Discr. Adul. p. 435. χαίτωμα, τρίχωμα, χέλυσμα etc. quae cum adjectivis supra allatis, χειριδωτός, manicatus etc. componi oportet. Ὄνοσμα et πάσμα docti cum ὄνωνις et πάσμα conf.

exeuntium numero praeter tria illa enormia nullum est brevi penultima, quod demonstrari queat ab Atticis receptum esse, si hac eadem regula omnia comprehenduntur quae in *μη* et *μος* cadunt, si apparet quot modis Graeci quam studiose huic absonae brevitati mederi annisi sint, Plutarchus ille, si praeclarum Atticistarum praeceptum rideret, alienis malis ridere videretur.

§. 8.

Quoniam supra negavimus, ex eo quod *πότης* dicatur, necessaria consequutione effici, ut eodem modo scribatur *πόμα*, faciendum videtur ut de quantitate syllabae, quae praecedit positiones *της, τις, τυς, τώ, τος*, pauca adjiciamus. Ac primi quidem generis substantiva simplicia a verbis puris iisdemque primitivis ducta tam pauca sunt, ut pateat hanc fingendorum nominum rationem aut sero tentatam aut cito derelictam esse. Nam ut ea tantum exempli causa commemorem, quae in *αω* exeunt, partim thematica partim omnium usu celebrata, *ἄω, βάω, γάω, δάω, δράω, ζάω* (*πνέω*), *θάω, θλάω, κνάω, μάω, νάω, ξάω, πάω, σάω, σμάω, σπάω, τάω, φάω, χράω, ψάω*, ab his quamvis foecundissimis stirpibus nullum ducitur substantivum in *της* praeter *βάτης*, quo Hesychius utitur equum admissarium significans; nam *Βάτας ὁ καταφερής* et *Φάτης ψεύστης* fortasse alpha doricum habent ut latinum *vates*; pro *θλάτης* Etym. M. et Anecd. T. I. 22. *θλάστης* scribendum esse ut *ἐμβρυοθλάστης* colligi licet ex

runt. *Πρῆθμα* Schneiderus ad Aristot. T. III. 176. a *πρήθω* derivat; *ἠθμός* ab obsoleto *ἤθω* (*σήθω*). Ignota est origo nominis *κρῆθμος*, de quo Philemo Techn. §. 198. *ὀξύνεται τὰ εἰς θμος, μηνιθμός, πορθμός, σκαρθμός — τὸ κρηθμός δὲ βαρύνεται, παρὰ δὲ Λυκόφρονι σταθμοὶ αἱ καταγωγαί* scrib. *παρὰ δὲ Λυκόφρονι ὀξύνεται. Σταθμοὶ αἱ κ. τ. λ.* v. Bachmann. ad Lyc. v. 238. In Schol. Lips. Il. *E.* 575. excidit haec admonitio quam Eustathius in commentariis integrioribus invenit. Hic quod dicit *κρῆθμος εἰς ἰδιότητα βαρύνεσθαι*, idem Schol. XX. 485. de proprio *Ῥίγμος*, sed satius erat hoc ut proprium v. Goettling. de Acc. p. 192. illud ut *ἀνετυμολόγητον* a regula secernere. *Βυθμός* (*πυθμήν*) et *γναθμός* eandem literam extrinsecus acceperunt.

cod. scriptura θλάστης in Philem. Techn. §. 12. A ceteris verbis tantummodo haec: ἕτης a verbo substantivo, ut videtur, ductum cum compositis, quae Hesychius producit, Ἐνέται οἱ ἐνοικοῦντες, Ξυνέται (sub Ξυνεφέται) οἱ συμπολῖται, θέτης apud Platonem atque Isaeum, ἴτης apud alios complures v. Jacobs. Lectt. Stob. p. 12. κτίστης, quod Eustathius p. 283, 7. ex Euripide affert sigma omissum putans, τίστης Aeschyleum, πότης Lysiae et Aristoph. δύτης Herod. improbatum Polluci VII. 137. et a simili stirpe θύτης, λύτης, χύτης, quae non admodum luculentos auctores habent. Sed quae maxime putes frequentata esse ὀνάστης, δέτης, ἄτης, βότης, δότης, ea nusquam leguntur nisi ad aliam declinationem traducta βατήρ, ματήρ, ὀνατήρ, βοτήρ, δοτήρ, quam terminationem Attici in macroparalectis praeoptarunt, πρατήρ οὐχὶ πρατής ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν λέγεται Phot. neque βρώτης, πλώτης, κλήτης, κτήτης, κράτης, λύτης, μάστης recepta sunt sed πλωτήρ, κλητήρ, κτεάτειρα, μαστήρ sive μάστωρ, πατήρ [39]) etc. Verum composita in ης ab hoc genere verborum plurima sunt et auctoritate optima: ἀναβάτης, ἐπιβάτης, ἱπποβάτης, ἐπιστάτης, δεξιοστάτης, συνθέτης, ὑμνοθέτης, ἀφέτης, ἐφέτης, θαλαμηνάφέτης [40]), ἱοδέτης, ἱπποδέτης, ἀγροδέτης, περικτίτης, κτίτης [41]), συμβότης, βουβότης, ἀγροβότης, προδότης, βιοδότης, ὀλβοδότης, κληροδότης, ἐνδύτης, λωποδύτης, βουθύτης, μηλοθύτης, φιλοθύτης, διαλύτης, προχύτης, παραχύτης etc. Ita manifestum fit, huic generi vocabulorum proprium esse ut penultimam brevem habeant. Sed eadem tamen haud secus quam nomina in μος, μη, μα exeuntia, duplici modo produci solent, aut trope vocalis aut

---

39) Hesychius Πατέρες πλούσιοι, πρόγονοι, quorum prius ad πατῆρες pertinet a verbo πάω ductum, unde πᾶσις, quod alpha longum retinet ut κνῆσις, κτῆσις, μνῆσις etc. sed ὀχῆσις Hesychianum et Σχητηρία ἄγκυρα etiamnunc ab analogia abhorrere puto v. ad Phryn. 447. Patris nomen fortasse pastorem id est nutritorem significat a brachyparalecto πάω.

40) Bernhardy Synt. p. 114. Σαλαμῖν' ἀφέτης scribendum putat, quia θαλαμινάφέτης ridiculum quiddam sonet. Sed haec conjecturam evertunt ἱαφέτης, γαστραφέτης, πελταφέτης.

41) Passivo intellectu ut ἀφέτης pro ἄφετος v. Add. Aj. v. 241.

interposito sigma. Sed illud non admittitur in simplicibus; nam quod in Hesiodi versu scriptum est *δώτῃ μέν τις ἔδωκεν* etc. recte admonet Etym. M. 293, 57. *ἐπλάσατο τὸ ὄνομα καὶ οὐ κλίνεται*, neque suppetit aliud nisi *βρώτης*, vocabulum novitium; nam *οἱ θῶται* Appian. Civ. I. 71. mendosum accentum habet. Ceterorum mutata est declinatio: *βώτωρ, δώτωρ, πλώτωρ, κτήτωρ, ῥητήρ, λυτήρ* penultima longa Eur. El. 136. nisi in stropha *ζόας* scribitur, *ῥυτήρ* et *ῥύτωρ*, quibus adnumerandum *φύτορες* apud Hesychium. De nominibus secundi ordinis valet quod de primi, *στατός, θετός, χυτός*, nisi *στήτη*, quod *γυνή* interpretantur, proprie significat *τὴν στατήν*, hoc est vel domisedam, ut *στατὸς ἵππος*, vel *προστάδα* prosedam sive prostibulum, ut apud Hesychium *στατή* et *στρωτή πόρνη* exponitur. Haec de simplicibus valent. Composita autem quae sunt, saepissime vocales breves producunt, utramcunque sequuntur declinationem: *ἐπιβήτης, διαβήτης, ἐμπυριβήτης, ποικιλομήτης, ὑποφήτης, αὐρεσιβώτης, ἐπιδώτης, μεθυδώτης*[42]; et ex tertia *ὑποφήτωρ, ἀφήτωρ, ἐπιβήτωρ, ἐπιβώτωρ, βιοδώτωρ*, quae productio nominibus a *τίθημι* et *ἵστημι* propagatis concessa non est, sed

42) V. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 585. Hermann. Opusc. T. II. 241, a quo hactenus dissentio, quod *χαριδώτης* Liberi Patris epitheton poeticum in sermone soluto non alia forma usurpatum esse arbitror, quam quae ab auctoribus hujus vocabuli, Epicis, anticipata est. *Δωτῆρες* Aristides XLV. p. 105. ab Homero vel Hesiodo transtulit, quos imitatus Lucianus Diss. c. Hes. §. 3. p. 149. *δωτῆρες ἐάων* scripsisse videtur non *δοτῆρες*, quo uti solent scriptores illius poetici exempli recordatione intacti v. Joseph. Antt. I. 18, 59. Dio Cass. LVII. 10. LXVI. 25. Theophyl. Exc. Legg. p. 186. A. Agapet. Exp. Adm. XXXVII. 164. In Pamphi versu Paus. VII. 21, 3. *ἵππων τε δοτῆρα νεῶν τ' ἰθυκρηδέμνων* scribendum *ἰθυντῆρα*. *Συβώτης* et *ὑαβώτης* an *ὑβώτης* praestet in oratione soluta, dijudicare perdifficile variantibus plerumque libris v. Jacobs. ad Aelian. p. 295. Proprium *Συβώτης* scribitur Paus. IV. 4, 1. et *Ἀτεβώτης*, sed saepius *Ἀλυβώτης* et semidoricum *Ἀμβώτης*, *Πολυβώτης*, *Εὐρυβώτης*, quanquam haec aliunde duci possunt a *βοήτης* et *βώτης*. *Ἀηβώτης* in Inscript. Deliaca N. 2268. Vol. II. recentioris est; Iadis, cui *λῃός* adscribitur v. Anecd. Cram. T. I. 265. servatum in codd. plurimis Herodo. V. 42.

Bryenn. Hist. II, 41. D. quod Photius non minus probat quam ῥυτήρ v. Wernick. ad Tryph. v. 266. καταδύστης Hesych. s. Καταύστης 49), nec raro omittitur ubi necessarium videtur ut in Simonidis versu Fr. CCXXX. 56. (Fr. VIII. Welck.) ἄθυτα δ' ἱερὰ πολλάκις κατεσθίει, quo loco Spitznerus de Pros. p. 65. Stobaei scripturam ἄθυστα praefert, eoque exemplo Dindorfius Praef. Corp. Scen. p. XXIV. Euripidi πολύθυστος tribuit; Hesychius Θύστας ὁ ἱερεύς, Harpocratio et Suidas: Θυστεῖον πόλις — ἡμεῖς μέντοι ἐν τοῖς Ἀττικισμοῖς διὰ τοῦ τ Θύτιον εὕρομεν, quod nomen ap. Aeschin. p. 70. Θυτεῖον sive Θύταιον scribitur, in Anecd. Bekk. p. 265. Θυστεῖον πόλις Αἰτωλίας· Θύσιον τόπος ὅπου ἔθυον, tum ἀποθυστάνιον Athen. XIII. 479. F. pro quo codd. ἀποθυσάνιον praebent; Θυστήριον 50) Hesychius θυμιατήριον interpretatur, Suidas ἑρμητήριον. Θύστησι Lycophr. 106. quod in cod. Par. legitur pro θύσησι, Scholiasta accepit pro θυσίαις, idque Bachmannus confert cum Hesychii glossa Θύστα· θυσία, ac nisi θυστός in usu fuit, vix dici potest, unde ortum sit θυστάς, cui assimilatum videtur μεθυστάς in Glossis Du Cangii. Ita perspicuum fit θύτης ab iis, qui υ breve putarent, productum esse inserto sigma, alios autem vocalem ipsam produxisse ut σισυρνοδύτης, a quo Τρωγλοδύτης Batrachom. tantum distat quantum διαβάτης a διαβήτης. Quum vero longo quoque υ interdum sigma adjungatur, vix audeam pronunciare verbum βλυστάνω, nisi ex themate βαλ judicetur quod breve est, quomodo efferendum sit, siccine ut ληθάνω an potius ut λανθάνω. Quae eadem est de παράβυστος et aliis dubitatio. De litera iota controversiae minus; nam τιμή et τῖμος ut priorem longam habeant, regula exigit; sed pro ἐν φθιτοῖς Orph. Arg. 175. jam dudum correctum est ἐν φθιμένοις, quoniam illud, quotiescunque legitur, toties cor-

49) Utrumque h. l. vulgo oxytonôs scribitur, ut πευστής et similia in Lexicis nostris, parique vitio διαλυτής ex Thuc. III. 82, 5. recte vero ἀπολύτης, καταλύτης, προδότης.

50) Pro θυστίου θυστηρίου Arat. 690. Vossius recte edidit θυτίου. Nam ille saepius primam corripuit, nunquam produxit.

ripitur ut ἔξιτος, πολύκιστος, κιστός; quod nonnulli Homero tribuerunt, ἄνιπτος, παλίνιπτος. Natura tamen anceps est iota; producitur in κήριτος et πολύκιτος, variat in ὤνιτος ut ἄθυτας, neque scio quo auctore κίτης in Lexicis spondaei notam acceperit; ἐκνίστης (non ἐκνιστής), ἔκνισμα, ἀποκνιστέος Aristid. Or. III. 17. similitudinem verbi τίνω servant. Κίλισμα sigma a perfecto accepisse videtur ut ἄφουσμα. Sed μήνισμα rejeci ad Aj. p. 319. cum μεσδιάσμα Poll. VII. 199. αὔλησμα et similibus neque probo μήρυσμα[51]) Hesych. etsi ἀμήρυτος Apollon. II. 221. ea est mensura qua ἀνήνυτος, quod ipsum Valckenarius h. l. reponendum censet.

§. 9.

Jam, licet sermo bene longus fluxerit, non verebor aliqua adhuc adjicere de epenthesi syllabica. Etenim a νάω sive ναίω non solum ναστήρ ducitur et ναέτης, μεταναάστης[52]) atque duplici incremento ναυαστήρ ut ναυός sive ναῦος pro ναός, ναύκληρος ὁ κύριος τῆς οἰκίας[53]), sed etiam ναέτης et ναιέτης, ut ἀδαίετος, αὐτίετος, locumque nativi μηνίτης, cui similia sunt μηνίτης et Δηρείτης[54]) occupavit μηνιέτης. Ab ἄω non dubito arcessere ἄεσμα φλόξ, (ut flamma a flando) ἀεσμός πνεῦμα Hesych. quod nihil differt ab ἀσμός, sicut Callimachus ἄσμμα dixit pro ἄσμα, neque aliunde αἰετός, αἰητός, id est ales, avis, eademque vocalis longae suppositio in ἄημα et ἀήτης, quod cur in accentu discrepet a τιμηέτης, causa manifesta est[55]). Hoc ἄημα vero ad ἄσμα eandem

---

51) Non minus suspectum μήρυγμα Hesych. et Nicand. Th. 163. et 265. etsi gutturalis apparet in μήρυξ, ut ὠρύομαι, ὠρυγή.

52) Μετανάστειν, quod Aristarchus Il. Π. 59. ex Chia recepisse dicitur, nihil aliud esse potest quam μεταναιέτην.

53) Quod ναός aedes deorum significat, ad exochen pertinet.

54) Paus. VII. 18, 4. Martis epitheton Θηρείτας III. 19, 9. numne pugnatorem, δηιώτην, significat, nutrixque ejus Θηρώ idem quod Δηρώ?

55) Schol. Il. E. 158. μάχεται τὸ κυβερνήτης· τὸ γὰρ ἀήτης ἄλλως γέγονε. et ad N. 284. περὶ τῶν ἀήτης καὶ κυβερνήτης λόγον δίδομεν, sed quid illi attulerint, ignoramus, nisi hoc fuit, quod a nobis positum est, ἀήτης valere pro ἀέτης.

relationem habet, quam κύημα ad κῦμα, φύημα Hippocr. Epid. VI. 627. T. III. ad φῦμα, separanda illa a θύημα, quoniam κυήσω quidem dicitur et φυῆναι, sed θύω, quod equidem reperiam, inflexibile est; θυητής in Phoenicis versu Athen. XII. 530. E. [56] paronymon esse videtur ut ὀφιήτης, ἀλιήτωρ, et πολιήτης, quod Apollonius de Conj. p. 524. cum eo componit; de quo genere tractatum est ad Phryn. p. 700. sin aliter se habet, cum ἀμμοδυώτης et πυλαιώτης conferri oportet. Nominibus vero, quae a verbis non puris originem trahunt, frequentissime interponitur una brevium vocalium, partim quo gratius fluant et numerosius, partim ad conjungendas consonantes natura insociabiles, et nonnunquam etiam fugiendae ambiguitatis causa. Quod primo loco posui, patescet hisce exemplis: κραγέτης, ἱκέτης, εὐεργέτης, πανδερκέτης, ἀπεύχετος, πολυεύχετος, ἀριδείκετος, ἐνδιαεριαυερινήχετος, quibus non deteriora sed pro re et loco minus apta sunt ἵκτης, ἁρπάκτης, εὐέρκτης, μονοδέρκτης, ἄπευκτος etc. nihiloque majus discrimen verbalium inclinamentorum δαίκετον et ἔϊκτην. Neque operae est quaerere cur haec pro tempore varientur, alia autem unam prae se ferant formam vel nativam δέκτης, κλέπτης, ῥαπτός, vel vocaliorem, ἀρχέτης, δραπέτης, ἐπέτης, εὐχέτης, ὁμωχέτης, πλατιοχέτης, simplexque ἐχέτης, quae qui contulerit cum usitatis πλεονέκτης, εὐέκτης, facile quorsum communis propendeat consuetudo, animadvertet. Sed ambiguitas in causa fuisse videtur, cur λακέτας, ἀμάχετος, dicerentur aliter atque λέκτης, ἄλεκτος. Potissima autem interpositionis ratio in asymplocia consonantium posita est, quae sunt in corpore verbi extremae, terminationis primae. Nam quia syllabae finales, quae a sigma vel tau ordiuntur, dentalibus liquidisque aut aegre subjungi patiuntur aut nullo modo, vocalem inseri oportuit, quae ex ipsa verbi formatione assumta

---

56) In codd. οὐ μὴ θυητής et οὐ μυθηητής scriptum, ex quo οὐ μυθιήτης elici potest, id est orator sive populi ductor; pro στασιώτης posuit Anacreo sed prima, ut videtur, correpta, quare Buttmannus ad Schol. Od. Φ. 71. et Bergkius ad Anacr. p. 166. ab aeolico μύθος repetunt, quod quomodo pro στάσις dici possit, non demonstrant.

est; neque enim *δάμασις*, *αἴδεσις*, *ἀλέτης*, *συνωμότης*, aliam ob causam in usum venisse existimo, quam qua *δαμάσσω*, *αἰδέσομαι*, *ἀλέσω*, *ὀμόσω* recepta sunt. Quumque sermo priscus abundaret verbis ad declinandum parum habilibus *ἄδω*, *μάθω*, *πέτω*, *βάλω*, *ἕλω*, *ἄλω*, *μόλω*, *γάμω*, *δάμω*, *δέμω*, *γένω*, *ἄρω*, *ἔρω* 57), duplex patebat exitus, ut aut intus augerentur *βάλλω*, *τέλλω*, *κτέννω*, *φθέῤῥω*, *γείνω*, *κτείνω*, *κάμνω*, *τέμνω*, aut extrorsum crescerent paragogis variis *ἀλέω*, *τελέω*, *δαμάω*, *κορέω*, *πετάω*, *πετάννυμι*, *κορέννυμι*, *ὄλλυμι*, *ὀλέκω*, *ἀρέσκω*, *τελίσκω* 58), *ἀραρίσκω*, *εὑρίσκω*, *βλώσκω*, *ἁνδάνω*, *μανθάνω*, *ἐρέσσω*, *ἀλθέσσω*, *κελεύω*, *ἐλαύνω* etc. quorum futura instaurant praesentis formam thematicae proximam, *ἀλέσω*, *δαμάσω*, *κορέσω*, producta interdum vocali ut fit in primitivis *ἥσω*, *δήσω* etc. nec rara est ejusdem verbi variatio *γαμέσω γαμήσω*, *μαχέσομαι μαχήσομαι*, *ἐπήνεκα ἐπήνηκα* Suid. ut *δέδηκα*. Hinc illa nominum fluctuatio: *αἰνητός*, *ἀγητός*, *ἀκόρητος* v. Muetzell. de Theogon. p. 192. *ἀκορέστος*, *ἀκόρεστος*, *ἐλατός*, *ἐλαστός*, *ἐρατός*, *ἐραστός*, *εὐίλατος*, *δυςεξίλαστος*, *ἀνίλαστος*, *ἀλεστής*, *ἀλέτης* (*ἀλήλεμαι* codd. Thucyd. IV. 26, 5.) *πασπαλέτης*, *κεγχραλέτης*, *ὑδραλέτης*, *ὀνοτός*, *ὀνοστός*, *ἀροστός*, quorum cur alia brevem vocalem retineant, alia cum longa commutent, alia sigma addito compensent, quave causa nonnullis duplex reddita sit forma, plerisque una vel asigmos

57) Si *λεγέσω*, *ῥεπέσω*, *λειβέσω* vel simile quid legeretur, tum probari posset eorum opinio, qui verborum omnium futura antiquitus in *εσω* terminata esse statuunt; sed quod dentalia et liquida hanc formam habent, quae aliter fingi non possunt, ad probationem nihil confert. Et quis credat ullum tempus fuisse, quo Graeci *οἰκτιζέουι* dicerent, quod Matthiae proponit? Praeterea ex *φιλεέσω* contractione diphthongus nata esset ea, quae ex *φιλεέτω*, non *φιλήσω* ut aeolicum *φιλήτω*. *Μαχέσομαι* dixisse videntur ob *μάξομαι*.

58) *Τελέσκω* in Nicandr. Fr. II. 10. (Athen. XV. 683. B.) quod Schneiderus saepius apud hunc legi affirmat ad h. l., nusquam legitur sed *τελίσκω*. *Ὀλέσκω* Suidas affert, sed falsus fortasse scriptura codicum Il. *Τ*. 135. *ὤλεσκε*. Vulgo hic et Quint. Cal. II. 414. *ὀλέσκε* legitur, quod injuria impugnat Buttmannus in Ind. Anomm.

ut ἑλετός, μενετός, ἀρκετός, vel sigmatica ut τελεστός, ἀρεστός, αἰδεστός etc. id nulla conjectura inveniri potest, neque magis quaeret quispiam, quare αἰδέομαι et αἰσθάνομαι recepta sint, ὄζω autem et κήδω in futuro demum susceperint vocalem connexivam. Verum illud promtum propositumque est, aliam esse necessitatis rationem, aliam vocalitatis. Nam quae ab ἵκτης, κράστης, non genere differant sed gradu, γένσις, γένστης, ἑρτής, ὄλτης, repudiata esse magis inconcinnitatis causa, quam quia pronunciari non possent, apparet ex similibus φάνσις, ξάντης, βουκέντης, φερτός, παλτός. Sed αἰνέτης, εὑρέτης, νεμέτωρ, αἴδεσις, δάμασις, ἐπαύρεσις, εὕρημα, πέτασμα, αἱρετός, ἀδάματος, sine interventu vocalis consistere nequeant. Nec minus manifestum hoc in aliis terminationibus; a φθίνω φθίνασμα, quod vulgo a φθινάζω repetunt verbo commenticio, a τείνω τεινεσμός, ab ἔδω ἔδεσμα, a quo nihil differt ἔμεσμα, nisi quod verbum ἐμέω jam in praesenti anticipavit vocalem, quae alteri verbo demum in futuro additur. Nominibus δέλετρον, τέρετρον, ῥάχετρον, φρύγετρον, φέρετρον, φαρέτρα, vocalem non magis esse necessariam quam prioribus κραγέτης, ἱκέτης, indicium praebent φέρτρον, ὄφελτρον, μάκτρα[59]) neque eam ascitam habent ὕθλος, ὕσθλός Hesych. quod Hemsterhusius sine idonea ratione in ὑσλός mutat, φύτλη, δύσθλον, ναύσθλον, ἄρθρον, sed ut ἱμάσθλη, ἔδεθλον, θέμεθλον, ὄλεθρος, diceretur necessitas coegit eadem, quae εὑρέτης et συνωμότης expressit. Vocalium autem auxiliarium ε et ο delectum liberum fuisse existimo linguae formatoribus, qui quum ab ἔλω, unde ἔλσαι ducitur, futurum ἐλάσω produxissent ab ἄλω (molo) ἀλέσω, ab ἄρω, ἀρόσω, easdem literas in succedentibus temporibus et nominibus hinc propagatis re-

59) Similis vicissitudo nominum *mulctra*, *tonitru*, *culcitra*, quanquam de hoc dubitatur. Paronyma sunt δέπαστρον, ζύγαστρον, λέπαστρον, κάναστρον, λίστρον, ἄγκιστρον, κάναθρον, κύβηθρον, sive κύβετρον, φαρύγεθρον, talitrum, porcetra, cujus de prosodia non constat, sed fulgetra verbale cum aratrum, μίσηθρον sive μίσητρον, φόβητρον, στέργηθρον, congruit.

tinuerunt, sed ab ὄλω, cui proximum est ὀλός, non solum ὀλέσω, ὀλέεσκον, ὠλέσθην[60]), sed etiam ὀλοθρεύω et ὀλοός, et ab ὄνω οὔνεσθε, ὀνόσω, ὀνητός id est μεμπτός Hesych. ab ὄμω ὀμοῦμαι et ὀμεῖται, quod doricum perhibent Anecd. Cramer. T. I. 451, 12. Verum de hoc alias. Quod autem paullo ante memoravi ἀμάχετος idque cum ἀχύνετος, ἀλάμπετος, composui, erit fortasse cui illud ex ἀμάχητος concisum videatur pariterque ἀγάμετος, cui simile est γαμετή. Buttmannus quidem Gramm. §. 19. Adn. 7. correptionis hujus exempla fert ὁμιλέτης, κυνηγέτης, ἀρχηγέτης, eamque solis concedit polysyllabis. Sed ὁμιλέτης, quod non magis tolerari potest quam τιμέτης, mendose scriptum diuque abolitum est v. Runkel. ad Cratin. Fr. LVIII. nec solum κυνηγέτης dicitur sed etiam paucioribus syllabis ἡγέτης Synes. H. III. 326. B. et ἡγέτις, atque ἠγέτης, quae ne quis ex ἡγητής, ἠχητής orta putet ut ἀκήδεσεν[61]), ipse accentus prohibet et multo magis usus scriptorum; nam κυνηγέτης, στρατηγετεῖν, δρομαγετεῖν etc. non poetarum propria sunt sed communi omnium usu trita, a quo correptio ista longissime abhorret. Itaque illa nativam futuri ἡγέσω formam retinent, quam in substantivis ἡγεμών, εὐηγεσία, Ἀγεσίλαος agnoscit Eustathius p. 624, 49. Verbalia quoque sunt ἠχητής et εὐνητήρ sed paronyma ἠχέτης, εὐνέτης, paragoga λαμπραυγέτις, πολυωπέτις, ἐπωπέτης, ἐρισθενέτης, εὐγενέτης, εὐμενέτης, εὐεργέτης, συνεργέτης, quod ipsum non legitur, sed hinc Appollonides Anth. Pal. VII. 693. produxisse videtur, quod Brunckius ei tribuit, ὅσσος λαὸς ἦν συνεργήτης, aptius ad sententiam, puto, quam συνεργαστής, quia significantur ejusdem artis opifices, hi autem ἐργάται dicuntur non ἐργασταί[62]). Et ob hoc ipsum supra Adn. 48. §. 8. Apollonium

---

60) Ὀλεθεὶς editum in Schol. Il. VI. 284. per se non deterius est quam ὠμόθην, ἠλάθην.

61) Hoc nollem Spitznerum cum κηδεστής et κηδεμών contulisse ad Il. XIV. 427. ἀκηδέσω, si vera est haec scriptura, poetica est systole; κηδέσω legitime a κήδω formatur ut ὀζέσω.

62) Cf. Lennep. ad Phal. V. p. 22. Persaepe utrumque perinde

dixi imparia comparasse; nam ἐληλάμενος et ἐληλασμένος ab uno eodemque verbo fluxerunt, sed ἐργαστής a pleno, ἐργάτης ab imperfecto, sicut γεννητής et γενέτης, ἀνούτητος et ἀνούτατος, quorum nulla est aut correptio aut productio. Buttmannus vero non solum in hoc reprehendendus quod κυνηγέτης ex κυνηγητής ortum putat, sed labitur longius a κυνηγέτης κυνηγέττειν, quomodo ab ἐρέτης ἐρέσσειν, derivatum esse affirmans, testemque citat Phrynichum App. p. 48. κυνηγεττεῖν διὰ δυοῖν ττ λέγουσι, pro quo κυνηγέττειν scribi vult. Ac legitur hoc ap. Theognostum Cram. T. II. 143, 20. τὰ διὰ τοῦ εσσω ῥήματα, πυρέσσω, ἐρέσσω, ἀηθέσσω, κυνηγέσσω. Exemplum vero aut hujus scripturae aut illius extat omnino nullum, nisi quod Boissonadius ad Theophyl. Sim. Epp. p. 309. in Sophoclis Aj. v. 5. κυνηγεττοῦντα ponendum putat ratione ludicra *ut vitetur pedis citi nimietas et tardior paullo incedat versus*. Cur igitur non κυνηγεσσοῦντα scribit servata Tragicorum consuetudine? Phrynichus sine dubio neutrum Atticis tribuit sed potius κυνηγετεῖν διὰ δ̄ sive τεττάρων (συλλαβῶν) ut in Eclog. p. 428. κυνηγέτης οἱ Ἀθηναῖοι τετρασυλλάβως προφέρουσι. Etenim nominum in ατης, ετης et ετος, numerus haud exiguus superest sed a nullo eorum verbum in αττω, εττω, progignitur, neque πυρέσσω a πυρετός, ut Buttmanno placet, sed a πῦρ, vel ἐρέσσω ab ἐρέτης sed a primitivo ἔρω, ἐρέω (ὑπερέοντες μετακινοῦντες Erotian.) ἐρέθω, quae propriam ciendi significationem habuisse videntur, eodem fortasse tempore sed flexu diverso ἐρέσσω propagatum est et ἐρέτης, ad ultimum ἔρεσμα (Hesych. Ἐρίσμασι) ἐρετμή, ἐρετμός, quod quia non actionem remigandi significat sed instrumentum, ab ἀτμός et similibus longe remotum habui. Si vero Graecis collibuisset ab ἐρέτης verbum producere, id foret ἐρετεῖν ut ὑπηρετεῖν, vel ἐρετᾷν ut λαμ-

---

aptum ut Plat. Men. 81. C. ἐργατικοὺς καὶ ζητητικούς Bekkerus e codd. posuit pro ἐργαστικούς. Quod Buttmannus adnotat illam esse antiquiorem formam, nihil ad rem pertinet; ἐργάτης sane antiquiores auctores habet quam ἐργαστής, Archilochum, Pindarum, Aeschylum, sed forma ipsa magis est poetica.

πεταν, ναιεταν, εὐχετᾶσθαι. Sed hoc genus verborum insolens est atque poeticum, raroque a nominibus integris et non amplificatis existunt verba, *βατεῖν, βοτεῖν, ματεῖν, χατεῖν, δατεῖσθαι, πατεῖσθαι*, nam *βωτεῖν* id est *ἀροῦν* Suid. patronymum est; *δοτεῖν* vero, *στατεῖν, ποτεῖν* non reperiuntur nisi parasyntheta *ἀντιστατεῖν, ἀνδροβατεῖν, πολυποτεῖν, φιλοποτεῖν*. *Ἐρετμός* autem, ut de hoc quoque in transitu dicam, ad latinum *remus*[63]) eam rationem habet quam *ἐρυσμός* ad *ῥυμός*, quorum etsi significatio discrepat, tamen origo eadem est; litera autem tau remansit in nomine *ratis*, quo proprie usi sunt Attius in Neoptolemo Fr. XIII. 224. ed. Both. *repercutio ratibus mare*, et Plautus Mostell. III. 2, 52. *venit navis nostrae navis quae frangat ratem*, id est, remos detergat.

§. 10.

His transactis de nominibus in *τω* et *τυς* exeuntibus restat disputatio brevis; nam pauca sunt et unius fere coloris, unum in *τω* et quae hinc composita sunt *ἀειεστώ, ἀπεστώ, εὐεστώ, κακεστώ*. Multo plura in *τυς*, sex deducta fontibus; primum a verbis puris nec derivatis: *μαστύς, ἀπαστύς, ἀποδαστύς, γελαστύς, θατύς, δαιτύς, δωτύς, βρωτύς, μνηστύς*, secundo a verbis puris iisdemque derivatis *ἀλητύς, ἀβολητύς, ἀγορητύς, ἀντιμαχηστύς, ἐλεητύς, ποθητύς, βοητύς, δωμητύς, πωρητύς, ἀλαωτύς, ὀϊστευτύς*. Tertio a verbis non puris, quae unam dentalium vel semiliquidam pro charactere habent, *ἐδητύς* (ut *ἔδεσμα*), *κτιστύς, ἀκοντιστύς, ἀφραστύς, ἁρπακτύς, ἀσπαστύς, κιθαριστύς, κρεμβαλιαστύς, ληϊστύς, ξιφιστύς, ὀαριστύς, ῥυστακτύς, σωφρονιστύς, φραστύς, πρακτύς, καταπλαστύς*. Quarto a liquidis *ἀρτύς, βαλλητύς, ὀτρυντύς, κλιτύς*. Quinto a gutturalibus *διωκτύς, ἐπεικτύς* Hesychio restitutum pro *ἐπεικτάς, ἰκτύς εἰκών* Anecd.

---

63) Lexicographi nostri afferunt *ῥῆμος* pro pala, qua panis in furnum immittitur, ex Athen. III. (113. C.) sed pro hoc jam dudum *κέραμος* repositum est e codd. Cum *ἐρετμός* et *remus* congruunt *εἴρη* et *ῥῆτρα, ἄρνες* et *ῥῆνες, ἐσμός* et *σμῆνος*.

Cramer. T. II. 16, 2. Sexto a labialibus γραπτύς et χαλεπτύς. Sciens praetereo ἀλαλητύς, quod Brunckius in Epigr. quodam sine justa ratione scripsit pro ἀλαλητός, et ἐπητύς, cujus origo non minus obscura quam masculini ἐπήτης[64]). Haec igitur omnia, si formam spectamus, paucis exceptis simplicia sunt; si fontes, partim a Lexicographis afferuntur demto auctore, partim apud Herodotum reperiuntur et poetas epicos usque ad Oppianum, quare Eustathius p. 1180, 7. hunc ionicum vocat schematismum, Didymus ad Il. *B*. 600. aeolicum, neque dubium quin Schol. Il. *T*. 234. ὀτρυντύς — ἔστιν ἀττικὴ λέξις scripserit, quod in Vict. legitur, Ἀντιμάχειος, etsi σωφρονιστύς semel usurpavit Plato, κλιτύς saepius Tragici. Verum hoc a ceteris et intellectu discrepat locum significans non actionem, et prosodia. Nam quod in Apollon. I. 515. secundum Brunckium editum est, τοίην σφιν ἐνέλλιπε θελκτὺν ἀοιδῆς, Wellauerus ipse addubitat maxime ob correptionem ultimae, in quo sequitur Wernickii judicium brachycatalecta πληθύς, ἰχθύς et si quid simile legitur, per fas et nefas exterminare certantis. Dictu tutius erat, productae postremae in hoc ipso genere verbalium extare exempla certa, βρωτύς, ἀκοντιστύς, πωρητύς, correptae nullum praeter κλιτύς, quod alio pertinet. Θελκτύν vero nullus tot codicum suppeditat, sed Regg. aliqui θέλκτυν, ceteri θέλκτον et θέλκτην, paroxytona omnia, ut vel θέλκταρ indicari videatur, quod cum genere epitheti τοῖον convenit, vel θέλκτιν, quod in margine Vind. scriptum est; quo recepto τοίην recipiendum erit ut veteres Edd. et pars codd. exhibent. Praeterea neutrum reperitur, sed prius Hesychio reddendum videtur pro Θέρκταρ θέλγμα et pro Θέρκαλ θέλγμα, quae glossa inter Θελητής et Θέλγητρον media interjecta est, sic ut ex ordine literarum nihil colligi possit; Hemsterhusius θέλκαρ corrigit fortasse

---

64) Hariolari si libeat, cum ὦ τᾶν i. e. ὦ ἀγαθέ, cognatum dixerim et utrumque cum ἔτης, ἑταῖρος, quod si τὸν φύσει φίλον significat oppositumque τῷ πηῷ id est ἐπικτήτῳ, non multum aberit quin οὐκ ἐτός *haud gratuito* valere putemus confusis grati et gratuiti notionibus. Ἐΰς quoque, ἐνηής et ἐσθλός huc referri posse videntur.

quia ab εἴργω ἕρκος, ab ἀμέλγω μέλκα et *mulceo* ducuntur. Propius tamen ad librorum scripturam accedit θέλκτιν, quod et metro aptius quam θελκτύς et, si analogiam quaerimus, certe non minus praesidii habet. Etenim nominum hujusmodi idem ortus esse solet atque eorum quae in μα et της exeunt. Primum a verbis puris primitivi generis, φάτις et χάτις Hesych. quae ex ipso themate expressa sunt, sicut δόμα et δότης. Plerisque autem productio adhibetur, quam veteres Graeci nominibus in μα exeuntibus necessariam esse judicarunt, neque inconvenientem iis, quae ultimam longam habent. Ea autem in omnibus eadem est; nam aut brevis vocalis mutatur in longam aut interponitur sigma aut fit utrumque. Itaque ut a βάω, βῆμα, διαβήτης, sic a similibus principiis ἧτις ἡ βολή Hesych. μῆτις, χῆτις, ὑπόφητις, unde doricum ὑποφάτιες Pind. Pyth. II. 140. quod Boeckhius, quia commune φάτις priorem brevem habet, in ὑποφαύτιες mutavit, ἄμπωτις, δῶτις in Inscr. Delphica N. 1688. v. 26. ex apographo Claraci, ἔπρυτις ἡ οὐσία παρὰ Ῥοδίοις, quod pro dorico haberi potest ut γελοδυτία cf. Koen. ad Greg. p. 231. Ad alterum productionis modum refero Hippocrateum ἔξεστις id est ἐξοχή, ab eodem, ut arbitror, verbo unde συνεστέον ducitur Plat. Protag. p. 392. B. et περιεστικὸν σημεῖον Hippocr. Progn. p. 103. et p. 109. T. I. ubi vett. Edd. et Galen. in Comm. III. 284. et 297. T. XVIII. P. II. inepte περιεστηκός praebent. Prius apud Erotianum p. 154. ἔξαστις scribitur, quod Schneiderus praefert et a verbo ἐξάζω repetit, sed hoc ipsum nec legitur usquam neque apte comparatur cum διάζομαι, quod a praepositione διά ductum ut ἀμφιάζω, ἀντιάζω, proprie significat perserere, tum subtexere telae tramam atque adeo licia jugo adnectere; sed quamnam tandem operis textorii partem ἐξάζειν significare poterit? Neque demonstrari potest a verbis in αζω cadentibus, quae ut paragoga, secundariae sunt, ut ita dicam, formationis, duci nomina in στις, quibus nihil fere in lingua graeca obsoletius. Nihilo magis probo quod pro περιεστικόν idem περιοιστικόν scribendum putat; nam Hippocrates in hoc commentario persaepe memorat τὰ σημεῖα τῶν περιεσομένων, nunquam τὰ τῶν πε-

ῥιοισόντων. Si quis vero *ἔξεστις* non satis exploratum putat, ad manum sunt alia productionis exempla minime dubia; ab *ἕννυμι Γεστία ἔνδυσις* Hesych. et latinum *vestis*, pro quo cur Graeci *ἐσθής* dixerint ut *ἔσθω* et *ἑφθός*, nemo extricabit; plura a verbis in *υω* desinentibus, *φύστις*, *ἄμυστις*, *ἄρυστις* vasis vocabulum, quod non a masculino *ἀρυστής* derivatum esse, sed proprie *τὴν ἄρυσιν* significare videtur, vulgo autem pro *ἀρυστρίς* sive *ἀρύταινα* valet, sicut alia actionum nomina transferuntur modo ad locum ubi agitur, ut *ἄροσις* pro *ἄρουρα*, *ἄφεσις* pro *ἀφετήριον* sive carceres, *ἔμβασις* pro *ἐμβάτη* labrum, *ἐξαίρεσις τόπος ἔνθα ἐξαιρούμενοι τὰ φορτία ἀπετίθεντο* Anecd. p. 252. *κατάδυσις* pro *φωλεός*, *κατάλυσις* pro *καταγώγιον*, *κάταρσις* pro loco, ubi escenditur, *πρόθυσις* pro crepidine arae similiterque in sermone latino, *ambulatio, coenatio, gestatio, lavatio, statio* cf. Adn. Aj. v. 1090. modo ad instrumenta agendi, sicut *βάσις* et *ἔμβασις* saepe pedes significat, *ὄψεις* et *ὁράσεις* oculos, *ἐπίχυσις* et *πρόχυσις* guttum, *κατάποσις* fauces etc. Tertio sigma vocali jam productae superadditur, *μνῆστις*, quod legitimo *μνῆσις* ita praevaluit ut perpauca hujus reperiantur exempla, *κνῆστις* pro *κνησμός* v. Eust. p. 871, 64. homericum *κατ' ἄντηστιν*, quod antiquitus hyphen scribitur v. Etym. et Hesych. et pro *κατὰ πρότμησιν* Il. *Λ*. 424. Schol. Vict. indicat in nonnullis libris *πρότμηστιν* legi ut ap. Hesychium legitur; neque suspicio abest quin *γράστις* sive *κράτις* et *μάστις* proprie actionem, ut priora illa, significaverint (*κράστις ἡ χλωροφαγία ὡς πίστις* Anecd. Cram. II. 232, 12.) postremo *βούβρωστις* et *ἀμφίκαυστις* id est *ἡ πρώτη ἔκφυσις τῶν πυρῶν*, quod et *ἀμφίκαυτις* scribitur. His igitur sigma ex abundanti insertum est ut in priori genere *ἀντιμαχηστύς* 65)

65) Blomfieldius ad Callim. H. in Dian. 94. Antimachum *πόλις ἀντιμαχιστύς* scripsisse putat, quasi hujusmodi adjectiva legisset. In homerico loco *ὀαριστὺς παρφασίς* veteres non prius nomen sed posterius adjectivi locum obtinere statuerunt; in Apollon. IV. 279. *γραπτῦς* (codd. *γραπτύς* v. Schol. Il. *Π*. 390.) *πατέρων ἔθεν εἰρύονται κύρβιας*, nunc *γραπτούς* editum; illud mihi, ut exquisitius, retinendum, *κύρβιας* per appositionem adjectum videtur.

et ante ceteras terminationes, quas tractavimus, *χρῆσμη, κνῆσμα, δρήστης, γνῶσμα* etc. Ad ultimum a verbis non puris *πίθω πίστις, πύθω, πύστις, λήθω, λῆστις,* quibus *θέλκτις* adnumerandum videtur; nam ut *θέλκτρον,* vocabulum minime insuetum, a librariis tot modis corruptum esse censeam, haud facile permovebor. *Κύστις* vero, quod Eustathius p. 947, 54. cum *πύστις* confert ut a *κεύθω* ductum, praetermisi cum aliis aeque incertis *κνῆστις, ἄκνηστις, βούπρηστις,* quod et *βουπρῆστις* scribitur, ut *τυροκνῆστις,* usitatior autem utriusque tonosis et declinatio pura magis actioni convenit quam actrici et instrumento. Arcadius p. 35, 17. *τὰ εἰς στις δισύλλαβα ὀξύνεται, πίστις, μνῆστις — τὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύνεται βούβρωστις, ἄγρωστις, εἰ μὴ ἐπιθετικὰ εἴη ὡς τὸ κεραστίς, λογιστίς, λιβυστίς. Τὰ τὸ ν πρὸ τοῦ τ ἔχοντα, μὴ παρακείμενα τοῖς εἰς της ὀξύνεται, προποντίς, ἑλλησποντίς, αὐθεντίς,* quod quum masculino *αὐθέντης* appositum sit, ab hoc loco alienum est, ubi de nominibus tractatur hujusmodi *Ἀβαντίς, Αἰαντίς,* etc. quorum alterutrum fortasse substituendum. Pro *λογιστίς,* quod epitheticum non est, *λιγυστίς* scribendum, pro *κεραστίς Κεραστίς* Cypri nomen; nam a paronymo *κεράστης,* pro quo in Nonn. I. 194. XLV. 43. et alibi *κεραστής* surrepsit, ducitur femininum *κεράστις,* ut *τευχοπλάστις,* a verbali oporteret *κέραστις* ut *ὕβριστις,* sed vereor ne hoc nomen a Lexicographis nostris fictum sit, nec Minerva *ληϊστίς,* ut in Cornut. de N. D. c. XX. 186. vulgatum est, vocatur sed *ληΐτις.* Proparoxytonum *ἄγρωστις* paronymon est ut *κέδρωστις,* denominatum ab *ἀγρός,* unde Stephanus s. h. v. primum *ἀγρότης* proficisci ait, tum *ἀγρώτης διὰ τοῦ ω ὡς Μαλλώτης καὶ ἠπειρώτης, καὶ ἀγρώστης πλεονασμῷ τοῦ σ,* cujus feminina positio est *ἀγρῶστις.* Alterius terminationis exemplum suppeditat idem: *Κύῤῥος· ὁ πολίτης Κυῤῥέστης, Κυῤῥέστις ἡ Ἀθηνᾶ· Δημήτριος δὲ τὸ Κυῤῥήστης διὰ τοῦ η φησί,* quae nomina in cod. Rehd. Stephani et in codd. Strabonis XVI. 751. saepius uno ρ scribuntur ut *Κύρος* ap. Thucyd. II. 100. et vulgo Appian. Parth. p. 73. T. III. Schweigh. Polyaen. III. 4. plerumque litera *η,* nec raro accentu in ultimam rejecto *τοῖς Κυῤ-*

ῥησταῖς Polyb. V. 57, 4. *τῆς Κυῤῥηστίδος* Strab. l. c. ut a *Λύγκος Λυγκησταί* v. Ducker. ad Thuc. II. 99. IV. 124. Tzschuck. ad Strab. T. II. 465. quomodo deuteroclita notari solent *Τυμφρηστός* sive *Τυφρηστός* v. Tzschuck. ad Strab. T. III. 596. *Ὀγχηστός*, *Τεργηστόν* Appian. Illyr. 18, 854. nisi potius *Τέργεστρον* scribendum erat, *δορπηστός*, *δειπνηστός*, pro quo quod in Edd. vett. Nicandri Ther. 761. legebatur *δειπνηστύς*, metro adversatur; quod apud Hesychium *Δειπνηστὺν τὴν τοῦ δείπνου ὥραν*, significationi. Sed hoc ipso revocor ad nomina in *τυς* exeuntia, quibus hoc cum neutris in *μα* commune est, quod penultimam longam habent seu natura ut *ἀλητύς*, seu positione ut *τανυστύς*, quodque sigma assumunt etiam ubi nihil opus erat, *ὀρχηστύς*, *ἀντιμαχηστύς*. In Arat. 1090. *ὄφρα τις εὐετυΐ χαίρῃ ποτιδεγμένος ἀνήρ*, Hermannus de Aetat. Arg. p. 703. metri causa *εὐεστοῖ* reponi jussit, quod Buttmannus codicum auctoritate recepit; Vossius *εὐετοΐ* scripsit, quod ferri nequit; Scholiastae *εὐετίῃ* vel *εὐεστώ* in quarto casu legisse videntur. Ac merito repudiatur Brunckii conjectura in Anth. Pal. VII. n. 337. *ἐρατύν* scribentis, quod nomen Jacobsius veretur ne nusquam reperiatur.

§. 11.

Paulo ante quum de *πότης* et *πόμα* dissererem, praetermisi quae Grammatici tradiderunt, ideo quia ita abrupta sunt, ut in neutram partem magnum momentum habeant. Levissimum est illud Tzetzae adnotamentum ad Lyc. 48. *δωμήσατο ἀττικῇ ἐκτάσει γράφεται μέγα ὡς τὸ δώτης, πώτης καὶ τὰ ὅμοια.* Sed haec tantum abest ut attica sint, ut *δώτης* apud solum inveniatur Hesiodum, *πώτης* nusquam. Ammonii vero haec sunt p. 115. *πόμα καὶ πῶμα διχῶς λέγουσι· τὸ μὲν ἁπλοῦν διὰ τοῦ ο, ἐν δὲ συνθέτοις μόνον διὰ τοῦ ω, γαλακτοπωτεῖν, ὑδροπωτεῖν.* Quid vero hoc ad differentias significationum? Ille, opinor, dixerat *πῶμα* operculum significare, *πόμα* potum; sic enim plerique aequalium scribebant; cetera aliunde assuta videntur hac sententia, *πότης* (*πότις*, *συμπότης*) hoc uno modo scribi, in compositis vero *γαλακτοπώτης*, *ὑδροπώτης* et in verbis hinc derivatis vocalem pro-

duci, utique non semper, nam centena extant apud veteres correptae syllabae exempla ἀκρητοπότης Herod. βραχυπότης et ὀῤῥοποτεῖν Hippocr. γαλακτοπότης Herod. et Eurip. μετριοπότης Xenoph. quod Pollux εὐτελές esse judicat, ὑδατοπότης Phrynichus Comicus ap. Athen. II. 44. D. φιλοπότης Arist. Vesp. 79. quae produci sine metri damno nequeunt, et a Polluce VI. 20. cum similibus in censum relata sunt; ac similiter in Anthologia et apud Timonem, Manethonem aliosque poetas leguntur ἀῤῥυθμοπότης, ἡδυπότης, ζωροπότης, θερμοπότης, μαριλοπότης etc. Ex quibus intelligitur hanc formam Atticos cum aliis communem habere; sed iisdem nonnunquam placuisse penultimam producere plures sunt qui testantur. Moeris p. 380. ὑδροπωτεῖν διὰ τοῦ ω̄ ἀττικῶς, sicut ὑδατοπωτεῖν Cratinus dixit Fragm. 78. Aelius Dionysius Eustath. p. 1716, 36. ἀττικῶς ἐκτείνει τὴν παραλήγουσαν ἡ ἄμπωτις ὡς καὶ ὁ αἱματοπότης καὶ ὑδροπότης (sic) idemque significare videtur Athenaeus XI. 460. B. ποτήρια ὠνομάσθη ἀπὸ τῆς πόσεως, ὡς τὸ ἔκπωμα οἱ Ἀττικοί· ἐπεὶ ὑδροποτεῖν καὶ οἰνοποτεῖν (cod. Marc. bis — πωτεῖν) λέγουσι· καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τῷ αὐτῷ δράματι αἱματοπώτης καὶ ποτήριον, quorum haec sine dubio est sententia, ποτήριον, servare vocalem primitivi πότης ut simplex, composita vero attico quodam more produci ἔκπωμα, αἱματοπώτης, quodque his adjungit, Anacreontem οἰνοπότης, Homerum οἰνοποτάζειν dixisse, eo pertinet ut intelligamus, quid proprie atticum sit, quid omnes in promiscuo habuerint. Neque tamen haec ita accipi debent, tanquam existimen Lycophronem (ut hoc utar) quum αἱμοπώτης scriberet, magis atticae consuetudinis regula quam concessa omnibus libertate usum esse. Nam productio ad hoc universum genus pertinet, μεθυδώτης, συβώτης, διαβήτης etc. nulliusque aut dialecti finibus terminatur aut significationis ratione regitur. Namque commenticium videtur, quod Herodianus tradit discrimen in Etym. M. φιλοπότης ὁ φιλῶν πότους, φιλοπώτης δὲ ὁ φιλῶν πολλὰ πίνειν, quibus quae subjuncta sunt verba, in Herodianeis Piersoni p. 457. et Hermanni p. 310. praetermissa πῶμα γὰρ τὸ ποτὸν καὶ οὐ πόμα, ea ad probationem nihil conferunt, nisi

interpositis, ut in Ammonii loco, terminis mediis, quos *Dialectici* vocant. Equidem Herodianum illum sic argumentatum esse arbitror, *φιλοπότης* a *πότος* compositum significare *τὸν φιλόποτον* ut *βραχυπότης* dicitur ac *βραχύποτος*, sed *φιλοπώτην* nominari eum *ὃς φιλεῖ πώτης εἶναι*, ac nescio an pro hoc *πώτης* quum testem citare non posset, analogiam attulerit speciosam magis quam veram nominis attici *πῶμα*. Neque negaverim, distinctionem illam aliquando peropportunam esse, nam non omnes qui *πότοις* oblectantur, potatores sunt, ac *φιλοπότης* apud Aristophanem prorsus eam significationem habet, quam huic formae assignat Grammaticus, sed ut *φιλοπώτης* eodem intellectu dici non possit, nequaquam veri simile totumque discrimen non significationis sed formae esse, superiora exempla manifestum faciunt.

§. 12.

De terminationibus, quas in hac dissertatione tractavi, subinde ita sum loquutus ac si a prima et tertia perfecti passivi persona derivatas atque expressas putarem. Idque feci exemplo veterum doctorum, qui quum nomina verbalia *ordinis* et dispositionis causa secundum verbi ipsius flexus distribuere instituissent, nihil tam consentaneum erat, quam ut unumquodque nomen ei subjicerent tempori, cujus ad similitudinem accederet proxime[66]). Neque tamen huic regulae superstitiose inhaerent sed libero et expedito gressu, quocunque res et ratio vocat, devertunt. Schol. Il. *Α*. 104. *ὥσπερ ἀπὸ τοῦ*

---

66) Qui *εὑρετής* et similia aoristo subnectunt potius quam perfecto, hi et disciplinae tenorem perturbant et parum prosunt tironibus, *qui* quum *θέτης* cum *ἐτέθην* comparaverint, praeter vocalem omnia mutata reperient. Ab illo tempore nihil commode repeti potest nisi *ἀσταθής*, *εὐσταθής*, *quae* terminatio consonam theta communem habet cum imperativo *στῆθι*, *κλῦθι*, cum personis passivis *τυπτόμεθα*, *τύπτεσθε*, cum substantivis *πλῆθος*, *γῆθος*, et cum praesentibus ipsis *πλήθω*, *νήθω*, *πρήθω* etc. Neque persuasit mihi Boeckhius Corp. Inscr. I. 881. ex *ἀμείβω* primum factum esse *ἤμειβται* et *ἠμείβθην*, sed antiquis assentior Grammaticis, ut ab *ἔτυψα* *ἐτυψάμην*, sic ab *ἤμειφας*, quod in arte ponitur, *ἤμειψαι* et cetera processisse. Unde enim *δραχμή* et similia nisi ex anticipatione perfecti activi?

εὔχω εὐχέτης, βάλλω βαλέτης[67]), οὕτω λάμπω λαμπέτης καὶ ἐξ αὐτοῦ λαμπετῶ, quibus ἐπέτης, ἀρχέτης, aliaque superius allata adjungi possunt. Eustathius p. 1859, 36. πέσημα, φάγημα (adde δράμημα, μάθημα, πάθημα, τράγημα, ἴδημα) a praesentibus thematicis repetit[68]). Neque eos praeteriit, verbalia plurima fingi a verbis, quorum perfectum passivum ne cogitari quidem potest, πτῶμα, ἀλτήρ, ἐπηλύτης, θνητός, θνῆσις Eustrath. in Nicom. p. 22. b. atque adeo nominalia haud pauca eodem fluere, γαμέτης, quod Etym. M. 794, 5. cum οἰκέτης conjungit, τοξαλκέτης, εὐμενέτης, ὑπερφερέτης, πάχετος, περιμήκετος v. Adn. ad Phryn. p. 571. quibus perspectis dubitare non potuerunt quin elementa clitica, quae verbi syllabas finales ordiuntur σ, τ et μ, eadem formandis nominum terminationibus sine ullo verbi respectu adhibita sint.

§. 13.

Masculinorum, de quibus modo nobis sermo erat, accentus unus idemque est, sive a verbis oriunda sunt[69]), sive a nominibus, sive simplicia sive composita, sive ε in penultima habent sive quam aliam brevium: δυνάτης ἀντὶ τοῦ δυνάστης Schol. Aesch. Pers. 612. ἀρότης, ἠπύτης, isque servatur etiam in femininis δραπέτις, ἡγέτις, πτηνολέτις, ταυροδέτις[70]). Constat ergo regula: τὰ διὰ μόνου τοῦ της ἐκφερόμενα μετὰ βραχείας τῆς ἐφεδρευούσης βαρύνεται Apollon. de Adv. p. 545, 23. quem accentum ad ἐργάτης et δεσπότης[71]) translatum dicit, postquam illis per hyphesin literae σ

---

67) Βελέτης rectius Anecd. Cram. I. 262. a βέλλω (ζέλλω) βλέω, unde βλείς v. ad Aj. 1281. βελτός ὁ βλητός Hesych. ut δρετά pro δαρτά Schol. Il. XXIII. 169. Ὀξυβελής Schol. IV. 128. interpretatur ὀξέως βάλλων ἢ βληθείς. Indidem pendent βόλος et βολή.

68) Addit τὸ στρατιωτικὸν ἄγημα, sed hoc dicitur ut ἀγήτωρ, pro ἥγημα.

69) Pro νεμετής Synes. de Regn. p. 30. C. recte nunc e codd. Monac. editum νεμητής.

70) Λαμπραύγετις Maneth. I. 301. regulae adversatur.

71) Undenam hoc natum sit, ignoro; a δεσπόζω non puto, mirorque cur veteres non maluerint causam accentus a charactere, ut assolent, repetere, συμπότης, προδότης etc.

similia facta sunt cf. de Conjunct. p. 500, 21. Synt. IV. 2, 336. Sed quaeritur accentus verbalium eorum, quae sigma adjunctum habent non e declinatione sed extrinsecus; nam illa, quorum praesens in σω vel ζω terminatur, extra aleam posita sunt, πλάστης, κτίστης, μεσσηγυδορποχέστης, χρυσοχέστης v. Reisk. ad Constant. p. 743. ἑτοιμαστής, ἐριστής, ἁρμοστής, γογγυστής, quo in genere rara est librariorum vacillatio[72]) nec refert simplicia sint an composita ἀρχιδικαστής, μετεωροσοφιστής, φιληλιαστής[73]), χαλκοκορυστής. Apollonius quidem de Adv. l. c. etsi unius tantum generis exemplis utitur, tamen de verbalibus universe edicit: τὰ εἰς στης ῥηματικά, ὅτε ἐστὶν ὑπὲρ δύο συλλαβάς, ὀξύνεται, εἰλαπιναστής, λιθαστής, θεριστής. Atque hanc regulam sequuntur γελαστής, ἐραστής, δημεραστής, δαμαστής, ἱπποδαμαστής, quae nemo ad δαμάζω referet, ἐλαστής, ἀλεστής Gloss. Gr. Lat. τελεστής, ἐδεστής, ἀκεστής, κηδεστής, παρελκυστής, quorum copia sine dubio esset major, nisi praevaluissent nomina tertiae declinationis, νεικεστήρ, ἀρεστήρ, ἀρυστήρ etc. Sed refragantur ἀκέστης in codd. Lycophr. 1033. et δυνάστης Aesch. Ag. 6. Plat. Gorg. p. 524. Aristot. Nicom. VIII. 16. p. 1163, 35. totque aliis locis ut vix evelli posse videatur, idque hoc mirabilius, quod Grammatici non, unde oportebat, hoc est a δύναμαι, arcessunt, sed a δυνάζω v. Etym. M. s. h. v. Eust. p. 1538, 59. Sed θυέστης ὁ δοίδυξ par-

---

72) Perperam aliquoties μεταφραστής scribitur ut παραφραστής, quod Bastius ad Gregor. p. 81. temere cum δικαστής componit, nec recte διασωστής, nisi forte iota subscripto ut λῃστής, θυμοραϊστής, quod quum Glaucus in quatuor contraheret syllabas, quia ῥαῖσαι dicitur non ῥαΐσαι, recte βαρυτόνως scripsit v. Schol. Il. Π. 414. sicut Bekkerus Aristot. H. Ann. V. 31. p. 557, 18. κυνοραϊσταί mutavit in κυνοῤῥαῖσται, et vulgo ἀλιῤῥαίστης, βοοῤῥαίστης. Contrario vitio affectum est εὐάστης Procl. Hymn. V. 1.

73) Cum hoc et similibus, quorum accentus fixus est, Schneiderus ad Plat. Civ. T. III. 23. minus recte componit φιλαναλωτής, quod acuendum est, si praesentis vocalis penultima ad terminationem pertinet ut χρυσωτής, gravandum vero si stirpe verbi continetur ut πώτης. Sed praefero prius, ἀναλόω et ἀναλίσκω ex ἀλ procrevisse. Ὁλκαδοπιττώτης id est καλφάτης (ital. calfataro) in carmine Anecd. p. 1089. acuto finiendum est tenore.

oxytonum est paronymorum lege, *Τελέστης* et *Ἀκέστης* propriorum v. Lehrs. de Arist. p. 300. Verbalia, quae sigma vocali longae additum habent, Grammatici perinde ut asigma, oxytona esse tradunt; Schol. Il. V. 158. XIII. 382. Eust. p. 533, 36. *τὰ εἰς της ῥηματικὰ ὑπὲρ δύο συλλαβὰς φύσει μακρᾷ παραληγόμενα ὀξύνεται, τορευτής, ἀθλητής, ὀρχηστής, χρυσωτής· οὕτως οὖν καὶ τὸ χηρωστής, ὅπερ πλεονασμὸν ἔχει τοῦ σ. Τὸ δὲ παρὰ Σοφοκλεῖ στείχοντ' ἀγρώστην ὄχλον παρώνυμον.* Priori regulae accommodata sunt *ἀλφηστής* et *ἑρπηστής*, quod plerumque cum *ἑρπυστής* certat v. Wernick. ad Tryph. p. 68. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 470. a circumflexis *ἀφρηστής, ὀρχηστής, βρωμηστής ὁ χορτοφάγος ἢ ὁ ὀγκώμενος* Etym. M. *ὀγκηστής*, quod aeque ut *δειπνηστός* et *ἀντιμαχηστύς* addubitari potest propter scripturae ambiguitatem et quia *ὀγκητής* saepius legitur v. Galen. Protr. XIII. p. 15. sed prorsus graecum non esse Schaefero citius quam par erat, credidit Jacobsius ad Anth. Pal. p. 525. *καυχηστής* vero, quod poetis concedi poterat, recte denegatur Etymologo M. p. 121, 6. Postremum a verbo in ιω macroparalecto *πετροκυλιστής* (*αὐτοκύλιστος*). Alteram regulae partem confirmant *ἀλκήστης* Suid. s. *Ἀμύντης*, quo ex loco apparet Aeschylum haec nomina pro appellativis usurpasse ut *λυσανίας* et *πανσανίας* v. Aglaoph. p. 857. femininum *ἀλκῆστις* scribi deberet ut *λιμνῆστις* [74]), sed proprium *Ἄλκηστις* scribitur, ut *Τελέστης*, pro quo *Τελεστής* editum Anth. Pal. Append. N. 226. Atque adjectivum *ἀργηστής* Aesch. Eum. 181. Theocr. XXV. 131. a quo proprium *Ἀργήστης* Pers. 308. distingui non poterat. Repugnant vero *τευχηστής* Sept. 644. Callim. H. in Jov. 77. Apollon. III. 415. ubi nulla est codicum dissensio, *ῥαμφηστής* ap. Xenocratem et Hesychium, *κινωπηστής* [75]) quod cod. Goetting. in

---

74) Herbae *λιμνίστιδος* meminit Aretaeus de Cur. Acut. I. 2, 206. et 4, 213. (utroque loco codd. rectius *λιμνήστιδος*) 6, 220. II. 1, 246. 3, 265. 4, 270. 7, 279. de Cur. Diut. I. 2, 299. *λίμνηστις* II. 11, 338. *τῆς λιμνηστρίδος* Galen. de Comp. Med. p. Gen. VII. 13, 1036. T. XIII. *ἡ λιμνῆτις* Comp. p. Locc. I. 2, 391. *τὸ λιμνῆστρον* ib. 394.

75) Hoc unum fuerit quod cum *καρανηστήρ* Aesch. Eum. 186. aliquam similitudinem habeat.

Nic. Ther. 141. pro κινωπιστής praebet. Ὠμήστης Tyrannio gravari jussit ut compositum, Aristarchus acuit v. Lehrs. p. 311. Ellendt. Lex. Soph. II. 994. vel ut paragogum vel propter characterem quia τὰ εἰς ηστης ὀξύνεται, ἑρπηστής, ὀρχηστής Eustath. p. 855, 40. Attamen haec duo nomina, quae ne paronyma quidem sunt, vix efficiunt characterem; si vero cum ἀργηστής comparavit, id ab ἀργός non longius distat, quam albidus ab albo, vel crudelis a crudo; ὠμηστής vero prorsus diversum ab ὠμός significat τὸν ὠμοφάγον. Quare compositum esse arbitror ut νήστης et δερμήστης, quanquam hoc illi ipsi Grammatici, qui ab ἔδω compositum esse tradunt, consensu δερμηστής scripserunt saltem ut nunc legitur, Aristarchus autem serpentis genus esse ratus δερμιστής maluit, ut syntheton χαλκοδερμιστής[76]). Sed illud, quod de nominum in στης exeuntium oxytonesi praecepit Apollonius, non solum a primitivis alienum, ῥαίστης, καύστης, πυραύστης, πρίστης, γνώστης, ζώστης[77]), κλώστης, ἐξώστης, sed ne paragogis quidem aptum est, velut ἀγρώστης, de quo Schol. Apoll. IV. 175. Anecd. p. 213. ἀργῶσται οἱ κυνηγοί ἀπὸ τοῦ ῥήματος τοῦ ἀγρώσσω, et καταγεώστης, quod H. Stephanus nescio unde depromsit, atque ἐπαλώστης, quod ex ἐπαλοηστής licenter contractum videtur, quemadmodum βωστρεῖν, vel ut Etym. M. tradit ex βοαστής vel, quod equidem praeferam, ex βοήστης sive βώστης, ut βῶσαι dicitur pro βοῆσαι, similiterque βωθεῖν, quod cum βωστρεῖν confert Eustathius p. 812, 59. Neque convenit praeceptum illud paronymis χρεώστης[78]) et ἀγρώστης ὁ ἀγρότης. Unde cognoscitur,

76) Δερβιστήρ sive δεῤῥιστής proprie non τὸ δέρμα significare videtur sed τὴν δερματίνην πήραν.

77) Ab hoc quae composita sunt feminina, accentum instabilem habent; λινοζῶστις Hippocr. Mul. I. p. 663. et 735. II. 808. T. II. de Nat. Mul. p. 531. 538. et 547. T. II. [quibus locis est accusativus τὴν λινοζῶστιν, sed τὴν λινοζώστιδα p. 537.] proparoxytona vero ἀρχίζωστις Dioscor. Mat. IV. 184. p. 673. et ἀλίζωστις Suid. eodemque modo etiam λινόζωστις scribitur Diosc. Mat. IV. 188. p. 682. etc.

78) Et hujus ratio parum aperta est et aliorum nonnullorum, quae in hoc sermone praetermissa sunt, ἀλάστωρ, quo nomine daemonem planum significari suspicor, πολύπλαγκτον ἀλάστορα Orph. H. LXXIII. 2. μιάστωρ

Apollonium non universe loquutum esse sed de nominibus, qua a verbis in *ζω* orta sunt.

§. 14.

Verum ut nihil praetermissum videatur, quod ad sigma verbalium pleonasticum pertineat, pauca adhuc adjungamus de nominibus in *τρα, τρις, τρον* exeuntibus. Etenim his quoque sigma inseritur, primum legitime post breves vocales *κρεμάστρα, ἐπίσπαστρον, μαστρός,* (ut *δαιτρός, ἰατρός*) *δαμάστρια* codd. Suid. s. *Δαμάστρεια* et Hesych. s. *Δμήτρα, ἐράστρια, μετανάστρια, ἐφέστρα* rete jaculum, *Γέστρα στολή,* quod et *γεῖθρον* dicitur Hesych. *ἀμφιεστρίς, ἐφεστρίς, ἀκεστρίς, πίστρα, ἔλυστρον* i. q. *ἔλυτρον* Hesych. *ἀρυστρίς, ζωμάρυστρον,* quibus comparari possunt latina flustrum, lustrum id est *λύτρον,* a luo ut rutrum a ruo. Nec minus post longas; ab *ὀρχηστής ὀρχηστρίς, ὀρχήστρια, ὀρχήστρα, κνῆστρον, ποδόψηστρον, νίκαστρον* Phot. doricum, puto, quod apud Hesychium minus recte *νίκεστρον* scribitur, *μνῆστρον,* sed *νῆτρον* et *ἐπίνητρον,* et ab eodem verbo *βλήσω βλῆτρον καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ ἀμφίβληστρον* Schol. Lyc. 1101. quorum posterius convenit cum *Βλήστας ὁ σκορπίος* Hesych. et verbo *βληστρίζειν,* prius cum *βλητήρ* et *βλητός.* Arcadius p. 35, 22. *τὰ εἰς ρις ἔχοντα πρὸ τοῦ ρ ἕν τι τῶν ψιλῶν ὀξύνεται, παλαιστρίς, αὐλητρίς,* cui proximum *αὐλήστρια* bis legitur ap. Draconem p. 20, 14. et 19. neque suspectum mihi, etsi in Regula Prosod. quam Bastius edidit ad Greg. p. 260. vulgatior forma *αὐλήτρια* obtinet. His accedunt *ἐξαλίστρα, κυλίστρα, ζῶστρον, περιζώστρα, χωστρίς, βῶστρον τὸ θρεπτήριον, καιρωστρίς* v. ad Phryn. p. 257. Tertio post diphthongos: *ἀναπαιστρίς, ἀναπαύστρα, καύστρα, εὖστρα, σεῖστρον, κλεῖστρον,* (claustrum) *ἱππολούστρα.* In hoc numero fortasse insunt nonnulla minus firmata, de quibus aliquis

---

et *γενούστης,* quorum significatio claret sed analogia deficit; *μακεστήρ* sive *μακιστήρ,* quod utrinque laborat; *νεικεογεννέστησι* Emped. 135. fortasse pro *νεικεογεννήτοισι. Ἀνθεστήρια* et *ἀλθεστήρια* a verbis in *εσσω* orta videntur.

paullo suspicacior idem causari possit, quod de ὀγκηστής Schaeferus, nec facile explicatu, cur Aristarchus apud Homerum παλαιμοσύνη scribere muluerit quam παλαισμοσύνη v. Eustath. p. 1587, 40. et quid causae sit, cur πάλαισμα dicatur ut πταῖσμα, παλαίμων vero et παλαιμονέω ut δαίμων. Ac si manifestum est, penultimam nominum in μων eadem mensura esse, qua quae in μα exeunt, nisi si ab epenthesi profecta est ut ἡγέμων et κηδέμων, tamen quamobrem aliis alia adhibeantur adminicula, parum clare perspectum habemus. Nam fulciendae vocali brevi modo sigma adjiciunt, μεγαλοχάσμων, modo productionem adhibent ἥμων, στήμων, ὑποθήμων, modo non mutatam producte pronunciant, ἱπποβάμων, v. ad Phryn. p. 431. Ellendt. Lex. Soph. T. II. Praef. p. XXI. etsi καρκινοβήτης dicitur non καρκινοβάτης v. §. 8. nec minus distat πολυπάμων Homeri ab ionico θεήμων, scilicet ad effugiendam similitudinem nominis πῆμα[79]). Ab adjectivis in ημων desinentibus quae propagantur nomina in συνη, id inter se differunt, quod quum pleraque sigma excludant, ἐφημοσύμη, τλημοσύνη, γνωμοσύνη etc. nonnulla ex cognato genere substantivorum in μος et μα ad se recipiunt, παλαισμοσύνη, δρησμοσύνη, χρησμοσύνη v. Adnot. ad Aj. p. 319. quo loco quae inchoata est disquisitio, eam mihi jam absolvisse videor, si quid in his literis, quae quotidie paene crescunt, absolutum dici potest.

---

79) Αὐτοπάμων, ἐπιπάμων etc. dorica sunt, sed βουπάμων legitur in Leonidae Tarent. epigrammate ionice scripto, παῶν Nicand. Ther. v. 3. Liquidam geminare ratio nulla est nisi post brevem vocalem, Ἐχέμμων Il. V. 160. pro quo Ἐχήμων (ut δειδήμων) dici posse, nescio cur Spitznerus neget.

DISSERTATIO SEPTIMA.

DE

MOTIONE ADIECTIVORUM MINUS MOBILIUM.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXV.)

DISSERTATIO SEPTIMA.

DE MOTIONE ADIECTIVORUM MINUS MOBILIUM.

§. 1.

Adjectivorum, quae ex minus mobilibus facta sunt mobilia, species plurimae sunt, quarum alias ad Aj. v. 172. ed. nov. et ad Phryn. p. 105. tractavimus, alias nunc producemus initio sumto ab iis, quorum pars prior substantivum est, altera adjectivum verbale. Cujus generis apud Tragicos duo repe-riuntur exempla *ἀρκυστάτη μηχανή* Eur. Or. 1422. quod masculine extulit Aeschylus *ἀρκύστατος πημονή* Agam. 1376. et *οὐριθρέπταν μόσχον* Hec. 204. [1]) utrumque canticis illi-

1) Porsonus *οὐρειθρέπταν* corrigit, neque desunt hujus formae exempla: *ὀρείπλαγκτος* Arist. Th. 333. *ὀρείδρομος* Iph. A. 1593. (Hermannus *ὀριδρόμος*) *ὀρειδρομίη* Anth. Pal. VII. n. 413. (Planud. *ὀριδρ.*) *ὀρειτρεφής* Tryph. 193. *ὀρειπλανής* 223. *ὀρειπτελέα* Theophr. et pindaricum *ἐγχειβρόμος*. Contra haec Grammatici docent nomina ab *ὄρος* et *ἔγχος* composita ante positionem simplex recipere iota, *ὀρίτροφος*, *ὀρίδρομος* (hoc accentu), *ὀριβρεμέτης*, *ἐγχικτύπος*, neque diphthongum admitti nisi in syllaba naturaliter longa, *ὀρείαυλος*, *ὀρειφοίτης* etc. v. Theognost. Cram. T. II. 96, 14. Choerobosc. p. 243, 13. Herodian. Epimm. p. 186. Philem. §. 127. Eust. p. 460, 23. Cujus regulae partem priorem confirmant Apollonii, Nonni, aliorumque exempla plurima v. Wernick. ad Tryph. 193. nec dubium quin illa scribendi ratio inter librarios perdiu viguerit; alteri quae adversantur perpauca sunt nec satis firmata: *ὄρνις ὀριβάτης* Arist. Avv. 278. in exitu senarii parum expediti, *ὀριμαλίδες* Theocr. et *ὀρικέδιον* Strab. VI. 272. quae rectius per *ο* scribuntur, et Liberi Patris epitheton Oppian. Cyn. I. 24. *αὐκ ἐθέλω τριετῆ σε τὰ νῦν Ὀρίβακχον ἀείδειν*, quem versum sane quam suspectum habeo, non quia accusativus pro

gatum nullaque metri necessitate expressum. Totidem sunt homerica; *δουρικτήτη* Il. IX. 343. quod Wolfius et Spitznerus acuunt contra Arcadii praeceptum p. 102, 11. et Scholiastae sententiam, qui illud cum *ἀριγνώτη*, *ἀμφιρύτη* et *περιξέστη* contendit, neque aliter scribitur apud posteriores epicos, qui ut Homerus ipse feminina positione utuntur, etiamsi nulla urget necessitas Apollon. I. 806. Nonn. XXI. 19. (*δορυκτήτη*) XXX. 286. XXXIV. 31. et 207. XXXVII. 616. 778. XL. 28. Tryphiod. 630. Alterum est *αἱ οὐλοχύται*, (non ut Lexicographi nostri *οὐλοχῦται*) quod congruit cum proprio *Προχύτη* [2]), sed quia in uno accusativo legitur sine ulla designatione generis, nonnulli masculinum esse putarunt vasis nomen *οἱ οὐλοχύται* ut *προχύται*, cujus ceteri qui leguntur casus pariter ambiguntur. Pro *ναυσικλείτη τ' Εὔβοια* H. H. in Ap. 31. et *τηλεκλείτη τ' Ἀριάδνη* Apollon. III. 1097. Spitznerus ad Il. Exc. XI. p. XXIV. oxytona reponit hic ex Edd. antiquio-

---

vocativo positus est omisso articulo, quod Matthiae ad Iph. T. 811. fieri posse negat, nam idem deest in Anth. Pal. IX. p. 739, *ἥπαφε καὶ σὲ μύκηκα Μύρων* — sed propter ceteram insolentiam. His igitur, quae parum firmitudinis habent remotis pro certo sumimus nominis compositi syllabam secundam semper longam esse vel natura *ὀρειάρχης* vel positione *ὀρίπλαγκτος*, atque hoc iota, quod nunquam corripi videtur, scriptura magis quam sono a diphthongo distinctum fuisse. Ac nescio an veteres semper sint diphthongo usi, cujus ratio reddi potest, vocalis simplicis non item. Nam a genitivo *τοῦ ὄρεος* legitime componitur *ὀρεονόμος* et interposito iota *ὀρειονόμος* ut *ἔλεος ἐλεόθρεπτος* et *ἐλειονόμος*, *ἐλειογενής*, et ex alio genere nominum *θειοφανής*, *Θειογένης*, *Κρειόφιλος*. Ex *ὀρεονόμος* autem ortum est *ὀρεινόμος* antiquo illo contractionis genere quod veteres in *ζείδωρος*, *κεῖμαι*, *πλεῖν*, *Κλειγένης* agnoscunt neque jure impugnat Buttmannus; similiterque *θερείβοτος*, *θερειλεχής*, *ἐγχειφόρος* in cod. Goett. Pind. Nem. III. 117. *Ἑλίχρυσος*, quod Passovius ab *ἕλιξ* compositum putat, veteres autem rectius *ἑλειόχρυσος* interpretantur, eodem loco habendum est quo *ὀρίδρομος*, *ἐγχικτύπος*, quae antiqui, ut suspicor, ita pronunciabant ut diphthongus audiretur, id quod nonnulli de comparativis *στενότερος* et *κενότερος* suspicantur. Neque his conferenda *καλλίπυργος*, *καλλίῤῥοος*, *ὑψιφανής* etc. quorum diversa origo.

2) *Προχυτή* olim legebatur Dionys. Antt. I. 53. 135. similiterque alia locorum vocabula verbalium similia *Ἐμβατόν* Thuc. III. 29. *Λεκτόν* VIII. 100. accentu vago et instabili.

ribus, illic e v. 219. ναυσικλειτῆς Εὐβοίης, veterum decretis obsequutus [3]), quae vereor ut Boeckhius jure ab Epicis transtulerit ad Pindarum Nem. V. 7. ναυσικλυτά scribens, etsi hic ναυσί dicit non νηυσί. Sed hoc sane accentu signanda forent περικλυτή, ἀγακλυτή, ἀγακλειτή, si qua legerentur, contrario autem τοξοκλύτη, προκλύτη, quorum simile nomen profert Schol. Vict. ad Il. XXII. 51. τὸ ὀνομάκλυτον κατὰ σύνθεσιν· ἔστι γοῦν παρὰ Πινδάρῳ τὸ θηλυκὸν ἐν παρωνύμῳ χαρακτῆρι, hoc est ab ὀνομάκλυτος declinatum ut ab ἀρίγνωτος ἀριγνώτη, quod idem paronymon vocant; neque perspicio cur vir doctissimus Pindarum Fr. 279. Ὀνομάκλυτα vel Ὀνομακλυτά scripsisse putet, quorum postremum non magis probari potest quam Ὀνομακριτός, utrumque autem ab eo, quod Scholiastae propositum erat, perinde alienum; nam nomina propria syntheta esse inter omnes constat. Apud eundem poetam Ol. VI. 101. et Fragm. 38. θεοδμήτη Deli epitheton est augustius, alibi autem θεοδμάτῳ ἐλευθερίᾳ et θεοδμάτους ἀρετάς dixit; Alcaeus Fr. LXVII. 54. χρυσόδέτη metri rationibus obstrictus et ignotus poeta ap. Aristot. Poet. c. XXI. σπείρων θεοκτίσταν φλόγα, cujus ratio non magis apparet, quam ejus qui ἱπποτολύτης χάρμης usurpavit Epigr. Adesp. CCCLX. Anth. Plan. N. 44. ubi ἱππελάτης correximus, quia certamina τῶν ἱππελατῶν sive factionum circensium significantur epitheto ab ipsis agitatoribus translato ut γηγενὴς μάχη et τετρασκελὴς πόλεμος apud Euripidem. Incertius est ἀλιτρύτησι Nonn. Paraphr. XXI. 16. pro quo Passovius dubitat an masculinum scribendum sit. Ab adjectivo inducta succurrunt tria, πολυμνήστη Homero familiare, τὰν νεοκτίσταν ἐς Αἴτναν Pind. Nem. I. 3. et nescio cujus Μορ-

---

3) Praescriptum excedit περίκλυτος Dicaearch. Descr. Graec. v. 111. Eustath. Opusc. XVI. 141, 10. Cum κλητός quae sunt composita, constanter gravari solent ἀνάκλητος, ἐπίκλητος, ἔκκλητος, μετάκλητος etc. praeter ἐγκλητός, ἐγκλητή Plut. de Stoicc. repugn. XXXVII. 387. T. XIII. quod quia vituperabilem significat, recte ultimam acutam habet, ὁμόκλητος vero ut compositum primam. Id quoque argumentum est veteres apud Homerum non τηλέκλητος legisse sed τηλεκλειτός vel τῆλε κλητός, ut τηλόθ' ἀκουστή Hom. H. in Merc. 512.

τοβάτην τὴν ἀνθρωποβάτιν ναῦν Hesych. nisi μορτοβάτιν scripsit.

§. 2.

Eorum autem, quae a partibus orationis indeclinabilibus composita sunt, copia ingens; primum ab alpha privativo. ἀδμήτη, quo Homerus non semel sed saepius utitur nihil expavescens ejusdem literae assiduitatem ἀδμήτην ἥν — masculino nunquam. Hinc acceptum Tragici a brutis traduxerunt ad homines Aesch. Suppl. 156. Soph. El. 1239. et in diverbiis Oed. C. 1321. masculino abstinentes. Ἄσβεστος δὲ βοή et βοὴ δ' ἄσβεστος ὀρώρει iterum atque iterum apud Homerum legitur et Il. XVII. 88. φλογὶ ἀσβέστῳ· οὐδ' — semel κατ' ἀσβέστη κέχυτο φλὸξ XVI. 123. quo et Nicander utitur Ther. 821. φλὸξ σίνεται ἀσβέστη ῥαγόεν δέρος. Ter item βοῦς ἠνέστας ἱερεύσειν. Neque non ἀπριάτη (ut ἀρκυστάτη) huc referendum, non quo in hymno homerico adverbii significatio minus conveniat quam adjectivi, sed quia pro ἀπριάδην, ut Rhianus scribebat, ἀπριάτην dici posse nullo exemplo comprobatur, quamvis abundante adverbiorum in δην exeuntium copia. De Aristophane, quum Il. VI. 266. χερσὶ δ' ἀνίπτῃσι praeoptaret, cujus primam positionem ἀνίπτη dici negant, difficilis est quaestio librosne an aures consuluerit; de ἀβρότη, etsi μορτός verbale est, infra dicetur. Pindari tria sunt: ἀβάταν ἅλα Nem. III. 36. ἀμετρήτας ἁλὸς Isthm. I. 53. et ἀκινήταν ἔχε ῥάβδον Ol. IX. 51. quae versui data videri possunt, sed pro ἀδιάνταισι παρειαῖς Simonid. Fr. VII. 3. Brunckius masculinum posuit, contra quem nihil valent quae Schneidewinus opponit p. 70. exempla Porsoniana. Verum dubitatio nulla est de [ἀδμήτην καὶ] ἀπειρήτην φιλότητος Hom. H. in Ven. 133. quo Nonnus, sive opus est sive non est, utitur frequentissime XV. 172. XXXIII. 220. XL. 114. XLVIII. 220. etc. Tragicorum in carminibus melicis praeter ἀδμήτη haec leguntur: πόλιν εὐφιλήταν ἔθου Sept. 103. ubi libri variant; Αὖλιν ἀκλύσταν Iph. A. 121. λώβαν ἐχθίσταν ἀῤῥήταν τε Hec. 102. et Med. 825. codd. nonnulli praebent ἱερᾶς χώρας ἀπορθήτας τ' — quod soni causa praeferendum videtur; sed in Theodectis iambis Strab. XV. 695. κόμας

μάρφαις (fort. φοραῖς) ἐναυξήτησι συντήξας πυρός, nihil causae est quin terminatio substituatur legitima. Sciens praetereo ἀμαιμακετᾶν κόρᾶν Oed. C. 128. et ἀμαιμακέτῃσι Nonn. I. 296. Quint. Cal. XI. 155. quod compositum quidem est nomen sed priscum et exoletum. Ex his nonnulla ad epicos posterioris aetatis transfluxerunt: ἀῤῥήτην ἱερός Oppian. Cyn. IV. 255. ἀκινήτης ἐλελίζετο Nonn. XXV. 423. sed praeter necessitatem ἀνικήτην καὶ ἄφυλον Herod. Att. 14. T. II. Anall. p. 300. cui masculinum succedit v. 21. ἀκίνητοί τε θέαιναι. Alia ab ipsis novata aut ex ignotis exemplis expressa sunt ut εὐτρυγέτῃ Anth. Pal. Append. N. 234. quanquam hujus quoque origo in obscuro, et ἀφθίτῃ Mesomed. I. 16. p. 292. T. II. Nullum autem est vocabulum ea figura qua δυσοίστῃ, quod Aeschylo Eum. 757. affinxit O. Muellerus. Cum aliis adverbiis composita si anquirimus, Homerus offert ἀγακλειτὴ Γαλάτεια et dissentanea ῥεῖα δ' ἀριγνώτη πέλεται Od. VI. 108. ῥεῖα δ' ἀρίγνωτος Διὸς — ἀλκή Il. XV. 490. εὐποιητῇσι et εὐποιητάων, quae rectius diriguntur, et ἡ εὐποίητος, εὐξέστης ἀπ' ἀπήνης et in eodem libro εὐξέστου ἀπ' ἀπήνης etc. v. Thiersch. Gramm. §. 201, 16. p. 319. [4]) et a simplici τῆλυ, quo ipse non utitur, τηλυγέτῃ ut Ἐηϋγέτῃ, atque κασιγνήτῃ quod ut significationem substantivi accepit, ita et motionis particeps factum est. Homerum insequuti poetae his superstruxerunt ἀριγνήτῃ Orph. Arg. 15, ὁμογνήτῃ v. 1215. ἀειμνήστῃ Anth. Pal. Append. N. 197, πολυκλαύτῃ Anth. VII. n. 712. VI. n. 698. πολυτλήτῃ Quint. XI. 25. πολυγνάμπτῃσι I. 286. εὐγνάμπτῃσι Dionys. 1115, quod inspectum reddit et codd. dissensio et Homeri ipsius ἡ εὐγνάμπτος dicentis, neo sincerum videtur Wernickio ad

[4]) Apud Homerum non εὐῤῥείτῃ, ut ille ait, sed ὁ εὐῤῥείτης legitur, ipsumque εὔῤῥειτος Graecis abjudicat Ruhnkenius Ep. Cr. p. 220. Probabilis tamen correctio videtur in oraculo Paus. V. 7, 2. εὐῤῥείτης Ἀρεθούσης. Masculinum superest in proprio torrentis attici nomine Ῥεῖτος, de quo alibi dixi; vulgo ῥευστὸς dicitur ut νευστός, πλευστός, et ῥυτὸς ut χυτός, πνυτός. Illi simillimum est κλειτός, proximum similitudine κλείστῃ id est θάλασσα et Κλεῖστος rivi nomen fluentem significans, quae substantivorum modo gravantur.

Tryph. p. 419. sed defenditur a Spohnio ad Nicoph. p. 37. n. 294. propter πολυγνάμπτης ἐλίνοιο v. 1157. ubi Bernhardy Graeciam novo donat vocabulo ὁ σέλινος, nec Graefius Nonn. XIII. 290. ἐϋπλέκτῃσι κόμαις suspectum habet etsi Homerus σειρὰς εὐπλέκτους dixit. Haec igitur enucleari posse despero; librorum quidem in hoc genere auctoritatem perexiguam esse manifestam facit aberrationis facilitas, qua positio feminina ad solutum quoque sermonem transfusa est ab hac licentia longissime abhorrentem, βύρσαις νεοδάρταις Apollod. III. 1, 2. ὁδοῖς ἱππηλάταις Strab. XVI. 793. αἱ δορύκτηται Arrian. Alex. VII. 4, 2. quod nuper demum correxit Ellendtius; τὰς τυραννικὰς ἐξουσίας χειμερίῳ προσεικάζει καταστήματι θαλάσσης ἀσυνέτην καὶ τῶν ἀνέμων στάσιν Heracl. Alleg. V. 13. quae Matthiae in Alcaei Fr. II. 11. sine ulla significatione corruptelae transscripsit sed vitium arguit constructio; nec, unde ooeperit, latet; nam ex Cocondrio de Fig. IX. p. 787. T. VIII. ed. Walz. Anecd. Boisson. p. 295. T. III. ὡς παρ' Ἀλκαίῳ Συνίημι τῶν ἀνέμων τὴν στάσιν· τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται κ. τ. ἑ. intelligitur ἀνέμων στάσιν in exitu versus posita fuisse praecedente quodam verbi συνίημι inclinamento. Pariterque vitiata sunt ἀργυρωνήτη Charit. VIII. 7, 189. et θεοφιλήτη Phintys Stob. Serm. LXXIV. 61. p. 444, 42. quae nullum periculum est ne quis excusata putet exemplo parasynthetorum χειροτόνητή Aeschin. c. Tim. p. 131. (3, 35.) Aristot. Rhet. ad Alex. c. II. 36. οἰκοδομητή Strab. VI. 155. λατομητή XIV. 670. XVI. 763. Orig. c. Cels. II. 439. D. εὐδοκητή Diog. La. II. 87. Falso Passovius adjectivis ἀπίεστος et ἀκίλητος tria adscribit genera; nam feminina positio neque apud Aristotelem legitur, quem testem facit Meteor. IV. c. 13. (scrib. c. 9. p. 459. G. 460. C.) neque usquam alibi. Sed Aristophani in deae invocatione Pac. 978. Εἰρήνη ὦ πολυτιμήτη, licuit alio genere efferre, quam quo v. 1016. metri causa usus est ὦ πολυτίμητ' — ceterum illo quoque loco πολυτιμοτάτη dici potuisse contra quam Ammonius praecipit, apparet ex Menandreo πολύτιμοι θεοί p. 42. cf. Schweighaeuser. ad Athen. T. II. 63. Winckelmann. ad Euthyd. p. 105. Neque in juris formula

tragice exaggerata Lys. 217. offensionem habet ἀτομφάτη, pro quo quod olim ad Aj. p. 242. Ed. I. proposui ἀναυρωτεί, Matthiae Gramm. §. 116. probat tanquam ab Elmslejo profectam. Postremo idem Aristophanes in carminum genere sublimiore ἐθάνψοη redepit Nubb. 388. Thesm. 1061. quo et Tragici sine ullo metri vel euphoniae emolumento utuntur Choeph. 614. Phoenn. 235. et Homeris constanter, promiscue Hesiodus v. Muetzell. de Theog. p. 195. et inferiores Theocr. XV. 106. Sibylla Paus. X. 12, 4. Apollon. IV. 795. (ubi codd. fluctuant) Nonn. Paraphr. III. 150. V. 114. XI. 19. Dion. IX. 191. XXV. 336. etc. cui simillimum ἀκαμάτη apud Hesiodum, Apollonium et Anth. Pal. VI. n. 269. sed in uno Sophoclis loco sic positum est, ut cum masculino commutari non possit. Haec autem verbalibus attexui, quia θάνατος et κάματος ipsa a verbis progressa sunt eadem via qua ἄορτος, ὑετός etc. Γλῶσσα μαιφολάκτη Sapph. XCIII. 89. nihil sui simile habet ac ne explanatam quidem est accusativus illum μαιφυλάκταν feminini potius generis esse quam masculini, promtaque suspicio poetriam μαιφύλακτον scripsisse vel μαιφυλάκταν.

§. 3.

His adjunctum est genus eorum, quae a perfecto secundo composita sunt, primum illa epitheta fixa et solemnia πολύφορβη⁵), ἀργιοκτόνη, ὑδροφόβη, quorum rationem in Add. ad Aj. reddidimus, deinde communia quaedam et ob hoc ipsum suspicioni affinia: μητροφόνας δύας Eum. 268, cui nihil auxiliantur θηροφόνη et γοργοφόνη Dianae epitheta, et ἐκβάκτροι γεραίᾳ in cantico Eur. Ion. 213., pro quo Hermannus et Elmslejus ἐκβάλοισι scribunt hoc probabiliore ratione, quod librarii Phoenn. 1149. femininam adjectivi hujus formam ipsis adeo diverbiis inseruerunt neque veriti sunt Soph. El. 181. βουνόμαν ἀκτάν contra metrum scribere; λαιμοτόμη Seidleri erat conjectura Eur. El. 459. Sed hujusmodi exemplis niti videtur Priscianus De XII. vers. Aen. c. VI. 96, 313.

5) Πολύφορβος et πολυφόρβη non magis probari possunt quam πολύμεμφος.

ὁ ὁπλοφόρος, ἡ ὁπλοφόρη, τὸ ὁπλοφόρον, *armiger*, *armigera*, *armigerum*. Euripidis locus Suppl. 993. ubi ὠκυθόας νύμφαι legitur, tam multis modis depravatus est, ut ne sententia quidem satis clareat, nedum verba ad libellum exigi possint; accentum si sequimur, a verbo compositum est ut βοηθόος et ἱππόδρομος; sed herbae nomen ὠκύθοον proparoxytonon est quasi ex duobus synonymis junctum illorum modo, quae Grammatici afferunt, ἑκατοντάκτης, στρεφεδινεῖν, ψηλαφᾶν etc. v. ad Aj. p. 193. Accentus tamen ne in proprio quidem sibi constat; Ὠκυθόας editum in Nonn. XIII. 144. Ὠκύθοος XXXVII. 625. etc. Apud Epicos plura sine dubio hujus motionis inveniremus exempla, nisi illis collibuisset vocalioribus uti formis, ἀμαλλοτόκεια, ἀριστοτόκεια, καρποτόκεια, πονοτοκέρεια, ἀριστολόχεια, ὠκυλόχεια, εὐρυόδεια, quod veteres pro εὐρυέδεια accipiunt assertore Simonide qui εὐρυεδῆ χθόνα dixit. Nostrae autem aetatis Grammatici his alia praefigunt masculina εὐρυόδειος, ὠκυλοχής etc. v. Diss. III. c. II. § 3. quorum neque auctorem proferre neque analogiam explicare possunt. Ac si ita esset, feminina ista ultimam longam haberent ut τελεία, βροτεία, quo de genere si quae alpha corripiunt, aut a propriis ducta aut ipsa propria sunt ut ἀριστολόχεια herbae nomen, quae vulgo ἀριστολοχία dicitur, ab Aristolocha quadam derivatum Schol. Nic. Th. 509.[6]) Ἀστυόχεια, Ἀγελόχεια, Κυμοπόλεια quod et Κυμοπόλη dici poterat ut ἠριπόλη, et ab alio genere nominum Ἀλεξάνδρεια, Δικαιάρχεια, feminarum vocabula, a tritoclitis primum adjectiva poetarum e fabrica ἀρτιέπεια, ἡδυμέλεια, ἠριγένεια, ἰστοτέλεια, κουροθάλεια, (id est κουροτρόφος), σχοινοτένεια, hisque assimilatum ἀριστονόεια v. ad Phryn. p. 538. et propria Πανάκεια [7]), Λα-

6) Fortasse nihil aliud est quam poetica ectasis ut Αἰθιόπεια pro Αἰθιοπία Quint. II. 32.

7) Hoc deae herbaeque nomen incertum est substantivumne sit, ut πανήγυρις, παντέλεια, an adjectivum. Substantive dixit Longinus c. 38, 4. λύσις καὶ πανάκεια. Suidas Πανάκεια θεραπεία καὶ ὄνομα θεᾶς. Ἀρτεμίσια utroque munere fungitur.

σθένεια, Καλλικράτεια, Ξενοπείθεια, Ἀγαθόκλεια, quibus diversum accentum habent possessiva ἡρακλεία ἄκανθα, ἀλεξανδρεία δάφνη, βερενίκεια θυγάτηρ, neque ullum certum et inexpugnabile proparoxytonesis exemplum praeter διομήδεια ἀνάγκη, quod et in Platonis libris melioribus sic scribitur Civ. V. 493. D.[8]) longe diversum ab ἡδυέπεια, quod Schneiderus h. l. apponit, ceterisque compositis, quorum ea est legitima tonosis[9]). His subdam, quae cum praesentibus thematicis copulata sunt, ἀνδροδάμη, θειοδάμη, χαλκοδάμη, quorum auctores alio loco nominavimus; ποδοῤῥώην Ἀταλάντην Callim. H. in Dian. 215. ὀρεσκώησι κολώναις Tzetz. Posth. 320. quod si eum ortum habet, quem Grammatici tradunt, antecedentibus adnumerari poterit. Eustathius p. 1822, 14. ἡ κωμῳδία κύνειραν ἤγουν τὴν τὸν κύνα εἰρύουσαν, πρὸς ὁμοιότητα τοῦ κυνόσουρα[10]). Comici nescio cujus inventum; quod genus scribendi ex illo quoque redolet μυριοχαύνη ἡ ἐπὶ μυρίοις χαυνουμένη, quod Galenus in Gloss. s. Μυοχάνη alicubi scriptum reperit; ποδοκτύπη a Luciano reprehensum et χαμαιτύπη in substantivorum naturam versa eoque sermoni vulgari propiora, quo et παντάρβη pertinet nomen gemmae Heliod. VIII. 11, 333. cui Lexicographi perperam tres adjectivi terminationis adscribunt; βουδάκη ἡ βούπρηστις Hesych. quod substantivi vices subiit sicut δίκελ-

8) Etym. M. 451, 50. exempli causa affert βασίλειος οἶκος, βασίλεια χείρ, βασίλειον οἴκημα. Feminini accentum Sylburgius corrigere non audet, quia idem alio loco Πολυδεύκεια χεὶρ καὶ Ἀγαμεμνόνεια proparoxytona esse dicit. Haec fortasse ficta sunt ad exemplum Euripidei ἑκτόρεια χείρ, cujus non certissima fides; illud ex Aesch. Pers. 581. ἰσχὺς βασίλεια, quod nunc sublatum est. Πίστιν ἔχων βασίλειαν ἐμῶν μενέων συνέριθον Append. Epigr. CCXCVIII. utrum substantivum sit an adjectivum nescio. Πολυδεύκεια κρήνη Paus. III. 20, 1. scribitur propriorum modo ut νῆσος Ἀχίλλεια Steph. et Διομήδεια Scymn. v. 432.

9) Plutarch. V. Anton. LXXI. τὴν ἔναλον δίαιταν, ἣν Τιμώνειαν ὠνόμαζεν, ἐξέλιπε, Strabo. XVII. 794. ἣν Τιμώνειον προσηγόρευσε. Praestat Τιμώνειον genere neutro.

10) Si nihil amplius approbare voluit nisi correptionem ultimae, addere poterat ἰοχέαιρα (bisyllaba paragoge auctum ut Νέαιρα, νείαιρα) κυανόπρῳειρα (ut κυδιάνειρα) de quo alibi diximus.

λα, ἀνάβαλλε ἡ σφαῖρα[11]) et ἀμφιδέα. Schol. Il. XXI. 528. Ἡσίοδος ἄφυζαν τὸν λέοντά φησι, fortasse ἄφυζον scripsit ut ἄβαζος ὁ μὴ βάζων Suid. Si tamen feminino usus est, retinuit formam simplicis φύζα, id quod multis usu venisse videmus aliis, ἀνειλείθυια, εὐρυάγυια, κυανόπεζα, λυσιέθειρα, πηξιθάλασσα, δίκραιρα, χειμάμυννα, μεσόγαια[12]), quae substantivorum, unde composita sunt, formam repraesentant integram.

§. 4.

Enumeratis adjectivis, quorum pars posterior a verbo ducta est, succedunt alia genera. Ac primum illud quod ex verbo et substantivo constat; cujus generis quatuor reperimus feminine terminata: στρεψαιγλαν ὁρμάν dithyrambicum illud Arist. Nubb. 335. χειρὶ μεναίχμα Paul. Sil. in Anth. VI. p. 81. quod nisi nominibus propriis Φιλαίχμη Parthen. XIV. 36. Κλεαίχμη Jamblich. V. P. 36. 534. accommodatum videretur, substantivum dicerem masculini generis cum feminino conjunctum ut μήτηρ πατροφόντης. Tertium ἀναρπάξανδρα Sphingis epitheton et ἐμάνδρα Medeae, quae Aeschylus et Dosiades finxerunt ad similitudinem propriorum Ἡγησάνδρα Ἀλεξάνδρα. Quartum εἰλεξιάειρ apud Hesiodum et Nicandrum Ther. 861. postremo prostibulorum cognomenta ἀνεξικώμη[13]), γεγωνοκώμη, et σποδησιλαύρα[14]). Ac si Lexicographis no-

---

11) Cram. Anecd. I, 60, 30. ubi παύταλλα editum. Ut δίκελλα, sic μάκελλα quoque et μακέλη ἡ μονόθεν κέλλουσα Eust. ut ὄρυξ μονορύχης Anth. Proinde syllaba prima cum ἁμάκις, ἅπαξ (semel) cognationem habere videtur sicut haec cum ἅμα (simul) et ἁμός (aliquis et unus) connexa sunt. Brevissimam vocabuli formam ostentant ἁπλοῦς et ἄβολος, quibus opposita sunt διπλοῦς et δίβολος.

12) Ἡ μεσόγαια τῆς ὁδοῦ Herodo. IX. 99. ut ἡ ἡμίσεια τῆς ὁδοῦ.

13) Hesychius Ἀνεξικώμη ἧς οὐκ ἀνέσχοιτο ὅλη κώμη. Vereor ne contrarium significetur πάρνη ἡ ὅλην κώμην ἀνέχουσα.

14) Σποδησιλαῦρα scribitur Eust. p. 1033, 64. retento accentu quamvis vitioso simplicis λαῦρα, et saepius μεσογαῖα. Pro Προθυραία Orph. H. I. quod bis versum fuit, quaeritur quid scribendum sit, num quod in Procuh H. in Hec. 2. et 14. legitur χαῖρ' Ἑκάτη Προθυραῖα μεγασθενὲς — et ἱστοκεραῖα Orph. Arg. 929. an proparoxytonum ut ἀντιπέραια.

stris ratio constaret ἀλφεσιβοίᾳ scribentibus, id quoque in numerum procederet; sed apud veteres appellativum hocce non minus quam proprium proparoxytonum est vel a fictitio ἀλφεσίβους propagatum ut εὔβους Εὔβοια, πολύβους Πολύβοια Cereris cognomen Hesych. vel ab ἀλφεσίβοιος, non ut ab αἰδοῖος αἰδοία, sed liberiore illo et desueto motionis genere, quod apparet in πουλυβόεια, quo Quintus usus est, brachycatalecto; sed genitivus γῆς Εὐβοΐας Soph. Thyest. VI. recte a paroxytono εὐβοεία repeti videtur. — Secundum ea dicam de adjectivis, quae ab adverbio orsa in nomen desinunt substantivum: ἀγχιάλη Πετάρηθος Hom. H. in Ap. 32. pro quo duo Pariss. ἀγχίαλος substituunt, idemque genus Falckenburgius Nonno XXXIX. 219. reddidit pro ἀγχιάλῃσι ut paullo post XL. 342. ἀγχιάλοισιν ἀρούραις, sed renititur ἀγχιάλη Ἐπίδαυρος in versibus Andromachi ap. Galen. Theo. I. 6, 42. T. XIV. quam formam Zenodotus Homero tribuit Il. II. 697. topicumque Ἀγχιάλη, quod idem Ἀγχίαλος dicitur. Neque in dubium vocantur εὐπλείῃ πόρῃ Od. XVII. 467. νηὸς εὐσσείρης ὀλίγα Apollon. I. 401. βοῶν εὐκραίρῃσι Hom. H. in Merc. 209. cui appositum est navium boumque epitheton homericum ὀρθοκραιράων. Sed quod Oppian. Cyn. IV. 158. cod. Paris. εὐκελάδεσσι praebet v. Jacobs ad Anth. Pal. p. 31. id mihi non satis videtur cur εὐκελάδῃσι scribatur. Nec multum confido Etym. M. Φίλυδρα (Cyrill. φίλυδρος) φιλοῦσα τὸ ὕδωρ, nisi illud Nymphae cujusdam fuit nomen proprium. Sed κοίτῃ χαμεύνῃ in Nicaeneti Ep. III. Append. N. 34. a suspicione remotum, neque sollicitandum δαὶς πανθοίνη Babriae ap. Suid. s. h. v. et Πολυμήλη πολυθρέμματος γῆ apud eundem. Παλιμποίνῃσι δίκῃσι Maxim. v. 17. et ὑψικόμῃσιν εἰδομένη ἐλάτῃσι Quint. V. 119. si mendum abest, fortasse homoeoteleuti gratia ascita sunt; sed Oppianum Hal. I. 771. sine ulla probabili ratione δίνῃσι παλιμπνοίῃσι scripsisse, quod Schneiderus intulit Sylburgii conjecturam sequens, minime veri simile. Nec

quod quia saepius legitur, pro norma esse potest. His exemplis veri simile fit, poetas deorum epithetis Προμύλαια θεός Poll. VII. 180, Phot. et Παλλὰς προναία brevem, si ex usu esset, ultimam reddere potuisse.

minus; suppiciosum ἀγλείωη θάλασσα Nicand. Al. 171. pro ἀγλεωνής. Satis vero obvallata sunt ἀβρότη νύξ Il. XIV. 78, quae alibi ἄβροτος dicitur, σταγὼν ἀμβρότη Timothei Athen. XI. 465. C. ἀμβρότη χέρσος Pind. Dith. Fr. III. 20. N. 46, 576. et ab aliis praepositionibus loquelaribus ἀβληχρή Il. V. 337. Diod. III. 50. (cod. βλήχρη) ἀριζήλη Hom. quod idem ἀρίζηλος dicit, ut χαμαιζήλη Hippocr. de Articc. p. 156. T. III. repetitum a Galeno T. XVIII. P. I. 398. δαφοινή Oppian. Cyn. III. 440. ζαθέα, quo Euripides quinquies more homerico usus est; ἠγαθέη item homericum, quod Grammatici quidem ἀγαν θεία interpretantur. Ad ultimum referam ea, quae ex duobus constant nominibus vel ejusdem generis vel diversi. In hoc rarum est ut substantivum praecedat, adjectivum sequatur: ποδάργη ut nonnulli scribebant Il. XVI. 150. πατροφίλη Anth. Pal. II. n. 221. Ἀριάδνης παιδὸς πατροφίλης Theophil. ad Autol. II. 7, 352. frequentior contrarius ordo, quem testantur homerica πρωθήβη et ὀρθοκραίρη, λεοντοχόρταν βούβαλιν Aesch. Fr. CCCXV. N. 304. Dind.[15]) in quo Hermannus non offendit Opusc. T. III. 63. πολυκρότη Anacr. Fr. VII, quod cum οἰνομάχλη similibusque personarum contemtarum epithetis conferendum videtur, μεσόδμη adjectivorum ordinem egressum, cujus nativa forma μεσόδομος utitur Schol. Arist. Rann. 573. Alterum genus aut ex duobus substantivis constat, βορβορόπη scorti convicium Hipponacteum, χρυσομίτρη Dianae epitheton Oppian. Cyn. II. 2. χρυσοκόμη herbae nomen substantivum Aristot. de Plant. II. 7; Diosc. Eup. I. 2, 95. ἀνδρολήμη ἀνδρὸς ἔχουσα λῆμμα Hesych.[16]). Sed θευμόρῳ ὀπί Pind. Nem. VII. 122. ex

---

15) Si quis hoc ex duobus substantivis, πατροφίλη cum verbo compositum dicere mavult, nihil me interpono, sed hic significationem sequor.

16) Excepto hoc, quod addubitari potest, nullum succurrit a nomine tertiae declinationis compositum praeter proprium Βούρινα v. Interpp. ad Theocr. VII. 6. Hanc enim scripturam praefero vulgatae Βούριννα, probata Eustathii etymologia Βώκαρος ποταμὸς ὡς ἂν εἴποι τις βουκέφαλος, καθὰ καὶ πηγή τις παρὰ Θεοκρίτῳ Βούρινα, βοὸς ῥινὶ παρονομαζομένη. Galenus Gloss. p. 436. ἀντίῤῥινα πόα τις, ἣν καὶ βουκράνιον καλοῦσι. Dioscorides: ἀντίῤῥινον — καρπὸν φέρει μόσχου ῥισὶν ὅμοιον. Simile

confesso mendosum est, modicula, quam adhibent (ἀμέρα) anceps[17]), neque καλλικαδίτης, quod Lexicographi dubitanter afferunt, adjectivum est sed proprium. Aut ex eodem adjectivis, λευκοσιδωπέλη Corinnae Hephaest. XVI. 106. πολυξένη bis a Pindaro Nem. III. 3. Fragm. 87. semel metri causa usurpatum. Apud Tragicos ut mea memoria est, hujusmodi nihil legitur ideoque improbanda Porsoni correctio Aesch. Choeph. 656. φιλοξένη. Ad ultimum rejeci solitarium illud εἰναλίδιναι Arat. 918. cui quae Buttmannus apponit, dissimilia sunt aut vitiosa.

§. 5.

Sed jam poetarum ditionem egressi sermo solutus ex hoc genere quid delibaverit cognoscamus. In universum igitur ita statuendum est, adjectiva, quae in ιος terminantur, ab alpha privativo composita, utro genere ponantur, liberum esse; sed alia tamen ad femininam positionem proniora videmus, alia minus; nec raro dissentire libros manuscriptos. Velut in Aeschinis loco p. 49, 17. (368, 157) quo usus sum ad Phryn., pro ἀνοσίαν Bekkerus ex uno non admodum luculento codice ἀνόσιον edidit, quo probato nullum apud Atticos scriptores femininae formae exemplum relinquitur, ne apud poetas quidem praeter unum ἀνοσίαις in cantico Euripidis Troad. 1315. ter quaterque masculino usi, sed plurima apud exteros Dio Cass. LII. 15, 671. Heliod. I, 11, 17. Artemid. V, 58, 419. Procop. Arc. VII. 23. C. Agath. IV. 23, 133. B. omniumque certissimum epitheton Ἀφροδίτης ἀνοσίας Athen. XIII. 589.

---

nomen fontis Βουκραῖς ἀπὸ τοῦ κέρατος τοῦ βοός Etym. M. In Philetae versu Fr. VII, 55. δάσατο δ' ἐγ προχοῇσι σελαμπέτροιο Βυρίννης, certa est Heinsii correctio μελαμπέτροιο, (σελασπέτροιο a Bachio receptum a norma loquendi abhorret) sed incertum utrum νάσσατο scribendum sic ap δέξατο. Cum Theocriti verbis Βούρειαν ὅς ἐκ ποδὸς ἄνυε κράναν conferre juvat Schol. Lyc. 835. Ἑρμῆς ἐλάκτισε γῆν καὶ ἀνέδωκεν ὕδωρ ὅθεν ὁ τόπος Ἑρμοῦ πτέρνα καλεῖται.

17) Apud Hesychium Λευκαὶ φρένες, ἥμεραι, non opus erat ἥμεραι corrigi, siquidem ἡμέρα συκῆ s. Ἀνηρίνδοτος (Phot. s. Ἐρινάζειν) et μαλάχη ἡμέρα s. Πλακοῦς legitur.

D. Heliod. Phot. p. 578, 6. Nempe ἀνεστία apud Atticos reperi praeter Aesch. Choeph. 873; ἀνανδρία vero non solum Sophocles et Euripides Oed. C. 1446. El. 189. Heracl. 526. sed etiam Plato Euthyd. 304. E. Menex. 242. C. Legg. XII. 948. E. ubi nullus tot codicum discrepat, Aeschin. Fals. 36, 15. (325, 63.) Demosth. Fals. 388, 2. Aristot. Rhet. II. 9, p. 1386, 2. Appian. Civ. IV. 38. Dionys. Antt. III, 21. Dio Chr. XII. 402. Xenoph. Eph. V. 10, 106. Jambl. de Myst. V. 4, 120. J. Lyd. de Mens. III. 39. p. 50. Gregor. Naz. Ep. ad Nicob. CLV. 871. Ἀναρσία, δυσαμερία (Σφίγξ) et δυσαθλία Tragicorum sunt propria.

Ab adjectivis in *ειος* composita indagavimus *ἀνεπιτήδεια* Geopp. V. 26, 3. XVIII. 19, 2. *ἀνοικεία* Artemid. III. 66, 301. Epiphan. c. Haer. L. I. T. II. p. 216. Accusativum *ἀχρεί-αν* in Eur. Heracl. 50. Matthiae cum duobus Florr. in masculinum vertit, quo ducit veterum Edd. accentus *ἀχρεῖαν*, idemque Urbinas praebet in Theophr. H. Pl. IV. 8. (9.) 3. ceterum legitur illud in Insc. Boeot. N. 1570. a. Synes. de Regn. p. 8. D. Galen. de Hipp. et Plat. IX. 8, 269. T. V. Paul. Aeg. VII. 3, 239. nec refert a substantivo repetatur an ab adjectivo. Suspiciosum *Εὐέρεια ἡ καλὸν ἔριον ἔχουσα* Anecd. Cram. II. 304. quo loco de substantivis in *εια* proparoxytonis agitur, itaque interpretatio ad primitivum *εὔερος* pertinere videtur. Omnium vero frequentissimum est *ἀνομοία* Hipp. de Flat. p. 585. T. I. Aristoph. Ach. 1144. Isocr. Panath. 279, 255. idemque praebent codd. aliquot Plat. Phileb. p. 13. E. praetereaque Aristot. de Part. Anim. II. 1. p. 646, 17. H. Ann. II. 12, 4. Plutarch. V. Cim. II. 479. Philostr. V. Soph. II. 13, 563. Liban. Decl. T. IV. 132. etc. Rejectanea vero sunt *ταῖς πυοποιαῖς* Oribas. L. XLIV, 3, 84. ed. Bussem. et *μονόχροιαι* Xenocr. de Aquat. XXVIII. p. 15. pro quo vel *μονόχροοι*, ut Coraes, scribendum vel *μονάχροιοι*, cui simile *εὔχροιος* apud Hippocratem legitur v. Dissert. III. c. III. §. 10. et femininum *ἀχροίῃ τουτέοισι ἡ χροίῃ γίγνεται* Diaet. III. 717. T. I. nisi id potius substantivum est. *Ἀθῴα* Phil. de Legg. Specc. II. 786. B. — Puris proximum *ἀνελευθέρα* in Anonymi loco, quem Suidas profert s. *Ἀρε-*

λινόθεϱος, hoc uno testimonio parum confirmatum, et quae semivocalem in exitu habent, ἀκαιϱίμη Aeschyli vel alius poetae v. Dindorf. ad Athen. V. 217. quod hunc in locum differendum putavi; ἀδήλη in locis ad Phrynich. p. 106. congestis; τὰν ἄνισαν Aresas Stob. Ecl. I. 52. n. 23. p. 852. αἱ ἄνισαι Nicom. Theol. VI. 39. p. 39. τῆς ἀνίσης ψυχῆς Reiskius edidit Liban. Decl. p. 274. T. IV. pro ἀνείσης, neglecta codicis scriptura ἀνθρωπείας, quae dittographiam significat ανινης id est ἀνθρωπίνης, idque illo loco convenientissimum; pro Φοίβη ἀπειϱοτέχνη apud J. Lydum ἀπειϱολεχής scribendum esse ostendi in Aglaoph. p. 225. Τὴν ἀλύπην ἐϱημίαν Theophyl. Sim. Hist. IV. 13, 119. B. ἀμιστϱήταις ὀδύναις Alex. Trall. I. 11, 36. δύσπιστοι Hermes Trism. de Herb. p. 327. a Roethero editus una cum Joh. Lydo, nisi quid operae peccarunt. Haec igitur si ad communem usum exigimus tanquam ad obrussam, vitiosa judicentur necesse est; neque consentaneum videtur Graecorum aliquem decies ἡ ἄνισος, semel, si forte, ἡ ἀνίση scripsisse, sed multo veri similius est, praeter quae librarii hallucinati sunt, editores ipsos ad hos minutos literarum apices hoc minus attentos fuisse, quo minor fuit apud philologos superioris aetatis accentuum cura. Sed eadem tamen si exemplorum in unum congruentium copia aut librorum spectatae fidei auctoritas tueretur, exterminare vereremur, quia Graeci in universum hujus inaequalitatis absolvi non possunt, terminos autem liciti illicitique ignoramus.

§. 6.

Hac parte absoluta restant adjectiva praeverbiis subjuncta, quorum duo sunt genera, unum cum adjectivo copulatum, alterum cum substantivo. Illuc pertinent primum pura: ἐμπλείη non solum apud Homerum et Theocr. XXV. 208. sed etiam in quotidiano sermone; ἐπιπλέη Herodo. VI. 139. ἔμπλεαι Hipp. de Locc. in Hom. p. 116. et p. 152. T. II. πεϱίπλεαι de Nat. mul. p. 546. πόλεις διάπλεαι Plut. V. Timol. XI. 129. ubi duo codd. masculinum διάπλεῳ suppeditant. Pro ἐπετείῃσι θυσίῃσι Herodo. VI. 105. unus Flor. ἐπετείοισι

Cyr. I. 8, 2. Lucian. Alex. §. 3. p. 65. T. V. sed idem decompositum est προσθετὴ κόμη Schol. Plut. 271. Suid. s. Φενάκη et παραθετὴ κόμη, Etym. 269, 32. Suid. s. Διαπηνικίσαι, genusque neutrum προκόμιον περίθετον Athen. XII. 523. A quo clarissime apparet oxytona et proparoxytona poni promiscue, nulloque inter se discrimine nisi generis; nam illa trium sunt generum, haec dubium exceptis propriis eorumque affinibus. Si vero moventur, id fit licentia quadam poeticae simili, nec satis excitata est συνθέτη οὐσία Aristot. Metaph. IV. 24. p. 1023, 2. de Anim. II. 1. p. 412, 16. quo utroque loco in Vatic. σύνθετος ut nobis est, scribitur; συνθέτη φύσις Procl. in Tim. II. 104. καὶ περιθέτας κόμας Polyb. III. 78, 2. διαστάτη οὐσία J. Lyd. de Mens. IV. 52, 99. ἀπόληπτος καὶ ἀφετὴ δύναμις Procl. in Theol. IV. 5, 187. ἀμπεχόνη ἀνέτη, quod duo codd. Maxim. Tyr. XX. 1. 379. pro ἄνετος offerunt, sed sententiae causa in ἀφελής mutandum est. Haec igitur omnia eodem loco haberi oportet, quo ἐπαλοίπη, διαδήλη, et quae jam veteres apposuerunt ἀρειμάνη, δουρικτήτη, quae nisi poetico jure defenduntur, enormia sunt nec procul a vitio. Etenim communis Graecorum consuetudo sequitur Etymologi M. 643, 9. praeceptum parasynthetis tria genera assignantis, duo synthetis: ἡ σύνθετος Diod. III. 27. ἡ ἐπίθετος Plut. V. Cleom. c. XI. ἡ ἀντίθετος Heliod. V. 16, 195. ἡ μετάθετος Polyb. XV. 6, 8.[23]) quorum omnium non unum illud exemplum in promtu habeo, quod speciminis loco apposui, sed plurima; similiterque ἡ ἀνάστατος plus centies legitur, ἡ διάστατος[24]), ἡ πρόδοτος, ἡ

---

23) Hoc loco μετάθετος ἡ τύχη mutabilem significat ut Stob. Ecl. I. 43, 706. T. II. πᾶν τὸ ἐπὶ γῆς μετάθετον, et ἔνθετον quod inseri potest Theogn. v. 435. Illic tamen τὸ μετάθετον corrigunt.

24) Διάστατον Sext. c. Geom. III. 28, 315. c. Phys. I. 623. τριχῆ διάστατον P. Hyp. II, 5, 74. sed τριχῆ διαστατὸν III. 5, 138. c. Math. I. 3, 219. Porphyr. V. Pyth. 47, 80. Stob. Ecl. I, 15, 350, T. I. Aristid. de Mus. III. 132. Jambl. in Nicom. Arithm. p. 82. Anecd. Bekk. 845, 11. Simplic. in Ench. 38, 364. Οὐχ ὑπόστατον cui resisti nequit Eur. Antig. XVIII. (XVII. 64. Matth.) et Dexipp. Exc. Legg. p. 9. C. sed οὐχ ὑποστατὸν Eur. Suppl. 737. et quod consistere nequit οὐχ ὑπόστατον

pleonasmum; ταῖς κάταξήραις Theophr. Caus. VI. 18, 3. cui Schneiderus recte masculinam terminationem reddidisse videtur. Neque ferendum ταῖς καθύγραις Dioscor. Mat. I. 155, 140. Τὰς διαθήλας Aristot. H. An. IX. 7. p. 613, 1. a Bekkero servatum, etsi τὰς διαθήλους legitur de An. II. 9. p. 421, 14. sed huic persimile ἐπαλλήλη multorum judicio damnatum est, etsi non paucis circumseptum exemplis: ταῖς ἐν κύκλῳ τεθείσαις ἐπαλλήλαις Diod. III. 35. θυρίδας ἐπαλλήλας ἔχοντες Dio Cass. LXXIV. 10. p. 1251, 72. ἐπαλλήλαις ταῖς ναυσὶν ἐρέττειν Aelian. H. Am. XV. 5. τὰς ἐπαλλήλας πλευρὰς καὶ τὰς παραλλήλας Anecd. p. 786. αἱ κατάλληλαι φαντασίαι M. Antonin. VII. 2. ταῖς καταλλήλαις ἐμβροχαῖς Galen. de Comp. p. Locc. II. 523. T. XII. ἐγκλεισθήσονται παραλλήλαις Xenoph. Hell. V. 2, 19. παραλλήλαις λέξεσι Schol. Arist. Vesp. 708. εἶναι λίμνας παραλλήλας Plut. de S. N. V. p. 274. (p. 104. Wytt.) συνάψεις αὐτὰς προσαλλήλας Ezech. XXXVII. 17. multisque aliis locis, quos Critici modo dirimenda a nomine praepositione quadrant, modo unius literae mutatione ad masculinum reducunt v. Jacobs. ad Aelian. p. 508. Coraes ad Isocr. p. 23. et p. 177. et Interpp. ad Plat. Legg. XII. 947. D. ad Dionys. Ant. V. 2. neque credibile est nomen tritissimum atque masculinae terminationi ita affixum, ut Latini quoque haud aliter quam lineas paralleles appellent, nonnunquam feminine declinatum esse. Sed προςεικέλη Herodo. II. 12, per omnes libros disseminatum; ἡ συνόλη Plato Polit. 299. A. Nicom. Isag. H. 14, 53. p. 126. Themist. Or. XXVI. 327. B. ubi cod. Mediol. simplex subministrat, quod nemo spreverit, sed compositum quoque, si ita dicitur ut σύμπασα, comprobari potest similiterque alia sic copulata, ut praepositio adjectivi simplicis significationem non immutet sed tantummodo imminuat aut intendat ut ὑπερύθρη Hipp. ap. Galen. Comm. Progn. II. 27, 150. T. XVIII. P. II. quod tamen apud Hippocratem ipsum T. I. 101. hodie non legitur; ὑποφαύλη Hipp. de Fract. VII. 77. T. III. quod et sejungi potest ὑπό τι φαύλη ut ὑπό τι ἀσεβής, et contraria ὑπερκάλη Poll. III. 71. ὑπερθέρμη Geopp.

VI. 8, 1. τρισοϊζύρη Archiloch. Fr. LXXVIII. τριτάλαινα, δυςτάλαινα, παντάλαινα, Tragicis familiaria, παμποικίλη Plat. Tim. p. 84. B. Galen. de Dogm. Hipp. IX. 2, 667. T. V. παγκάλη Plat. Hipp. M. 288. D. quod si perfecte compositum esset, παγκαλλής diceretur ut ἀκαλλής.

Eorum, quae mutam in exitu habent, certissima sunt ἀμφιβρότη, quod ab Homero accepit Nicander Al. 216. et παναιθαῖς κορύθεσσι Il. XIV. 372. quod plerique hoc modo scripserunt ut ab αἰθός, opinor, compositum, Euphranor vero, sicut nunc legitur, παναίθαις[19]. Nec dubitatur, ἀναμέστη Eupol. ap. Schol. Ar. Pac. 790. Sed πανάρκέτη νόσος Aesch. Choeph. 67. ob alias causas in controversiam venit; neque satis fidei habent ἐπημοιβαῖς προβολῇσι Oppian. Hal. V. 135. ταῖς ἐπιλοίπῃσι Hipp. Epid. II. 4, 456. T. III. quo in vocabulo saepius aberrarunt librarii v. Adn. ad Thucyd. VII. 7. et 22. etc. Pro τὴν περιλοίπην, quod Schneiderus in quodam Dionis scholio reponebat, Schaeferus ad Greg. 495. περιλειπομένην corrigi vult; vulgato propius est περιλειπῆ ut ἐλλειπής Alyp. Introd. Mus. p. 11. Arist. Quint. de Mus. III. 124. Diod. XVIII. 22. Dionys. Antt. VIII. 88, 1727. Aret. de Cur. Diut. I. 2, 297. Paul. Aeg. VI. 40, 189. aliosque aequalium v. Wyttenbach. ad Plut. de Discr. Adul. T. I. 421. saepius fortasse a librariis invectum. Nulla vero excusatione egent Musicorum et Grammaticorum vocabula technica παρανήτη, παραμέση, παρυπάτη, ὑπερμέση, παρεσχάτη Phryn. App. 54, 2. Suid. s. Θεριῶ etc. quae simplicium terminationem retinent, ut protinus appareat chordas et syllabas significari, non quasvis alias res quae primo, medio, extremo proximae sunt. Ab his omnibus sejunctum planeque singulare est ἀμφιέλισσα, cujus simplex non extat, non illud ab ἀμφιέ-

19) Oxytonesis ratio incomperta est; similiter composita proparoxytona sunt. Sed et pro altera tonosi mira afferuntur exempla: τὰ εἰς η̄ δισύλλαβα ὀξυνόμενα (ut αἰθή) τότε μὲν φυλάσσει τόνον ὅτε μετὰ προθέσεως συντίθεται, τότε δὲ ἀναβιβάζει ὅτε οὐ μετὰ προθέσεως, ἐπιτομή, ἀνοχή, συνοχή: ἱστοδόκη δὲ καὶ καπνοδόκη, λαπύστη, οἰνοχόη, quae vera sunt sed a proposito aliena.

λιφάος declinatum v. Wernick. ad Tryph. 667. sed a verbo, ut veteres volunt, vel potius ab ἀμφιέλιξ, ut εὐρυάνασσα. —

Hinc uno gressu ad eam speciem pervenimus, quae ex praepositione et substantivo conflata est: ἀντιθέη et ἀμφιλύκη, utrumque ab Homero ad posteriores transmissum, ἥβη ἐγγαία metro sancitum Aesch. Pers. 922. αὖραι ἀπόγεαι Theophr. de Vent. XXIV. 766. XXV. 767. et saepius in hoc libro, semel ταῖς ἀπογείαις LIII. 778. ἡ ἀπόγεια absolute Aristot. Probl. XXVI. αἱ ἀπόγεαι ib. c. XL. quod ἀπογεῖαι scribi poterat accentu substantivi ut αἱ ἀσιογεῖαι Schol. Il. XXI. 321. αἱ προσταξεῖαι v. Dissert. V. §. 5. Sed Ἐνύλαις ὑλωταῖς Hesych. ἐφημέραις Stob. Serm. CIII. 562. 8. ὑποδιφθέραις Strab. IV. 196. ἀμφιπρύμναις Suid. pro quo in Menandri Byz. loco, quem exerpsit, ἀμφιπρύμνοις legitur, nullius momenti sunt; neque ferendum σύνευνα, quod Lexicographi ex Meleagr. Ep. LXXXIX. Anth. Pal. V. n. 195. receperunt αἱ τρισσαὶ χάριτες τρισσὸν στεφάνωμα σύνευνα Ζηνοφίλα. Sed ibi verbum desideratur vel ἐπένευσαν, quod Jacobsius proposuit p. 96. vel vulgati similius συνήνουν, sicut αἰνεῖν τινί τι, κατανεύειν et ἐπαινεῖν significat addicere. Mutuum vero sibi invicem auxilium praebent πρόκροσσαι νῆες apud Homerum et Herodo. VII. 188. et συνδέσεις προκρόσσας Theophr. de Sens. 79. 680. quibus fortasse viam fecerunt adjectiva similiter cadentia ἔπισσαι, μέτασσαι, περισσή (Ἄμφισσα). Attamen idem ab eodem Herodoto masculine effertur πρόκροσσοι, cujus inaequalitatis causae aut fortuitae sunt aut rationis adhuc incompertae.

§. 7.

Quod reliquum est sermonis, consumetur in adjectivis verbalibus cum praepositione conjugatis, quae propter motionis et accentus diversitatem prae ceteris diligenti contemplatione digna sunt. Exordium hinc capessam. Arcadius p. 102. βαρύνεται τὰ παρώνυμα ἀμφίρυτος ἀμφιρύτη, δορύκτητος δορυκτήτη, ἀμφίλυκος ἀμφιλύκη. Schol. Il. IX. 343. δουρικτήτη ὡς ἀριγνώτη, ἵνα τοῦ δουρίκτητος παρώνυμον ᾖ· οὕτως γὰρ φιλεῖ σχηματίζειν ὁ ποιητής, ἀμφιρύτη, περι-

ξέστῃ. Posterius hodie aliter scribitur Od. XII. 79. πέτρη — περιξεστῇ εἰκυῖα, sed contra Grammaticorum sententiam, a quibus pendet Eustathius: κρεῖττον βαρυτόνως γράφειν ὡς ἀσβέστῃ· τὸ γὰρ περισπᾶν ἔχει τι ἀντιλογίας; quod quale sit ex sequentibus intelligetur. Ἀμφιρύτη quater ab Homero in penthemimeri incisione positum posteriores poetae eodem loco retinuerunt νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ etc. Apollon. I. 1305. Simonid. Anth. Pal. VII. n. 510. ignotus poeta in Lucian. Contempl. §. 14; 51. T. III. Dionys. Perieg. 452. Epigr. Adesp. CCCLXXX. neque Matthiae Animadv. ad H. in Ap. 251. afferre debebat tanquam contrarium Apoll. IV. 425. Δίῃ ἐν ἀμφιρύτῳ, nam hoc Brunckius intulit pro αἰγιαλῷ. Sed in alia versus parte Oppianus Hal. III. 209. ἀμφιρύτην Ἐλεοῦσαν, Archestratus Athen. VII. 307. D. Αἰγίνης δὲ ἀμφιρύτης ἀγόραζε, qui masculino uti poterat[20]), quo Sophocles usus est in anapaestis τῆς ἀμφιρύτου Σαλαμῖνος et Hesiodus ἀμφιῤῥύτῳ εἰν Ἐρυθείῃ, Pindarusque Isthm. I. 9. ἐν Κέῳ ἀμφιρύτῳ, quo loco codd. complures ἀμφιρύτᾳ suggerunt Boeckhio probatum ut suavius. Ἀπόῤῥυτος Hes. Opp. 593, metro concinnando necessarium erat sed Alcman. Fr. XXXIII. et Aeschylus Eum. 77. (in dialogo) sine ullo versus emolumento περιῤῥύτη dixerunt, quod etiam poetae lyrico ap. Dion. Chr. XXXIII. 29. restituendum videtur pro περιῤῥόου (cf. Hermann. ad Hec. 1234.) Aeschylus modo περικλύστα Pers. 596. modo περίκλυστος v. 879. quod cod. Mosq. in Hom. H. in Ap. 181. praebet pro περικλύστη. Pollux II. 103. κατάπτυστον, ἀπόπτυστον, Ἀνακρέων δὲ καὶ καταπτύστην εἴρηκε[21]). Poetis igitur optio data est eligendi quod velint nec solum metri gratia, sed etiam ob alias causas minus comprehensibiles adjectivis proparoxytonis, quae natura sunt generis communis, nunc masculinam assignant positionem, nunc

---

20) Πολυστεφάνου Ἀφροδίτης et similis senariorum exitus non ignoti sunt.

21) Huic quod Bergkius apponit p. 236. πολυκρότη minus aptum est neque huic recte comparatur εὐέθειρα p. 209. ac ne illud quidem plane exploratum, καταπτύστην accusativum feminini esse.

femininum, eodemque intellecto oxytonis quoque utuntur, quorum propria est motio, ἐπιγναμπτὰς ἕλικας Hom. H. in Ven. 87. περικλειτὰ Βερενίκα Theocr. XVII. 34. περιπλεκτῆς ἐς φιλότητας Anth. Pal. IX. n. 434. Atque horum adjectivorum mobilium usus scriptoribus quoque numero solutis concessus est, sed proparoxytona non movent nisi forte diastolae causa; Eustathius p. 1967, 24. Ἀφέτη μὲν ἡ νῆσος, ἀφεταὶ δὲ ὀξυτόνως ἀπολύσεις, eoque accentu plerumque nomen loci notatur Herodot. VII. 193. VIII. 42. Apollon. I. 591. Diod. XI. 12. Strab. IX. 436. Plut. V. Themist. c. VII.[22]) Paus. III. 12, 1. Apollod. I. 9, 19. Suid. nisi quod in Herodoti loco secundo cod. Arch. et Diodori Edd. veteres oxytonon praebent, quo pacto apud Stephanum s. v. et in Argum. in Dem. c. Aristocr. 619, 11. scribitur. Aliudque nomen topicum non compositum Ἀνεαί — διὰ τὸ εὔοδον καὶ Τέρπνην Πρασιῶνα, contrario autem topici simile καὶ Ἀτοθέας Plut. V. Lyc. XVI. Propria igitur locorum non minus quam feminarum nomina plerumque pro syntheticis valent sed mobilibus eoque accentum accipiunt a parasyntheticis diversum. Propriis autem proxima sunt substantiva ex adjectivis conversa pariterque accentus inconstantia; linea piscatoria et ea quam mathematici usurpant, κάθετος vocatur et latine cathetus, sed et καθετή v. Jacobs. ad Anth. Pal. p. 379. soliumque balnei ἐμβάτη Hippocr. de Int. Off. p. 524. T. II. sed saepius tamen ἐμβατή Galen. Eup. II. 29, 456. Diosc. Eup. II. 56, 269. Phot. s. Πύελος Schol. Arist. Equ. 1069. ἐπιβατή ὀπλίτου ὁ τρίποδας Schol. Arist. Av. 435. pro quo poeta ipse ἐπιστάτης dixit; ἐνετή apud Homerum et plerosque Grammaticorum, sed ἐνέτη Callim. Fr. CXIX. et Hesych. ἡ περιθέτη Athen. X. 415. A. Polyaen. IV. 6, 13. Poll. X. 170. Addito vero, quod cum illo tacite comprehenditur, substantivo propria adjectivi forma redit: περίθετος κόμη Aelian. V. H. I. 26. Dio Cass. LXI. 9. LXXIX. 13. Poll. II. 35. Etym. M. 790, 19. κεφαλὴ περίθετος Arist. Thesm. 258. et κόμη πρόσθετος Xenoph.

22) Hic masculinus additus est articulus, ceteris locis aut femininus aut nullus.

Cyr. I. 8, 2. Lucian. Alex. §. 3. p. 65. T. VI. sed idem decompositum est προςθετὴ κόμη Schol. Plut. 271. Suid. s. Φενάκη et περιθετὴ κόμη, Etym. 269, 32. Suid. s. Διαπηγνυισαι, genusque neutrum πρόκομον· περιθετόν Athen. XII. 523. Ex quo clarissime apparet oxytona et proparoxytona poni promiscue, nulloque inter se discrimine nisi generis; nam illa trium sunt generum, haec duorum exceptis propriis eorumque affinibus. Si vero moventur, id fit licentia quadam poeticae simili, nec satis excusata ἡ συνθέτη οὐσία Aristot. Metaph. IV. 24. p. 1023, 2. de Anim. II. 1. p. 412, 16. quo utroque loco in Vatic. σύνθετος, ut mos est, scribitur; συνθέτη φύσις Procl. in Tim. II. 104. τὰς περιθέτας κόμας Polyb. III. 78, 2. διαστάτη οὐσία J. Lyd. de Mens. IV. 52, 99. ἀπόλεκτος καὶ ἀφαιρετὴ δύναμις Procl. in Theol. IV. 5, 187. [illegible] ἀρετή, quod duo codd. Maxim. Tyr. XX. 1. 279. pro ἄνετος offerunt, sed sententiae causa in ἀφετής mutandum est. Haec igitur omnia eodem loco haberi oportet, quo ἐπαλοίπη, διαδήλη, et quae jam veteres apposuerunt ἀγε-[illegible], quae nisi poetico jure defenduntur, enormia sunt nec procul a vitio. Etenim communis Graecorum consuetudo sequitur Etymologi M. 643, 9. praeceptum parasynthetis tria genera assignantis, duo synthetis: ἡ σύνθετος Diod. III. 27. ἡ ἐπίθετος Plut. V. Cleom. c. XI. ἡ ἀντίθετος Heliod. V. 16, 195. ἡ μετάθετος Polyb. XV. 6, 8.[23]) quorum omnium non unum illud exemplum in promtu habeo, quod speciminis loco apposui, sed plurima; similiterque ἡ ἀνάστατος plus centies legitur, ἡ διάστατος[24]), οἱ πρόδοτοι, ἡ

---

23) Hoc loco μετάθετος ἡ τύχη mutabilem significat ut Stob. Ecl. I. 43, 706. T. II. πᾶν τὸ ἐπὶ γῆς μετάθετον, et ἔνθετον *quod inseri potest* Theogn. v. 435. Illic tamen τὸ μετάθετον corrigunt.

24) Διάστατον Sext. c. Geom. III. 28, 315. c. Phys. I. 623. τριχῆ διάστατον P. Hyp. II. 5, 74. sed τριχῆ διαστατόν III. 5, 138. c. Math. I. 3, 219. Porphyr. V. Pyth. 47, 80. Stob. Ecl. I, 15, 350. T. I, Aristid. de Mus. III. 132. Jambl. in Nicom. Arithm. p. 82. Anecd. Bekk. 845, 11. Simplic. in Ench. 38, 364. Οὐχ ὑπόστατον *cui resisti nequit* Eur. Antig. XVIII. (XVII. 64. Matth.) et Dexipp. Excc. Legg. p. 9. C. sed οὐχ ὑποστατόν Eur. Suppl. 737. et *quod consistere nequit* οὐχ ὑπόστατον

ἔκδοτος, ἡ [illegible] μὴ [illegible] γένοιτο ἡ Πλάταια Thucyd. III. 52. quod Scholiastes interpretatur ἐνδόσιμος significatione potentiali, quam indicat oxytonesis. Plat. Men. 93. B. οὐ παραδοτὸν, τοῦτο ἀνθρώπῳ οὐδὲ παραληπτὸν ἄλλῳ παρ' ἄλλου. Τρωὴ ἡ [illegible] Theophyl. Sim. V. 12, 135. A. etc. Neque inusitata sunt oxytona, quae sunt feminina legitime in ἡ terminantur, [illegible] Athen. IV. 171. E. συνθετὴ ἐγγυθήκη Lys. Fragm. XLII. 15. et φωνή Aristot. Poet. XX. 1456, 35. ubi cod. Mara. σύνθετος ut olim vulgabatur, et p. 1457, 14. προσθετὴ καὶ ἐπιτεχνητὴ [illegible] Lucian. de Salt. §. 27, 140. πτέρυγες προσθεταί Xenoph. de re eq. XII. 6. διαστατή Nicomach. Isag. L. II. 29. §. 76. p. 158. Simplic. in Ausc. p. 50. b. [illegible] Apollon. de Pron. p. 144. παραδοτή continuabilia Diog. La. IV. §. 12. Sed ut poëtae haec feminina interdum masculine appellant ἡ ἀνεκτός etc. idem sibi juris sed multo parcius arrogant scriptores numerorum vinculis exemti hisque similes Comici; Theopompus Athen. XI. 485. F. περιστατὸν [illegible] [illegible], ubi Dindorfius proparoxytonon scripsit, quo Isocrates utitur, sed passivo intellectu [illegible] Antid. 406, 269. [illegible] φορά Agath. Hist. V. 7, 150. D. quod ad [illegible] aequiparandum est, aliaque simplicia, quibus posthac sum usurus. Verum hinc novi ducitur sermonis exordium, quem ubi explicuero, clarum fore arbitror, quanta caligine haec sit circumfusa regio.

§. 8.

In utroque Homeri carmine viginti quinque reperiuntur verbalia praepositionibus connexa. Sed de hac summa primum detraham πρόσφατος, quia a verbi significatione longius recessit, tum ἐκετή et πρόβατον, quia substantivorum locum

---

dicitur proparoxytonôs Sext. c. Gramm. I. 12, 273. vel σύστατον I. 3, 228. Procl. in Tim. III. 158. τὰ νοσήματα μετάστατα γίγνονται Hipp. de Morb. sacr. 590. T. I. id est μεθίσταται, ut μετάπεμπτον γενέσθαι Plut. de Def. Oracc. XVII. 327. Dionys. Antt. I. 47. μεταδίωκτος γενόμενος Herodo. III. 63. [illegible] γίγνονται Isocr. Antid. 406, 269.

hist. I. §. 8. p. 225. Zosimus II. 22, 11. *χωρίον ἐμβατόν* Dionys. Antt. I. 79, 202. Polyb. XXXIV. 5, 2. Dio Cass. LXXV. 6. *τεῖχος ἐπιβατόν* Plut. V. Mar. XVIII. 310. et cum aliis nominibus Herodo. IV. 62, 2. Plat. Tim. 24. E. Themist. XXII. 213. B. Plut. V. Dem. XV. 278. T. V. Aelian. H. Ann. V. 7. *στόμα οὐκ εἰςβατόν* IX. 17. *στόμιον ἐςβατόν* Philostr. V. Ap. VIII. 19, 362. *κράτος οὐ παραβατόν* Soph. Ant. 874. qui omnes significarunt *τὸ βάσιμον* sive *προςβάσιμον* quo utitur Priscus Rhet. Exco. Legg. p. 42. D. Haec autem tanta scripturae consensio quem non in eam sententiam adducat ut repugnantia damnet et rejiciat? Velut *Διὸς οὐ πάρβατός ἐστι φρήν* Aesch. Suppl. 1048. ubi codd. et edd. summopere variant *πάραβατα, παραβάτας, παραβάτά.* Item *χώρα ἐμβατός* Diod. I. 57. p. 171. *ἐπίβατόν ἐστιν ἐπὶ τὰς* — *transiri potest* Plat. Tim. 24. E. *ἐχώρει κατὰ τὰ ἐπίβατον* Dionys. Antt. VIII. 67, 1668. *λόφος ἐπίβατος* Appian. Mithr. c. XXVI. 678. ubi Stephanus *ἐπιβατός* scripsit, *ἐπίβατόν ποιεῖν τὴν οἰκίαν* Lucian. Epist. Sat. §. 39. p. 44. T. IX. et *ποταμὸς διάβατος* scriptum in Ed. Pr. et cod. A. Appian. Civ. II. 58. Sed ad declarandam librariorum inconstantiam nihil magis appositum quam adjectivum *ὑπερβατόν*, tum illud quod proprie ita dicitur ut Thuc. III. 25, 5. *ᾗ ὑπερβατὸν ἦν τὸ τείχισμα,* tum magis alterum, quod verborum significat transgressionem vel etiam ab argumento digressionem Schol. Thuc. I. 21, 1. Id enim plerumque oxytonum est (quo accentu distinguitur a proprio *Ὑπέρβατος* Polyb. XXVI. 1.) primum ap. Plat. Protag. p. 343. E. deinde Apollon. de Pron. p. 51. Longin. XXII. 1. Phot. Cod. LXXI. 52. Theo Prog. IV. 188. T. I. Hermog. de Meth. XIV. 418. T. III. Gregor. de Meth. XIV. 1242. T. VII. Alexand. de Fig. XXIV. 481. T. VIII. Phoebamm. de Fig. IV. 501. Tryph. XI. 743. Schol. Apoll. I. 445. Schol. Pind. Ol. I. 68. Schol. Arist. Eccl. 105. Acharn. 1106. Schol. Thuc. IV. 9, 4. VII. 31, 5. Schol. Il. I. 41. III. 449. XI. 421. etc. unde adverbium pendet *ὑπερβατῶς* Aristot. Rhet. ad Alex. XXXI. 1438. Strab. VIII. 342. a. et 370. fin. alioque intellectu *ὑπερβατῶς δημιουργεῖται* Hippocr. de Art. p. 20. T. I. id est leviter negligenterque, eodemque congruit mobilitas ge-

sive πάλιν ἐξαιρέτας id est ἐξῃρημένη Herodn. II. 93. Xen. de rep. Lac. XV. 3. etc. γῆ ἀφαίρετος id est ἀφῃρημένη Paus. IX. 7. 4. Verum minus recte bona, quae eripi possunt, dicuntur ἀφαίρετα καὶ οὐκ ἴδια Epict. Diss. III. 24, 3. nam cum hac significatione conjuncta esse solet oxytonesis ἀπὸ μόνου ἀφαιρετοί Plat. Polit. p. 303. E. φλοιὸς οὐκ ἀφαιρετός Theophr. Hist. Pl. VII. 2, 6. οὐκ ἀφαιρετὸν οὐδὲ ἀπόβλητον οὐδὲ ἐλετὸν[25] οὐδὲ ληιστόν Maxim. Tyr. XIII. 343. sq. ἀφαιρετὸν ἔσται τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς demi poterit Herc. Spirit. p. 212. ἀφαιρετὸν ἡ βακτηρία Aristot. de Mot. Animal. c. VIII. ac pariter προαιρετόν, quod veteres Aristotelis interpretes *eligibile* reddunt, τὸ πρὸ ἑτέρου αἱρετόν. Hisque tot exemplis vix opponi potest Dionys. Antt. V. 53. ὁ τῆς πατρίδος πόθος ἀναγκαῖος ἅπασι καὶ οὐκ ἐξαίρετος, inextinguibilis, et si quid simile obvenit. His autem perspectis facile conveniet quid pretii statuendum sit regulae ab Etym. M. p. 346, 25. Anecd. Cram. I. 135. propositae: Ἐξαίρετος προπαροξύνεται, ἐπειδὴ καὶ διὰ τοῦ τος ὑπὲρ δύο συλλαβὰς προπαροξύνεσθαι θέλουσιν, ἀριθμητός, ἀμαιμάκετος, χωρὶς εἰ μὴ ἀπὸ ῥημάτων συντεθείη διὰ τὸ ἐπιμένειν σύστημα τὸ ἀσύνθετον· in quibus duplex inest error. Primum scribi oportet ὑπὲρ τρεῖς συλλαβάς· nam super duas syllabas sunt multa oxytona, ἀρκετός, ἐλετός, μενετός etc. Deinde ἀπὸ ῥητῶν pro ἀπὸ ῥημάτων, nam ἀριθμητός quoque a verbo compositum. Ergo sententia haec est, ἐξαίρετος sequi exemplum polysyllaborum similiter cadentium, ἀπεύχε-

---

25) Hoc a praesente ductum ut μενετός sed authypotacto. Alia protulit vergens Graeciae aetas, κεραννυτέον Maxim. Tyr. V. 4, 71. παραδεικνυτέον Alex. Aphr. in Anal. Pr. p. 116. a. ἀποθανητέον Orig. c. Cels. VIII. 791. C. et ἀποθάνετέον (fere ut μενετέον) quod Bekkerus edidit Aristot. Nicom. III. 1110, 23. ubi codd. ἀποθανατέον, Edd. veteres ἀποθνητέον praebent; ἀναδραμητέον Procl. in Tim. I. 32. quod propter enallagen vocalis aoristo propriam conferri potest cum τραπητέον Lucian. Rhet. Praec. §. 8. 227. T. VII. quanquam differt quod illius simile perfectum extat, hujus praesens τραπέω sed alia significatione, unde τραπητός, trapetum. Postremo huc pertinet ὑπελθετέον Strab. XIII. 622. pro quo ὑπελευστέον dici poterat.

τος, πολυεύχετος, ἐλάμπετος, ἀμάχετος, ἀπεύχετος, ἀχύχετος, πεδάρσετος etc. quorum nullum ἀπὸ ῥητοῦ compositum est. Si quis vero interroget cur ἐξαίρετος his assimilatum sit, ἐπαινετός non sit, tametsi αἱρετός non minus frequentetur quam αἰνετός, respondendum erit, totum illud praeceptum rebus dissimillimis fundatum esse, ut sunt multae Herodiani formulae, vocabulorum similitudines externas fortuitasque consectantis; quod nobis quoque saepe faciendum est proprias et intestinas cujusque generis notas ignorantibus, sed hoc loco opus non erat, quia ἐπαινετός significat laudabilem, ut ἐξαιρετός exemtilem, ἐξαίρετος vero exemtum.

§. 9.

Huic regulae accommodata sunt homericorum vocabulorum sex: παραρρητός exorabilis, de quo Schol. Il. IX. 522. παραρρητοί ὡς παραμυθητοί καὶ κηλητοί· κατ' ὀξεῖαν τάσιν, quo accentu etiam synonyma notantur παραιτητοί et παρηγορητοί Eust. p. 760, 58. Tum ἀμβατός quo escendi potest, καταιβατή id est βάσιμος, δι' ἧς κατάβασίς ἐστιν, Schol. Od. XIII. 110. καταθνητός mortalis et duo ejusdem stirpis vocabula ἀνσχετός atque ἀνεκτός tolerabilis. Horum prius tamen ἄνσχετον scribitur in Schol. Mediol. ad Od. II. 63. sed oxytonum est in Edd. Basil. Ern. Wolf. ut apud Thuc. II. 21. Dionys. Antt. I. 65. Plut. An seni resp. XXI. 128. T. XII. etc. raro codicum dissidio, ut Aristoph. Pl. 899. editiones nonnullae Portum sequutae proparoxytonum exhibent, sed refelluntur quatuor aliis ejusdem poetae exemplis et plurimis Tragicorum, quorum unum discrepat Hipp. 354. sed et hoc loco in Florr. ἀνάσχετον scribitur; et saepe apud Herodotum, cui Schweighaeuserus grammaticum agens VII. 163. ἡ ἀνάσχετος substituit e Flor. et duobus Pariss., nam aut sic scribendum esse aut ἡ ἀνασχετή. Ac legitur hoc ap. Max. Tyr. XIII. 7, 245. itemque Eur. Andr. 599. cod. Havn. τὰς ἀνασχετάς praebet, sed et ἡ ἀνασχετός recte et eleganter dici infra apparebit. De altero haec relata habemus Schol. Il. XI. 610: ὀξύνεται τὸ ἀνεκτός, προείρηται δέ, et ad Il. VIII. 355. ἀνεκτῶς Ἀρίσταρχος περισπᾷ· λέλεκται δ' ἡμῖν περὶ τῆς προς-

ῥᾳδίας ὑπόντε διελάβομεν περὶ τοῦ ἔργα οὐκέτι ἀνεκτά I. 573. ubi adnotatio excidit, neque compensatur damnum ab Eustathio p. 157, 1. Ἄνεκτος κύριον, ἀνεκτός δὲ ὁ φορητός, nam haec est de diastole propriorum praeceptio singularis. Sicut enim simplicia Ἄρατος, Κλεῖτος etc. distinguuntur ab epithetis ἀρατός, κλειτός, v. Lehrs. de Arist. p. 291. idem fieri videmus in compositis: Σύνετος et Συνέτη Probl. Arithm. XVII. 11. Ἐπαίνετος Diod. XIX. 79. Athen. VII. 294. D. Paul. Ep. ad Rom. XVI. 5. ut Ἐξαίνετος Aelian. V. H. II. 8. sed ἐπαινετός, pro quo Mangeius Phil. de Legg. Specc. p. 338. T. II. male ἐπαίνετος edidit. Aliud mutati accentus exemplum praebet Arcadius p. 81, 8. Ἄνετος — ἀνετός δὲ τὸ ἐπίθετον, sed hunc scripsisse puto Αἴνετος — αἰνετός. Nam ἄνετος et ἄφετος, quae conjungit Etym. M. 144, 43. vulgo pro paroxytona esse et generis communis vel ex illis apparet exemplis, quae Wyttenbachius collegit ad Plut. de Educ. p. 135. T. I. similiterque πάρετος scribitur Aret. Sign. Acut. I. 5, 6. Sign. Diut. II. 3, 138. Sosip. Epigr. II. etc. rectiusque τῶν ἐνέτων Paul. Aeg. VII. 12, 274. quam ἐνετόν paullo ante et Appian. Civ. I. 22, 33. Hesych. Eustathii autem distinctionem propterea negavi causae nostrae prodesse, quod hinc tantummodo cognoscimus, quomodo propria scribenda sint nomina, non item quomodo epitheta, quae si ipsa gravantur, ne illa quidem habent quo distingui possint; nam Ἀντίδοτος Athen. p. 240. B. Διάκριτος Thuc. II. 12, 1. Ἔκκριτος VII. 19. Ἔκφαντος Demosth. 475, 20. Ἐπίκτητος etc. homotona sunt adjectivis. Ἀνεκτός vero ut ad Homerum redeam, omnibus locis accentum habet eum, quem praescribunt ab Aristarcho Grammatici. Cujus rei causam illos, qui ἀνεκτός scribi jusserunt, a proprietate significationis repetivisse suspicor. Nam praeter ἀμφίθετος, quod pluribus verbis explicant ἡ ἔχουσα ἢ δυναμένη ἐπὶ τὸ στόμα τίθεσθαι καὶ ἐπὶ τὸν πυθμένα, nullum est apud Homerum adjectivum potentiale quin ultimam erigat. Neque tamen hoc reciprocum est; nam παραῤῥητὰ ἔπη significant τὰ πρὸς παρηγορίαν εἰρημένα et σθένος οὐκ ἐπιεικτόν recte interpretari videntur τὸ μηδενὶ εἶκον vel ᾧ οὐκ ἄν τις εἴξοι. Atque non est dubium, quin συμφραστὴ ἀρετή

significet τὴν συνεστηγμένην. Verum hujus anomaliae caussas postea conabor reddere. Nunc autem, quod de oxytonesi potentialium dixi, exemplis confirmabo pluribus, praecipue feminini generis, quo simul pateseat oxytonesin et motionem communes habere radices.

§. 10.

Literarum ordinem sequenti primum occurrunt quae a verbis αἰνέω et αἱρέω derivata sunt; ἡ ἐπαινετή Aristot. Nicom. I. 13. p. 1144, 26. Plat. Definn. p. 412. D. Sext. c. Rhet. p. 308. Galen. de Sanit. tuend. VI. 2. 387. T. VI. Cui oppositum ἐπιμωμητή Hesiod. Opp. 13. Eustathius p. 564, 15. propter pleonasmum praepositionis accentum simplicis retinere putat ut ἐπιμήνις, ἐπιβουκόλος, Proculus vero οὐχ ἁπλῶς, inquit, μωμητή ἀλλὰ μετ' ἐπιτάσεως ὡς ἐπιτεταμένη (scr. ἐπιτεταμένως) οὖσα ψεκτή, neque opus est illa excusatione, quoniam significat *vituperabilis*, ut καταθνητή H. in Ap. 181. *mortalis*, ἐπιφρικτή Nic. Ther. 157. *horribilis*. Alterum est ἡ διαιρετή, cujus auctores paullo ante produxi. Ἀνεκτή Dionys. Antt. V. 44. Herodian. VI. 5. Dial. Herm. de Astrol. II. 8, 40. ed. Bloch. Orig. c. Cels. V. 600. E. ut καθεκτή Plut. V. Sull. IX. Philostr. V. Soph. II. 4, 1. p. 568. Liban. Decl. T. II. 228. et μεθεκτή Procl. in Theol. III. 1. 124. etc. eamque feminini speciem legitimam esse declarat diple apposita ad Il. X. 118. ὅτι ἀνεκτός ἡ χρειώ, οὐκ ἀνεκτή cf. Etym. M. 103, 20. Sed eodem modo non solum Simonides Amorg. de Mul. v. 32. sed et Thucydides VII. 87. ubi unus Mosq. ad vulgare ἀνεκτή retrahitur, alterum modo atticum perhibetur ab Eustathio p. 865, 57. modo ionicum p. 793, 1. ubi huic aequiparat κλυτὸς Ἱπποδάμεια, γυνὴ μεμπτός (Soph. Trach. 446.) νόσος ἐπακτός (ib. 491.) μοῖρα διαιρετός ib. 162.[26]) quo loco in Harl. et Flor. legitur διαιρετή, sed utri-

26) Simplicium duo affert Matthiae p. 307. δακρυτός et πτερωτός, nec plura reperiri putat oblitus quae apud eosdem Tragicos leguntur, ἡ αἰτητός, ἀροτός, δωρητός, ἰαλτός, πλαγκτός. Pro διώρυξ νῆσοι περητός Herodo. I. 193. nunc e codd. editum νηυσιπέρητος ut ναυσιφόρητος, sed, quod impendio mirum, a ptosi compositum, non ut ναυσίκλυτος.

que praestat tralaticia scriptura διαίρετος. divisa. Ceterum neque Ionicae neque ullius dialecti angustiis haec coercetur licentia; ἡ ἀλωτός Philostr. V. Ap. II. 10, 58. Galen. Comm. III. in Epid. I. 70, 725. T. XVII. P. I. Dial. Herm. I. 13. p. 48. ἡ μικτός Dionys. de vi Demosth. XLI. 1082. pro quo Sylburgius μικτή edidit, ἡ ζωστός Athen. XII. 538. D. ἡ θετός Aristot. Anal. Post. I. 27, 539. ἡ φορητός Lucian. de Salt. §. 27. Philostr. V. Apoll. VIII. 7, 15. p. 350. Liban. Decl. p. 433. T. IV. atque id genus alia, licita quidem sed tamen a recta et communi ratione aliquantisper aversa. Nec simplicia solum hoc egrediuntur sed copulata quoque: πεπερὶς οὐκ ἐφικτός Philostr. V. Ap. III. 4, 97. γραμμὴ διαιρετός Simplic. in Phys. VI. 218. b. πᾶσα γῆ ἐσβατὸς τῇ ἡμετέρᾳ τόλμῃ Thuc. II. 41, 5. [27]) quae repetens Libanius Decl. IV. 334. femininum ἐμβατήν supponit; ἐμβατὸς ὡς Νεμέα τελέθοι Anth. Plan. 95, 652. ἐμβατὸν τὴν γῆν ἀπέφηναν πᾶσι Aristid. VII. 43. πόλις οὐκ ἐπιβατὸς γυναιξί Philostr. Herr. XIX. 749. νῆσος διαβατός Herodo. IV. 195. ubi Schweighaeuserus parum considerate aut διάβατος scribi jubet aut διαβατή, quorum illud a significatione hujus formae propria abhorret, hoc regulae quidem consentaneum est. Aristid. Or. XVI. 238, 15. ut ἐπιβατή Dio Cass. XLIV. 42. Plut. Comp. Arist. c. Cim. II. 431. Suid. s. Περσπέζια, et homericum θύραι καταιβαταί, hoc est, ut Scholiastes ait, βάσιμοι, sed idcirco non oportet praeferri communi ἡ διαβατός. Significatio his omnibus locis ea est, quam oxytonesi proprie attribuimus; eandemque prae se ferunt masculina et neutra: Ἀναβατόν scansile Gloss. Graecolat. ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη Od. XI. 316. οὐκ ἀμβατὸς οὐρανός Pind. P. X. 42. πάντα Φιλίππῳ ἀμβατά Anth. Pal. IX. 518. ἀνάβατον ποιῆσαι τὸν οὐρανόν Schol. Hermog. p. 160. T. IV. Paul. Sil. Amb. v. 118. ποταμὸς διαβατός Herodo. I. 75, 6. Thucyd. II. 5. Plat. Legg. X. 892. E. Arrian. Alex. VII. 7, 7. Appian. Mithr. XVII. 664. (διμβάσιον Ed. Pr.) Lucian. Ver.

27) Poppo in Comm. ad h. l. paucula affert ex diversis generibus mixta exempla rei, quae in transcursu tractari recusat.

hist. I. §. 8. p. 285. Zosimus II. 22. ἀλλὰ χωρίον ἐμβατόν Dionys. Antt. I. 79. 202. Polyb. XXXIV. 5, 2. Dio Cass. LXXV. 6. τεῖχος ἐπιβατόν Plut. V. Mar. XVIII. 310. et cum aliis nominibus Herodo. IV. 62, 2. Plat. Tim. 24. E. Themist. XXII. 213. B. Plut. V. Dem. XV. 278. T. V. Aelian. H. Ann. V. 7. στόμα οὐκ εἰςβατόν IX. 17. στόμιον ἐςβατόν Philostr. V. Ap. VIII. 19. 362. κράτος οὐ παραβατόν Soph. Ant. 874. qui omnes significarunt τὸ βάσιμον sive προςβάσιμον quo utitur Priscus Rhet. Exce. Legg. p. 42. D. Haec autem tanta scripturae consensio quem non in eam sententiam adducat ut repugnantia damnet et rejiciat? Velut Διὸς οὐ πάρβατός ἐστι φρήν Aesch. Suppl. 1048. ubi codd. et edd. summopere variant πάραβατα, παραβάτας, παραβατά. Item χώρα ἔμβατος Diod. I. 57. p. 171. ἐπίβατόν ἐστιν ἐπὶ τὰς — transiri potest Plat. Tim. 24. E. ἐχώρει κατὰ τὸ ἐπίβατον Dionys. Antt. VIII. 67, 1668. λόφος ἐπίβατος Appian. Mithr. c. XXVI. 678. ubi Stephanus ἐπιβατός scripsit, ἐπίβατόν ποιεῖν τὴν οἰκίαν Lucian. Epist. Sat. §. 39. p. 44. T. IX. et ποταμὸς διάβατος scriptum in Ed. Pr. et cod. A. Appian. Civ. II. 58. Sed ad declarandam librariorum inconstantiam nihil magis appositum quam adjectivum ὑπερβατόν, tum illud quod proprie ita dicitur ut Thuc. III. 25, 5. ᾗ ὑπερβατὸν ἦν τὸ τείχισμα, tum magis alterum, quod verborum significat transgressionem vel etiam ab argumento digressionem Schol. Thuc. I. 21, 1. Id enim plerumque oxytonum est (quo accentu distinguitur a proprio Ὑπέρβατος Polyb. XXVI. 1.) primum ap. Plat. Protag. p. 343. E. deinde Apollon. de Pron. p. 51. Longin. XXII. 1. Phot. Cod. LXXI. 52. Theo Prog. IV. 188. T. I. Hermog. de Meth. XIV. 418. T. III. Gregor. de Meth. XIV. 1242. T. VII. Alexand. de Fig. XXIV. 481. T. VIII. Phoebamm. de Fig. IV. 501. Tryph. XI. 743. Schol. Apoll. I. 445. Schol. Pind. Ol. I. 68. Schol. Arist. Eccl. 105. Acharn. 1106. Schol. Thuc. IV. 9, 4. VII. 31, 5. Schol. Il. I. 41. III. 440. XI. 421. etc. unde adverbium pendet ὑπερβατῶς Aristot. Rhet. ad Alex. XXXI. 1438. Strab. VIII. 342. a. et 370. fin. alioque intellectu ὑπερβατῶς δημιουργεῖται Hippocr. de Art. p. 20. T. I. id est leviter negligenterque; eodemque congruit mobilitas ge-

neris συνθέσεις ὑπερβατή Aristot. l. c. XXVI. 1435, 6. quam licito neglexit Dionysius de Thuc. LII. 943. T. VI. τὰς ὑπερβατοὺς νοήσεις. Verum in eodem libro editum est δι' ὑπερβάτου c. XXXI. 891. ut ap. Strab. X. 489. fin. ἐν ὑπερβάτῳ Schol. Soph. Oed. T. 334. καθ' ὑπέρβατον Orig. Dial. de ver. in deum fid. II. 832. D. Anon. Schol. in Herm. III. 1, 741. ἀπέρβατον Donat. III. 6, 34. T. I. Lindem. Schol. Lyc. 530. Schol. Pind. P. I. 84. Gregor. de dial. ion. 50, 449. ubi duo codd. oxytonum praeferunt, nec dubium mihi quin illis quoque locis, si aditus ad veteres pateret libros, verioris scripturae vestigia videremus. Apud Homerum duo hujus stirpis adjectiva leguntur, semel καταβατή de quo diximus, alterum his sed diversis accentibus; Il. VI. 434. ἔνθα μάλιστα ἄμβατός ἐστι πόλις, id est ἐυεπίβατος sive ἀνάβασιν ἔχουσα, et Od. X. 315. ἵνα οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη, hoc ex regula, illud contra sed comprobatum, ut dicitur, Aristarcho; οὕτως Ἀρίσταρχος ἄμβατος. Καλλίστρατος διὰ τοῦ η ἀμβάτη. Quis vero his accentiunculis multum tribuet? Ille fortasse ἀμβατός scripsit ut χρειὼ ἀνεκτός, hic ἀμβατή ut καταβατή. Ex eo, quod Grammaticus in Anecd. Cram. T. I. 57. πόλις ἄμβατος cum ὀλοώτατος ὀδμή contendit, dilucidum est hunc certe ἀμβατός legisse; nam syntheton ἡ ἄμβατος, quod proprie adscensam significat, tam ordinarium est quam ἡ ἀνάστατος, ἡ ἄνετος, ἡ ἄφετος[28]), a quibus facile discernuntur potentialia συνετός, *intelligibilis*, significatione activa et passiva, cujus feminina est forma συνετή Max. Tyr. XLI. 5, 288. Julian. Or. III. 194. Niceph. Greg. VIII. 7, 198. et ἐφετόν *appetibile* Plut. de Fac. Lun. c. XXX. 96. Simplic. in Ench. VII. 79. XXXIV. 282. Joh. Philop. in Anal. Pr. p. 63. b. Procl. in Alcib. I. 153. Schol. Theocr. X. 11. aliisque locis ab Hasio appositis ad Leon. Diac. p. 447. Sed pergam ad alia verba. Thucyd. V. 27. 3. οὐκ ἔτι μετακινητή εἴη ἡ ὁμολογία Schol. δυνατὴ κινηθῆναι Plat. Phaedon. p. 80. B.

---

28) Etym. M. 474, 18. τὰ ὀξύτονα δισύλλαβα ἐν τῇ συνθέσει προπαροξύνεται Ἄμβατός ἐστι πόλις, χωρὶς εἰ μὴ παρασύνθετά εἰσι διὰ τὸ διαμετρητῷ χώρῳ.

τῷ θνητῷ καὶ πολυειδεῖ καὶ διαλυτῷ id est dissolubili, quo loco tamen in uno Aug. διαλύτῳ scriptum, sed illud confirmat Stob. Ecl. I. 43, 702. πᾶν σῶμα μεταβλητόν, οὐ πᾶν σῶμα διαλυτόν. et Jamblich. in Nicom. p. 33. A. διαλυτὴ ὕλη Stob. l. c. 296. διαλυτὰς κλίμακας Plut. V. Arat. c. VI. Similiter ὕλη ἀλλοιωτὴ καὶ μεταβλητή Plut. de Placc. I. 9, 374. φύσις παθητὴ καὶ μεταβλητή de Procr. An. I. 288. Orig. c. Cels. VI. 690. C. Procl. in Tim. III. 153. Συμβλητά sc. δυνάμενα γνωσθῆναι Suid. οὐ συμβλητά quae conjectura reperiri nequeunt Aelian. H. An. VI. 60. συμβλητά comparabilia Theophr. Caus. Pl. VI. 3, 4. Aristot. Nicom. V. 8. p. 1133, 19. cum feminino ἀσυμβλήτη Polit. III. 13. p. 1284, 6. Lucian. Halc. §. 4, 132. Simplic. in Phys. Ausc. VII. 251. b. quibus repugnat σύμβλητα Theocr. V. 92. Illi convenit synonymum παραβλητός Galen. de Facult. Nat. III. 7, 163. T. II. Plut. Gryll. VI. 218. Comp. Agid. c. Gracch. V. 255. V. Paul. Aegin. p. VII. quod Schaeferus T. IV. p. 411. proparoxytonos scribi vult, Stephanum, ut ait, sequutus; sed id probari posset, si objectum significaret ut πρόβλητος, ἔκβλητος, ἀμφίβλητος, περίβλητος. Συγγνωστόν venia dignum omnibus fere locis oxytonum est, Sophocl. Creus. Fr. II. Philo de Carit. 708. D. de Legg. Spec. II. 796. A. Paul. IV. 12, 4. Lucian. de Gymn. 34, 195. T. VII. Arrian. de Ven. 17, 209. Philostr. V. Soph. I. 8, 3. p. 491. Galen. de Plat. et Hipp. V. 7, 490. Arrian. Al. VI. 14, 2. Heliod. VI. 7, 235. Anth. Pal. VII. n. 213. ut et διαγνωστός Galen. de Us. Puls. VII. 459. T. VIII. de diagn. puls. IV. 2, 923. 3, 940. sed proparoxytonum Plut. Dion. XXXVI, 293. Lucian. de Salt. §. 5, 121. T. V. Aristoph. Thesm. 418. terque apud Euripidem Hec. 1107. El. 1033. et Med. 490. sed postremo loco codd. plerique ἀσυγγνωστόν praebent, quod sex aliis ejusdem poëtae locis sine ulla librorum discrepantia legitur; femininum ἡ σύγγνωστος Maxim. Tyr. IV. 3, 51. pugnat cum συγγνωστοί Schol. Soph. Trach. 729. Addam quartum; Empedocles v. 330. οὐδ' ἐπιδερκτὰ τάδ' ἀνδράσι οὐδ' ἐπακουστὰ, οὐδὲ νόῳ περιληπτά, cujus hic admodum fixus est accentus; οὐδὲ λόγῳ περιληπτόν Anth. Pal. I. n. 102. δόξῃ περίληπτα Plat. Tim. 28. B. eodemque

intellectu Strab. IX. 516. Plut. V. Cam. XLIII. impetrabile κατεργαστόν Thuc. III. 11, 2. Epict. Diss. IV, 4, 13. Procl. in Alcib. p. 247. Philostr. Her. X. 4, 711. sicut ὑποληπτόν opinabile Aristot. Anal. Pr. I. 39. p. 49, 7. Simplic. in Euch. I. 1. 31. cui significationi conveniens est motio λόγῳ καταληπτή Aristid. de Mus. II. 79. Nicom. Ger. Harm. II. 79. Galen. de Opt. Sect. X. 131. T. I. Euseb. Praep. VI. 325. D. ἀντιληπτική Porphyr. in I. Harm. Ptol. c. III. 242. παραληπτική Plut. de Stoic. Repugn. IX. 344. T. XIII. Haec igitur omnia si quis in unum contulerit summamque confecerit, haud dubitanter in hanc discedet sententiam, oxytonesin potentialium et Grammaticorum auctoritate et communi consuetudine propemodum sancitam esse. Attamen haud dissimulandum est hanc aliquando nutasse et cujusdam inter Grammaticos auctores dissensionis indicia gliscere.

§. 11.

Scholiastes ad Arist. Ran. 1235. ubi agitur de Euripidis versu Διόνυσος ὃς θύρσοισι καὶ νεβρῶν δοραῖς καθαπτὸς — χορεύει haec adnotavit: Τιμαχίδας ὡς τεχνικὸς, καθεσμένος (scr. καθημμένος)· τὸ δὲ ἑτέρως λεγόμενον δηλοῖ τὸ οἷον καθάπτεσθαι. Sed de priore discrepat Hesychius Κάθαπτος τῷ τόνῳ ὡς μόναρχος· λέγει δὲ τὸν καθειμένον (sic) ταῖς δοραῖς. Haec non solum sibi invicem sed etiam superioribus vehementer repugnant, neque reconciliatio ulla nisi Timachidae sententiam in contrarium vertimus Καθαπτοὺς ὡς ἐνάψαντας. Consuetudinis vero inconstantiam ipsa arguunt Homeri carmina. Ἀπόβλητον quidem duplicem facit intellectum, οὐ γάρ ἀπόβλητον ἔπος ἔσσεται, si significat ἀποβληθήσεται, accentum suum et proprium habet, ut ἔκβλητον, πρόβλητον, si pro ἀποβολῆς ἄξιον positum est ut altero loco οὔ τοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα, alienum. Item ἀμφήριστον et huic affinia ἀμφιδήριτον, περιδήριτον, περιμάχητον, proprie rem concertatam et litigiosam significant, περιμαχητή Schol. Od. VI. 159. disputabilem, sed harum notionum termini tam indiscreti sunt, ut multis locis inter se misceri possint. Quis enim, si ita loquor, προσχωροῦντες

αὐτοῦ ἡ φωνὴ ἐξάκουστος[29] ἐγένετο vel ἀκατάκουστος, divinare licet quid intelligi velim, exaudita est an exaudiri potuit? Nimirum ut simplicia utramque comprehendunt significationem, ἀγαπητόν, θαυμαστόν, διδακτόν, ζητητόν, ῥητόν, φευκτόν; eodem modo composita quae sunt, ἀμφίλεκτον, ἀντίλεκτον, ἀπέραστον, ἐπίληπτον, ἐπίτρεπτον, μεταγέλαστον; neque alia ratio latini sermonis, desideratus, optatus, excusatus, exsecratus, inculpatus, invictus, inexhaustus etc. quibus nonnunquam adjectivorum in ilis exeuntium defectus suppletur. Itaque etiam homericum ἀμφίθετος φιάλη explicari potest, quod proportione sequenti ἀμφιθετή dicendum erat. Verum multo saepius fit, ut quae potentialia non sunt, accentum potentialium accipiant, ut homericum ἐπιεικτόν, si enim intellectum habet, quem οὐκ ἐπιεικτόν Oppian. Hal. I. 525. νούσοις δέμας οὐκ ἐπιεικτόν Gregor. Naz. Carm. 50. p. 116. D.[30] quam ad rationem illud quoque revocari potest θύραι καταιβαταί, per quas descenditur. Et certissime ἀρετὴ συμφερτή Il. XIII. 237. declarat eam, quae a diversis in unum quasi corpus confertur, ut συμφερτὴ ἠχώ Nonn. V. 387. θάλασσα XLI. 298. πορεία Par. IV. 143. συμφερταὶ λεβάδες Dion. XLVII. 88. et masculinum συμφερτός Nili in Anth. Plan. n. 247. Quanquam fuit de illo vocabulo nonnulla Criticorum dubitatio; nam Zenodotus et Aristophanes σύμφερτος scripserunt. Qui si hoc accentu de industria usi sunt, non video quid rationis habuerint, quum nullum alterum extet adjectivum hujus significationis oxytonum idemque femininum in ος terminatum; σύμφερτος si scripsere, id convenit tribus illis, quae apud poetam leguntur femininis, περίῤῥυτος, ἐπήρατος, ἐξήλατος. In Etym. M. p. 476, 30.

29) Sic plerumque scribitur ἡ ἐξάκουστος Diod. XX. 67. Plut. V. Phoc. XIX. Sext. Hyp. I. 14, 28. et cetera genera Xenoph. Eph. I. 10, 19. Aristid. de Mus. I. p. 43. Heliod. IX. 4, 352. Theophyl. Hist. III. 1, 62. C. Eust. 989, 3. ut synonymum ἐπάϊστος, sed Arrian. Alex. II. 22, 4. οὐκ ἐξακουστὸν ἦν, exaudiri non poterat.

30) In Lucian. de Astrol. §. 15, 222. T. V. οὐκ ἐπιεικτὰ διζήμενος discerni potest ab ἐοικότα.

ἀφερτή. Il. ἀφερτὴ [illegible] καὶ φέρων γίγνεται φερτός, φερτή καὶ ἀφερτή, clarum est eandem rem agi sed accentus constitutio anceps. Si vero de Homero res parum explorata videtur, posteriorum scripta magnam oxytonorum copiam suppeditant, quae a potentiali significatione longe sejuncta sunt: ἀμφίλεκτα ἀφθιτα Cramer Anecd. p. 3. ἀπιστός Herodo. et Soph., ἀπαρακίνητον Eur. Bacch. 1220. Aelian. H. An. XII 7. ὑπερφρονητὴ ἀρχή Aristot. Rhet. ad Alex. III. p. 1424, 2. ἀπεφυλικτόν Themist. XV. 83. ἀπαρακτόν Emped. 123. ἐπισκευαστὰ ἀθανατά Plat. Polit. 270. A. Themist. Or. XXXII. 355. D. Procl. in Tim. II. 79. III. 127. Euseb. Pr. Ev. XI. 500. E. Sed ἀπαρασκευαστόν Plat. Prot. 319. B. καθυπνωτικός Eur. Or. 1358. παρακαλυπτός Thuc. I. 13. Dio Cass. XXXIX. 8. et ἐγκαλυπτός Xenoph. προσευφραντός Aesch. Prom. 141. προσφθεγκτός Soph. Phil. 1067. quod Lexicographi nostri ipsique adeo Ellendtius proparoxytonos scribunt; ἀνεπαγγελτόν ὕδωρ Platon. Legg. VIII. 845. E. συγκαλυπτόν Aesch. Pr. 496. συγκοπτὸν λάχανον Athen. IX. 378. A. nec tamen sine aliqua librorum discrepantia 31). [illegible] ἀποκοπτά v. Reisk. ad Const. Porph. p. 468. et 687. vulgoque συγκαμπτός ἀρτός et συγκομιστὰ ἄλευρα v. ad Hesych. quae opponuntur τοῖς καθαροῖς Galen. ad Thrasyb. XLIII. 889. T. V. de Facult. Alim. I. 2, 483. T. VII. quo tamen utroque loco proparoxytonon est, sed ῥητίνη συγκαμιστή de Comp. p. Gen. III. 4. 626. T. XIII. Neque id unicum inconstantiae exemplum, sed manat longe lateque. Jam si accentus cum intellectu mutatur ut ἐξαίρετος et ἐξαιρετός, id neminem mirari convenit, sed potius illud, cur ἐπίληπτον scribatur non solum ubi prehensum significat sed etiam ubi comprehensibile, ut Aristot. H. An. IX. 2. p. 613, 19. ὡς ἐπίληπτος αὖσα, vel vituperabile ut Phil. Legg. Alleg. II. 73. C. Legg. Spec. II. 797. B. Hephaest. de Metr. IV. 3, 26. quem locum transcribens Eustathius ἀνεπίληπτον substituit. Similiterque ἀπόβλητον, de quo antea loquuti sumus, et alii. Sed magis est quod miremur accentus

31) Apud Eustathium non σύγκοπτα, ut in Adnot. Schweighaeus. sed συγκοπτά scriptum.

saepe alternare cum praepositionibus, significatione nihilum mutata, ἐπιμεμφητός, de quo modo loquebar, et ἐπιμεμπτέον Appian. Civ. II. c. 141. Apollon. de Pron. p. 143. B. at ἀκατάμεμπτος Sophocl. ἀμφίθρεπτος Sophocl. et ἀντίθρεπτος Hipp. Prorrh. T. I. 219. sed ἀντίθρεπτός Appian. Civ. IV. 48. ἀνέγρωπτος ib. III. 43. Procop. Arc. XII. 100. Heliod. IV. 7. Agath. IV. 22, 132. B. qui proprie loquuti sunt, minus proprie ἀνάγραπτος εὐεργεσία Thuc. I. 129, 3. sed νόμοις ἐγγεγραμμένοι Strab. VI. 259. ὅροι περιγραπτοί Aristid. Or. XLIII. 532. Liban. Decl. I. 480. ἐν βραχέος καὶ περιγραπτοῦ Them. VII. 492. ἀποδεικτόν Sext. c. Eth. 83, 765. Phot. Cod. CCLXXVII. 206. Chrysost. ad viduam jun. p. 351. T. I. ἀποδεικτή Euseb. Pr. Ev. VI. 281. C. Epiphan. adv. Haer. L. II. T. II. 708. B. παράδεικτον Julian. Ep. LXII. 139. sed rursus ἀδείκτον Apollon. de Adv. p. 544, 1. Verum illud nos ad desperationem redigit, quod eadem adjectiva nulla aut praepositionis aut significationis mutatione alibi aliud habent accentum. Ἀνόδευτον Sext. Hyp. III. 23. 127. Ἀνάβρωτος Aristoph. Rann. 560. Athen. VI. 269. E. ubi more solito eruit Schweighaeuserus ἀναβρωτός scribi jubens, quod minus legitimum est sed invenitur L. IX. 384. E. Ἀνάσπαστον ποιεῖν τινα Herodoto familiare est eoque accentu persaepe legitur Arist. Vesp. 388. Polyb. II. 53, 6. Lucian. Jup. Conf. §. 4. Paus. IX. 27, 3. Aristid. Or. XIV. 209. Phot. Cod. LXXII. 55. XCIV. 137. sed idem nomen sine ulla significationis mutatione accentum mutat Hipp. de Flat. p. 571. T. I. τὰ δένδρεα ἀνάσπαστα πρόρριζα γίνεται. Substantive χοῦναι ἀνασπαστοί corrigitur Athen. XII. 543. E. pro quo in cod. Cas. et Aelian. V. H. IX. 11. ἀνάσπασται legitur; ἀνασπασταὶ θεράγγιαι Anth. Pal. VI. 1. 109. et ἀνασπαστὸς πύλη Soph. Ant. 1171. idem significare videtur, quod nos dicimus *aufgespannter Sprenkel, aufgezogene Thüer*; contrariumque ἐπισπαστοὶ βρόχοι Eur. Hipp. 793. *zugezogene Schlinge*; σύσπαστα βαλάντια Galen. de Adm. Anat. IV. 2, 424. T. II. sed paulo post σύσπαστα 3, 432. ut aliis locis de mot. musc. I. 3, 381. T. IV. de Us. Part. VII. 11, 556. T. IV. Athen. XI. 783. F. (1041. Dind.) Poll. V. 31. quorum utrum rectius sit hoc minus

judicari potest, quia utrumque utrinque determinari par est, et ab hoc quod sunt et ab eo quod esse possunt. Sicuti Homerus ἐπίσπαστον κακόν dixit, sic Dio Cass. LXII. 3. ἐπισπαστὸς δυσπραγίᾳ, Heliod. II. 6, 59. ἐπίσπαστος λύπη, sed Pausanias VIII. 12, 3. procos sponte acceptos ἐπισπαστούς, quod Siebelis ad illorum similitudinem reformavit. Aristoteles Top. V, 9. p. 138, 9. τὸ οἷον ἀναπνεῖσθαι ἀναπνευστόν secundum regulam, eodemque modo V. 4. p. 135, 36. ubi Buhlius nescio quo auctore proparoxytonum invexit. Ab ἀναρπαστός Dem. Phil. IV. 129. Herodian. VII. 3. Agath. IV. 20, 129. C. ἡ ἀναρπαστός Plut. Cons. ad Apoll. p. 354. D. VII. Theo Prog. VI. 220. T. I. quod omnes analogiae numeros habet, discedit ἀναρπαστός, quod Jacobsius ad Achill. II. 37, p. 55, 7. per omnes Edd. vulgatum dicit, et ἀναρπαστή Eur. Hec. 197. Ἀποτακτὰ σιτία Herod. II. 69. ubi complures codd. accentum in antepenultimam transferunt, idemque variatur ἀπότακτος ἡμέρα Athen. X. 433. B. Suidas Ἐπίτακτοι στρατιῶται affert ex Thuc. VI. 67, 1. ubi Critici codicibus nonnullis obtemperantes accentum retraxerunt ut σπεῖρα ἐπίτακτος Plut. V. Sull. XVII. sed ἐπιτακτὰ φάρμακα Eur. Beller. Fr. XXVIII. (n. 22. M.) μέτρον ἐπιτακτόν Pind. P. IV. 421. nullo utrobique diversae scripturae indicio; οἱ προτακτοί Plut. V. Cam. XLI. et πρότακτοι V. Crass. XXIII. — Ἀπόλεκτοι Thuc. VI. 68. multisque aliis locis; ἀπολεκτοί Theophyl. Hist. II. 11, 46. A. — Ἔγκλειστος Tzetz. Chil. IX. v. 330. ut σύγκλειστος, sed ἐγκλειστός Phot. Cod. CLXII. 178. Niceph. Br. de reb. post Maur. p. 28. C. ibidemque κατακλειστός p. 41. C. quod plerumque proparoxytonon est. — Ἐνδυτός adjectivum generis communis acuto sono finitum Aesch. Eum. 1014. Eur. Tro. 257. Ion. 224. Antiphan. ap. Poll. VII. 59. ἔνδυτον substantive positum Iph. A. 1413. Ion. 1413. sed et hoc intellectu ἐνδυτόν legitur Anth. VI. n. 237. et ter in Eur. Bacchis summo librorum consensu nisi quod Aldus v. 702. ἔνδυτον praetulit; ἐνδυτή v. Reisk. ad Const. 141. Huic simillimum σύνδετα Eur. Ion. 1389. sed συνδετά Plat. Pol. 219. A. Stob. Ecl. I. 43, 748. ac si quis dubitet an conditionem mutet, quod il-

lud substantive dicitur, hoc adjective; ea ratio non convenit adjectivis ἀνάδετος, διάδετος, περίδετος, πρόςδετος, nec substantivo ἐπίδετον Hippocr. Muliebr. I. 729. cui proximum artis nomen πρόςθετον apud eundem plus centies iteratur modo sic ut scripsi modo alio accentu non solum in Edd. sed etiam in codicibus, quos Dietzius contulit [32]). Idem ἔκλικτον Muliebr. I. 637. II. 847. T. II. Vict. acut. p. 70. 82. 85. 99. de Steril. p. 37. T. III. sed ἐκλικτόν Vict. Acut. p. 67. ἔκλειχτον Paull. Aeg. III. 27, 85. quod apud Galenum saepius ἐκλεικτόν scribitur et feminine ἐκλεικτή βηχική Comp. p. Locc. VII. 3, 66. T. XIII. et huic simillimum κατέρικτον Poll. κατερικτὸν et κατερεικτόν v. Dindorf. ad Arist. Ran. 506. Ἐπίπλαστα, ἐπίπαστα et ἐπίχριστα conjuncte Plut. de Poes. Hom. CCXI. 581. T. XIV. quorum prius saepius ita scribitur, ἐπίπλαστος ἔπαινος Theophyl. Hist. II. 13, 49. A. ἐπίπλαστος σοφιστεία Euseb. Praep. XIV. 726. et proprio intellectu Hipp. de Hum. p. 124. T. I. Galen. Comp. p. Locc. I. 2, 415. T. XII. ut ἔμπλαστον Hipp. l. c. Galen. 8, 467. ἀνάπλαστος (οὐσία) Comm. in Hipp. de Articc. IV. 3, 670. T. XVIII. P. I. κατάπλαστος fictus Menandr. Fr. p. 119. Procop. Arc. XXVIII. 206. sed ἐμπλαστόν Galen. de Simpl. Fac. XI. 44, 368. de Comp. p. Locc. I. 4, 458. Theocritus XI. 1. conjungit ἔγχριστον — ἐπίπαστον (medicamentum) quorum prius aliter scriptum non reperi, neque discrepant κατάχριστον Hipp. Muliebr. I. 746. διάχριστον Gal. Comp. Med. p. Locc. VI. 8, 979. ἐπίχριστον IV. 6, 742. Strab. XI. 513. περίχριστον Galen. l. c. V. 3, 834. Paul. Aeg. III. 22, 73. sed συγχριστόν ib. III. 18, 68. similiterque ἐπίπαστον saepius legitur ut περίπα-

32) Ad probandum satis est unum de mulierum morbis librum percurrere; πρόςθετον p. 602. 616. 631. 636. 637. 681. 748. προσθετόν p. 603. 677. 696. 708. 785. utrumque singulis fere paginis, posterius tamen saepius in L. de nat. mul. p. 546. 549. 552. 560. de Locc. in Hom. p. 151. 152. T. II. Eodem intellectu πρόςθετον scribitur Theophr. Hist. IX. 9, 3. πρόςθετος κόσμος Aelian. V. H. IV, 22. κλίμακας προςθέτους Aristid. Or. Sacr. V. 361. πυθμὴν πρόςθετος Athen. XI. 488. F. sed προςθετόν 503. E. variantibus utroque loco libris.

στον Hipp. de Ext. Affect. p. 521. T. II. et *κατάπαστον* Aristoph. Heliod. III. 3. 110. Athen. VII. 321. C. ubi tamen cod. Cas. oxytonum praefert, ut *παραπαστόν* Hipp. Muliebr. I. 758. Praevertar alio. *Προσποίητος καλοκαγαθία* Dinarch. c. Philocl. 110, 34. *κολακεία* Herodian. I. 4. 30. sed *προσποιητὸς ἐπιτήδευσις* Athen. XIII. 565. D. *προσποιητὴ ὁμολογία* Dio Cass. XLVI. 54. *τραγῳδία προσποιητή* Dion. Antt. V. 70. ubi cod. Vat. *προσποίητον* praebet; *προσποιητὴ φυγή* Stob. Flor. XXXIX. 32. p. 228, 27. *προσποιητῶς* Dio Cass. LXXI. 34. ut cod. Ciz. Jambl. Protr. XIV. 215. exhibet pro paroxytono. *Σύῤῥαπτος* Galen. de Fasc. c. II. 773. T. XVIII. P. I. *συῤῥαπτός* Arrian. Tact. p. 80. Blanc. *Συμμικτός* Galen. de Comate II. 655. T. VII. sed saepissime *σύμμικτος*. *Χρησμοὶ συμφόρητοι ἐκ πολλῶν τόπων* Dion. Antt. IV. 62. sed *συμφορητὸς ὄχλος* de vi Demosth. XXXVI. 1067. *λόγος ἐκ πολλῶν συμφορητός* Lucian. Pseudol. §. 5. 63. T. VIII. *δεῖπνα* Arist. Pol. III. 10. p. 1281, 3. et c. 15. p. 1286, 29. *οἰκίσκοι* Aelian. H. Ann. XVI. 15. *πόλις ἐκ πολλῶν συμφορητὸς ἐθνῶν* Dion. Antt. III. 10. cod. Vat. *συμφορητή*, qua feminini forma Simplicius utitur in Ausc. I. p. 22. a. *ῥιπήματα περιφορητά* Herodo. IV. 190. *περιφορητὴ σκηνή* Chrysost. *contra eos qui subintrod. hab.* p. 242. C. T. I. sed *περιφόρητος Ἀρτέμων* id est *περιφερόμενος* Plut. V. Pericl. XXVI. aliisque locis v. Fischer. ad Anacr. Fr. XXVII. accentu legitimo, ut *διαφόρητον γίνεται* pro *διαφορεῖται* Philop. in Meteor. I. 107. a. et ex altera ratione *μεταφορητός* qui transferri potest Arist. Ausc. IV. 2. et 64. Simplic. ad h. l. 128. b. Themist. Paraphr. p. 39. b. quod Lexicographi nescio quo auctore gravant. Sed nihil opus est omnia excutere vasaria. Patet enim adjectiva absolute posita, etsi natura ad barytonesim inclinent, tamen persaepe pro penultima acutam habere ultimam; quod si quis librariorum negligentia accidisse autumet, huic quidem obtentui esse potest depravationis et facilitas et crebritas. Sed nisi idem demonstraverit, cur ab hoc genere haec prosodia abhorreat, nihil egerit. Id vero demonstrari non posse, hisce mihi persuasi rationibus.

§. 12.

Si Aeoles praetermittimus δύνατος omniaque similia gravare solitos Eust. 75, 37. neque ea moramur, quae Trypho de discrimine adjectivi μνηστή et μνήστη constituit, verbalium simplicium tonus apud omnes unus idemque est, λεκτός, τακτός. Quae quum a verbis profecta sint simplicibus, consequens est ut eodem accentu notentur primum omnia, quae a verbis sunt derivata simplicium similibus, hoc est a parasynthetis, quorum simplicia neque extant neque fingi possunt, λατομητός, συκοφαντητός, χειραλειπτητός; ac si λαιμοτόμητος, ἀστροβόλητος, certos haberent testes v. ad Phryn. 588. haud aliter quam illa scribi oporteret ut a λαιμοτομέω, ἀστροβολέω, declinata; dubiumque mihi ἡ ἀμφισβήτητος Thuc. VI. 6. quod Critici Dion. Antt. XI. 32. reddiderunt pro ἀμφίσβητος, fortasse ex ἀμφισβητήσιμος corruptum Atticis usitatissimo. Verum χειροποίητος, θεομίσητος etc. composita sunt ut χειρόβλητος, θεόπνευστος. Deinde eidem regulae subjici debent quae a verbis cum praepositione copulatis ducenda sunt ob eam causam, quia verbalia simplicia, quibuscum composita dici possint, reperiuntur nulla, ἐνθυμιστόν Herodo. ἐμπολητός Sophocl. quorum illud apud Suidam, hoc in Ed. Brunck. prave proparoxytonon est; ἐπιθυμητόν, προσδοκητόν, ὑπομονητόν Schol. Purgold. ad Soph. Aj. 466. quod saepius legeretur nisi ὑπομενητός surrepsisset[33]) et feminina ἐγγυητή Isaeus p. 29, 8. προσκυνητή Phot. Cod. CCXXX. 445. Epiphan. c. Haer. L. III. T. I. 982. A. ἐπιστητή Themist. Paraphr. in Ausc. L. I. p. 20. b. διεξιτητή Simplic. in Ausc. III. 108. b. ὑπαρκτή Sext. Hyp. III. 8, 146. Plut. de Stoic. Repugn. XXV. 375. ἐφικτή Philo Legg. Alleg. I. 47. C. Lucian. de Sect. §. 76, 103. Themist. Or. VI. 79. A. Julian. Or. VII. 184. A. Stob. Flor. CX. 18. p. 581, 1. quae dum affero, simul illud confirmo, quod superius dixi,

33) Cf. Adn. Phryn. 446. Ὑπομονητέον Orig. c. Cels. VIII. 791. C. ὑπομονητικός Plat. Definn. 412. D. Galen. de Hipp. et Plat. IV. 6, 410. T. V. Jo. Lyd. de Mens. II. 6, 17. Chryst. *Ad eos qui scandalo sunt* p. 569. C. T. III. Suid. s. Ἀντέχει.

oxytonesin et mobilitatem naturae quodam vinculo inter se contineri. Haec igitur sive potentiam habent significationis sive eam, quam absolutam dicimus, accentum in ultimam reiiciunt praepositae, quod parasyntheta sunt. Etym. M. p. 269, 3. Anecd. Gram. I. 113. Παρασύνθετός σχήματος παρασυνθέτου. — Καὶ πόθεν διαχωρίζεται τὰ παρασύνθετα ἐκ τῶν συνθέτων; ἐκ τῆς διαφορᾶς τοῦ τόνου· τὰ μὲν γὰρ σύνθετα προπαροξύνεται, τὰ δὲ παρασύνθετα ὀξύνεται, ἐπειδὴ ἀπὸ ῥήματος ἔσχον τὴν σύνθεσιν, οἷον ἐκλέγω ἐκλεκτός· ἐπίλεκτος δὲ ὅτι ἀπὸ ὀνόματος τοῦ λεκτός ἔσχε τὴν σύνθεσιν. Posterius, quod et Suidas s. Ἐκλεκτός Arcadiusque p. 86.[34] proponunt praeceptum, magno exemplorum numero stabilitur; ἐκλεκτός enim oxytonum est ubicumque legis Thuc. VI. 100, 5. Plat. Legg. XI. 938. B. XII. 946. D. Strab. I. 59. Clem. Strom. IV. 7, 212. et c. 52. Epiphan. in Haer. L. II. T. I. 472. D. et femininum ἐκλεκτή Arrian. Peripl. Erythr. p. 13. et 155. Orig. c. Cels. V. 610. A. atque adeo bicompositum συνεκλεκτή in I. Ep. Petri V. 1. a quo distinctum est proprium Ἐπίλεκτος Dio Cass. LXXII. 4. 1206. Herodian. I. 17, 26. et contrario accentu ἐπίλεκτος Aeschin. Fals. 38. 3. (254.) 50. 40. (332.) Appian. Mithr. CVIII. 805. Aelian. V. H. V. 6. Polyaen. IV. 6, 13. Heliod. IX. 22. Niceph. Greg. V. 7, 91. D. VII. 3, 111. D. cum feminino generis communis ἡ ἐπίλεκτος Athen. V. 196. E. ut ἡ ἀμφίλεκτος Eur. Phoenn. 503. ἡ ἀπόλεκτος Xenoph. Anab. II. 3, 9. Haec igitur omniaque homotona, ἀντίλεκτος, ἀνάλεκτος, σύλλεκτος, Grammatici quia proparoxytona sunt, syntheta esse statuunt[35]. Ergo summa est in accentibus. Verum accentus ipsi undenam noscebantur? Dixerit aliquis ex consuetudine

34) Ἐκλεκτός ἐκ τοῦ ἐκλέγω, ἐπίλεκτος ἐκ τοῦ λεκτός scrib., ἐκ τῆς ἐπὶ καὶ τοῦ λεκτός.

35) Apollon. Synt. IV. 9. p. 330, 13. σύνθετόν φαμεν τὸ ἐξ ὀξυτόνων εἰς βαρεῖαν τάσιν μετεληλυθός, παρασύνθετον δὲ τὸ μὴ ἀναβιβάσαν τὸν τόνον, quod tamen non in universum valere vel unum illud ἀγακλειτός manifestum fecit. Plura lege eximit Arcadius p. 86. τὰ παρασύνθετα καὶ φυλάττει τὸν τόνον καὶ ἀναβιβάζει, sed exempla non respondent.

pronuntiandi populari. Concedam hoc (etsi non est quod contra dici possit) de vocabulis quotidianis atque civilibus; sed obsoletorum quaenam erat existimatio? Ex schola, inquit, usu per manus tradita. Mirum vero cur hujus gravissimae rationis nunquam nominatim meminerint neque in hac causa neque in aliis. Schol. Il. III. 344. *διαμετρητῷ ἐνὶ χώρῳ* — *Ἀρίσταρχος περισπᾷ καὶ οἱ ἄλλοι καὶ οὕτως ἔχει ἡ παράδοσις. Καὶ ἔστι παρασύνθετον· τὸ γὰρ ῥῆμα συντέθειται ἐν τῷ χῶρον μὲν πρῶτον διεμέτρεον*, pro quo si poeta aliud substituisset verbum, omnis illa argumentatio praecisa erat. Qua quum uteretur Aristarchus, manifestum fecit, certam notam, qua syntheta distinguantur a parasynthetis, repertam sibi non esse. Ad nostram vero causam illa inutilissima est. Nam si ad hoc exemplum statuimus *ἐπακτὸς ὄρνις* scribi oportere quia dicitur *ἐπάγειν* et *προσάγειν ὄρνιν*, vide v. Rhoer. ad Porph. III. 16; 251. similiterque *ἐκποιητός* et *εἰσποιητός*, quia *ἐκποιεῖν* et *εἰσποιεῖσθαι υἱόν*, tam rarum est, ut verbum et verbale cum eodem nomine constructum reperiatur, ut de centenis aliis nihil constitui possit. Ac ne scriptura quidem constat; nam *εἰσποιητός* quidem legitur Dem. c. Leoch. 1088, 4. Epitaph. 1390, 8. Procop. Arc. I. 6. sed *εἰσποίητος* Isae. de Pyrrh. 43, 39. Lys. Fragm. LXXVII. (XXXIII. Bekk.) Dionys. de Isaeo. XVIII. 576. T. V. *ἐκποίητος* Aesch. c. Ctes. 56, 39. etc.

§. 13.

Jam ad ultimum venio eorum, quae a Grammaticis tradita sunt. Schol. Od. XI. 274. *ἀνάπυστα* — *προπαροξυτόνως φησὶν ἐν τῇ καθόλου, περιττῆς οὔσης τῆς ἀνά· ἀντὶ τοῦ πυστά, ἐξάκουστα.* Id autem contrarium est omnibus, quae de praepositionum pleonasmo accepta habemus, in quibus illud quoque numerandum Schol. Il. V. 402. *καταθνητός περισσὴ ἡ πρόθεσις·* nam cum de verbo *καταθανεῖν* (demori) nihil unquam admonuerint, adjectivum propter accentum enotatum videtur. Neque tamen crediderim Herodianum *ἀνάπυστος* scripsisse, primum quia verba *ἀναπυνθάνομαι* et quo Homerus ipse utitur *ἀνείρομαι*, ostentui sunt, praepositionem

adjectivi non magis abundare quam in *διάπυστος, ἐκπυστος, περίπυστος, πρόπυστος*. Deinde quia multi Grammaticorum statuerunt, *ἀνάπυστος* cum particula negativa compositum esse, quae opinio vix potuisset existere, si contraria tonosis auctorem haberet Herodianum. Sed fortasse aliquis ignobilior *ἀνάπυστα* scribi jussit, praepositionem supervacaneam esse existimans. Itaque quoscunque appellamus testes, nos consilii incertos dimittunt dubiumque relinquunt, ne ipsi de discrimine synthetorum et parasynthetorum nihil certi habuerint, id quod jam illa de nomine *κάθαπτος* declarat dissensio. Sic enim Hesychius scribi voluit ut *εὔγνωστος, φοριάλωτος* aliaque composita, de quibus nulla unquam fuit disceptatio[36]. Philoxenus vero in Etym. M. p. 1, 37. de eodem Euripidis loco disserens *ἐκ τοῦ καθάπτω*, inquit, *γίγνεται καθαπτός*, decompositum esse arbitratus. Prioris sententiae comprobatores scripserunt *ἔφαπτον* id est *ἔφαμμα* Schol. Avv. 933. *λαμπρότης περίαπτος* Themist. Or. IV. D. et usitatissimum illud *περίαπτον (περίαμμα)*, oxytonesin reservantes iis, quae quod jungi potest et solet significant, *ὄργανον καθαπτόν* Euclid. Introd. Harm. p. 2. et Athen. IV. 174. C. ubi conjuncte nominantur *ὄργανα καθαπτά, ἐντατά, ἐμπνευστά*, duo postrema Nicom. Harm. I. 5. Jambl. in Nic. Arithm. p. 172. *ἐντατά* Strab. VII. 316., *κῶλα ἐκτατά, quae extendi possunt* Plat. Tim. 44. E. *τὰ δύσλυτα καὶ συναπτά* (plicatilia) *κλινίδια* Simplic. in Ausc. IV. 128. b. Nec tamen defuerunt, qui eandem tonosin ad alteram transferrent significationem: *τὸ χῶμα συναπτὸν ἤδη ὁρῶντες* Arrian. Al. IV. 30, 3. ubi participio *συνάπτον* locus erat; *συναπτὰς ποιήσομεν τὰς πράξεις* Aristot. Rhet. ad Alex. c. 32. *εὐχὴ συναπτή collecta* apud posteriores v. Reisk. ad Const. Porph. p. 201. et minus mo-

---

36) *Φιλαιακτός* Aesch. Suppl. 806. a Dindorfio toleratum esse miror, nec *εὐποιήτῃσι* probem Il. V. 466. ubi Aristarchus *ποιητοῖσι*; Zenodotus *ποιητῇσι* scripsit. Schol. XVI. 636. *τὸ εὖ οὐ θέλουσι κατ' ἰδίαν προσφέρεσθαι ἀλλ' ἓν ποιεῖν εὐποιητάων, ἐπεὶ καὶ εὐποιήτῃσι φησι παρωνύμως*, hoc est ut *δουρικτήτη*. *Δακτυλοδεικτῶν* Aesch. Agam. 1303. (1331.) quod Goettlingius de Acc. p. 313. vitiosis adnumerat, participium est, *manum intentans*, qui est gestus abnuentium.

bile Arist. Eccl. 508. συναπτοὺς ῥῖνας, quod Scholiastes interpretatur τὰς συναπτούσας καὶ δεσμούσας. Quin etiam περίαπτον (id est περίαμμα) scriptum est Poll. IV. 82. quod Jungermannus ferendum esse negat, et Psell. de Lap. p. 14. sed περίαπτος p. 38. Quod si merito praefertur propter crebriorem usum, ancipites haeremus in minus usitatis, quae intellectum duplicem, accentum eundem habent, ut μεταλλακτός quod in Aesch. Sept. 688. *mutatum* significat, in Pind. Fr. CCXLI. *mutabilem* sive *mutandum*[37]), similibusque per hunc sermonem sparsis, quaeque alia pro se quisque, si semel huc animum adverterit, haud magno labore expiscabitur. Jam possum vela subducere. Sed propter multiplices disputationis nostrae anfractus omnia, quae disserui, brevi in conspectu ponam. Quaestio erat de accentu verbalium. Quae, quum aut syntheta sint aut parasyntheta, veterum sententiis consultisque haec acui statuimus, illa gravari. Sed quod caput est rei, qua ratione decomposita a compositis discerni queant, id neque illi perspexisse videntur, neque nobis scire contigit, neque omnino de omnibus sciri posse videtur. Si quis vero nos attendere jubeat ex duabus adjectivi partibus utra quoque loco praevaleat, praepositio an adjectivum, et hinc definiri velit, utri sit imponendus accentus, is parum reputaverit hanc rationem longe a nostra intelligentia remotam et a Graecis ipsis neglectam esse, qui ἀπευκτός quidem dixere sed ἀπεύχετος omniaque polysyllaba sopito praepositionis accentu pronunciare coacti sunt. Has igitur in augustias compulsi duas illas constituimus regulas de oxytonesi potentialium et contrario absolutorum tenore, quarum neutra per omnia servatur, sed apparet tamen id ordinarium esse, quod secus est, extra ordinem. Itaque vel hoc exemplo confirmare licet, quod in quadraginta novem, quae collegi, adjectivis cum praepositione ἀπὸ conjunctis sex, nec plus reperiuntur oxytona, ἀπευκτός[38]), ἀποδεκτός, ἀπαρεστός Simpl. in Ench. V. p. 74. ἀποφαντός Philo Legg. All. II. 70. B. ἀποδεικτός Aristot. Anal. Post. I, 10. p. 76, 33. et ἀπωστός, quod unum a potentiali significatione maxime sejunctum est.

---

37) Ἡ ἀντάλλακτος Porph. de Abst. II §. 51.

38) Ἀπευκτή Heliod. VII. 25, 300. Lucian. Pseudol. §. 12, 60. T. VIII. ἐπευκτή Suid. Hesych.

DISSERTATIO OCTAVA.

DE

FIGURA ETYMOLOGICA.

(PRIMUM EDITA ANNO MDCCCXXXII.)

DISSERTATIO OCTAVA.

DE FIGURA ETYMOLOGICA.

§. 1.

Vetus est praeceptio multumque celebrata: *τὰ ῥήματα προσηγορικοῖς ὀνόμασι συντασσόμενα ἐξ αὐτῶν τῶν ῥημάτων παραγενομένοις αἰτιατικῇ προσφερόμενον ἔχουσι τὸ τοιοῦτον ὄνομα, ἀδικῶ σε ἀδικίαν μεγάλην, ἐρῶ σου δριμὺν ἔρωτα, ἀπειθῶ σοι ἀπείθειαν ἀθεράπευτον* etc. Philemo Techn. Verb. §. 9, 227. et Grammaticus Hermanni p. 416. Eamque constructionem atticam perhibent variisque signant nominibus; Josephus Synops. V. 532. T. III. *τῶν ἀττικῶν ἐστιν ἡ περιττολογία, ὡς τὸ λέγω λόγον, γράφω γραφὴν καὶ τρέχω δρόμον.* Eustathius p. 348, 30. *τὸ ἀγορὰς ἀγορεύειν ἀττικόν ἐστιν ὡς τὸ βουλὰς βουλεύειν καὶ λόγον λέγει — καλεῖται δὲ τὸ σχῆμα παρονομασία*, quod nomen quia perlate patet, distinctius a Schol. Dorvill. ad Plut. 517. *ἀττικὴ παρήχησις* appellatur, a Schol. Il. XIV. 178. *παρωνομασία* (sic) *ἐτυμολογική*, quae nomina si retinemus, id saltem meminisse oportet, persaepe nomen a verbo congeneri tanto disjunctum esse intervallo, ut similitudo soni penitus oblitescat. Quis enim in Cic. de Div. I. 35. *ut flumina in contrarias partes fluxerint*, vel Or. Vatin. c. 15. *ut legati ex ejus ordinis auctoritate legarentur*, parechesin agnoscat? Eustathius saepius *τρόπον ἐτυμολογικόν* vocat p. 690, 50. 1141, 2. et 1298, 44. sive *τρόπον ἐτυμολογίας* p. 1173, 38. et 1278, 44. etc. de

quo veteres ita loquuntur, quasi studiose quaesitum putent. Schol. Ven. VI. 198. *τέμενος τάμον* — ἡ διπλῆ ὅτι παρετυμολογεῖ τὸ τέμενος ἀπὸ τοῦ τεμεῖν· et v. 201. τὸ *Ἀλήϊον οἶος ἀλᾶτο* — ἡ διπλῆ ὅτι παρετυμολογεῖ τὸ Ἀλήϊον, eodemque modo ad L. IX. 137. et saepius. Atque huc non solum accusativos, ut nostrae aetatis Grammatici, referunt, *τεῖχος ἐτειχίσσαντο, δαίνυ δαῖτα, αἰχμὰς αἰχμάσσουσι, οἶνον οἰνίζοντο, ἱδρῶτα ὃν ἴδρωσα* etc. sed etiam ubi alii casus vel aliae orationis partes verbo ejusdem etymi adjunguntur, *πεπόλιστο πόλις, χυτὴν γαῖαν ἔχευεν, φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην φαίνεται, κλήδην κικλήσκων, πέρνασκε πέρην ἁλὸς* atque alia hujus modi exempla a Scholiographis sedulo animadversa. Neque incommode haec quamvis varie contexta uni subjiciuntur generi, quoniam omnia ab eadem licentia profecta sunt, qua Graeci ex concesso utuntur, nos autem ita abstinemus, ut perraro vocabula congenera et consona inter se committamus. Quousque autem haec constructio pertineat et quibus adstricta sit legibus, nemo illorum nos certiores reddit ac nescio an plerisque haec res parum provisa fuerit. Certe quae Schol. ad Eur. Hec. 762. componit, *ἀττικῶς ὡς τὸ γράφω γραφὴν καὶ λέγω λόγον, οὕτω καὶ πονοῦσα πόνον (ἄλλον)* et quae Schol. Pind. Ol. X. 86. *ὥςπερ φαμὲν ὑβρίζω σε ὕβριν, οὕτω καὶ ἔδικε μᾶκος ἀντὶ τοῦ μακρὰν ἔῤῥιψε ῥῖψιν*, ex diversis generibus conflata sunt. Gregorius autem, qui de dial. att. §. 1. *λῆρον ληρεῖν, μανίαν μαίνεσθαι, ὕβριν ὑβρίζειν, φυγὴν φεύγειν* profert, postremum exemplum non a veteribus sumsisse, sed prioribus parum subtiliter affinxisse videtur. Sed hunc subsequutus Astius ad Plat. de Rep. p. 316. *πομπὴν πέμπειν, ὕβριν ὑβρίζειν, φυγὴν φεύγειν*, in Atticorum *praecipue* libris creberrima esse statuit; eodemque auctore usus Boissonadius ad Eun. p. 331. cum Eunapii verbis *ἐγεγαμήκει γάμον τυραννίδι πρέποντα*, nihil haesitans confert *λῆρον ληρεῖν* et *ἔρωτα ἐρᾶν*, quorum prius dissimile, postremum, puto, commenticium est perinde ut *δουλείαν δουλεύειν* et *πόλεμον πολεμεῖν*, quae Weiskius de Pleon. p. 22. nescio cui adscribit simplicitati antiquae aetatis, *qua homines nec auribus nec mente satis acute sentiebant*. Et ab hoc

non multum discrepat Bernhardyi sententia: Synt. p. 106. veteres Graecos nimis simpliciter βουλὴν βουλεύειν, μάχην μάχεσθαι dixisse, postea autem id emendatum esse addito adjectivo. Verum βουλὰς βουλεύειν (*consilia sunt consulta* Plaut. Truc. I. 2, 7.) et βουλὴν ἀρίστην βουλεύειν eundem auctorem habent Homerum, nec dici potest ὕβρεις ὑβρίζειν et similia antiquiora esse et impolitiora, quam quae appositum habent adjectivum. Sed universa causa melius cognoscetur, si hujus constructionis gradus et dissimilitudines et vim et varietatem exposuero.

§. 2.

Illa igitur nominum et verborum conjunctio, quam Technici arte quaesitam dicunt, plerumque tantum ab arte abest ut majoris sit operae eam evitare quam admittere. Nam ut nos dicimus *der Wind weht* sine ulla parechesis affectatione, similiter Graeci τὰ πνεύματα πνεῖ Theophr. Caus. V. 12, 4. non quia ornatius est, sed quia aliud non suppetit. Et item alia ὀδμὴ κέδρου ὀδώδει Hom. Od. V. 60. vel ὄζει ἀρωμάτων Hipp. π. Ἀφορ. p. 25. T. III. ὁ ῥύαξ ἐῤῥύη Thuc. III. 116. φῦμα ἔφυ Herodo. III. 133.[1]) ἀοιδὸς ἀείδει Odyss. I. 325. ἡ αὐλητρὶς ηὔλησε Xen. Symp. II. 3. οἱ μάρτυρες μεμαρτυρήκασι Andoc. de Myst. p. 3, 19. ὁ κῆρυξ κηρύσσει Dem. c. Mac. 1051, 21. quod non aliter comparatum est, quam ὁ ἀνὴρ οὗτος ἀνδρεῖός ἐστιν. Pariter vero praedicatum objecto definitur ὁ κῆρυξ κηρύσσει τὸ πάτριον κήρυγμα Aesch. c. Ctes. 387, 23. addito adjectivo, quo nihil opus est si nomen ipsum significationem habet angustiorem verbo. Exempli causa πέμπειν, ut de pompa ducenda dici intelligatur, nisi ex universa sententia patet ut Arist. Rann. 1048. necessario πομπήν adjiciendum est Thuc. VI. 56. Et ad hunc modum alia, ἀναθήματα ἀνατιθέναι Hipp. de Aer. et Loco.

1) Hippocrates modo ἐπὴν φῦμα φύῃ de Morb. II. 273. T. II. modo passive ἐμφυῇ de intern. affect. p. 469. (ξυμφυῇ ib. p. 455. et 552. ἐκφυῆναι de Off. Med. p. 51. T. III.) modo φύματα φύεται Aphor. p. 703. T. III. de intern. aff. p. 442. ἐφύη Prorrh. II. 202. T. I.

p. 563. T. I. *γράμματα γράφειν* Plat. Legg. IX. 858. C. *διαθήκας διατίθεσθαι* Dem. c. Steph. H. 1133, 14. *γραφὰς γράφεσθαι* Lys. Apol. Erat. 95, 44. *πρόκλησιν προκαλεῖσθαι* Dem. 969, 3. *μάζαν μάττειν* Herodo. I. 200. *πλάσματα πλάττειν* Menand. Fr. Dem. p. 45. (ubi scribentis errore *πέμματα* editum) *φόρον φέρειν* Arist. Avv. 191. et *εἰςφορὰς εἰςφέρειν* Lys. *π. Σηκ.* 11, 37. *χορηγίας χορηγεῖν* Antiph. 138, 77.[2]) *χοὴν χεῖσθαι* Odyss. *K*. 518. quorum omnium non unum illud, quod exsignavi, extat exemplum sed plurima. In his igitur locis nomen eo valet ut quum multae res scribi, fundi, fingi, ferri possint, infinita verbi notio limitetur designatione rei actori subjectae. Itaque etiam *ἀρχὴν ἄρξαι* dicitur Herodo. VI. 67. Plat. Symp. 183. E. Andoc. p. 10, 73. Arist. Vesp. 557. ut *ἱερωσύνην ἱερᾶσθαι* Aeschin. c. Tim. p. 3, 30. *βασιλείαν βασιλεύειν* non item, quia illud verbum de multis rebus dicitur, hoc in una fixum et definitum est. Sed haud intempestivum videtur hoc quod affirmo, unius usitatissimi verbi *λέγειν* exemplo declarare; cui si adjungitur nomen *λόγος*, id diversam a verbo significationem habet; aut enim fabulam denotat vel narrationem, *ἔλεξε λόγον* Herodo. I. 141. *λόγον εἶπε* Appian. Civ. I. 101. *λόγους λέγειν* verba facere Paus. III. 13, 1. aut id quod latine dicitur *logi*, *μὴ λόγους λέγε* Eur. Med. 322. *μὴ λέγε λόγον* Arist. Ach. 288. *μὴ ἔατε αὐτοὺς λόγους λέγειν* Dem. c. Theocr. p. 1324, 4.[3]) quod unde natum sit apparet ex plenius dictis *ἵνα μὴ λόγον λέγω μόνον* c. Lept. 485, 5. Polyb. XVII. 8, 4. cum tacita oppositione *τῶν ἔργων, τῆς ἀληθείας*, quae expressa est Dem. Ol. II. 21, 7. *ὅμως μὴ λόγους ἐροῦσι μόνον ἀλλὰ καὶ ἔργον δεικνύειν ἕξουσι.* Neque *dicere dictum* idem valet quod simplex *dicere*. In hoc igitur genere ne levissima quidem abundantiae umbra residet. Ceterorum vero nullam arbitror reddi posse rationem, quae ad

---

2) *Τριηραρχίας τριηραρχεῖν* Dem. c. Steph. I. 1127, 15. his suspectius, nisi nomen numerale ex antecedentibus repetatur.

3) Thucyd. VIII. 14. *λόγων λεγομένων ὑπὸ Ἀλκιβιάδου*, cui quae Poppo apponit exempla, alieni sunt generis.

omnia conveniat, sed modo gravitati orationis consultum videtur, modo concinnitati, modo complures eodem loco concurrunt rationes, modo autem nihil quod causemur habemus nisi verba transitiva natura sua nominis adminiculum appetere, quod si aliunde sumi non potest, fingitur ex notione verbi lenocinante ipsa soni similitudine ut Anth. Pal. VII. n. 261. *τί πλέον εἰς ὠδῖνα πονεῖν, τί δὲ τέκνα τεκέσθαι;* Oppian. Hal. I. 599. *ὁρμαίνονται Εὔξεινον μετὰ πόντον ἵν' αὐτόθι τέκνα τέκωνται.* Hom. H. in Cer. 136. *ὑμῖν θεοὶ δοῖεν κουριδίους ἄνδρας καὶ τέκνα τεκέσθαι.* Odyss. XIX. 264. *ὀδύρεται ἄνδρ' ὀλέσασα κουρίδιον, τῷ τέκνα τέκῃ,* et in ipso protevangelio *ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα,* non solum nullus nobis suboritur pleonasmi sensus sed potins pleraque illorum, si nomen deesset, manca viderentur. Neque dici potest eos, qui ita loquerentur, propriam verbi *τίκτειν* sequutos esse significationem, quae ex affini *τεύχειν* elucet quidem adhuc, sicut *parere* nihil aliud esse videtur quam *parare*, sed jamdudum exolevit non minus quam latini et germanici verbi. His adnectimus vocabula rerum solemnium et sacrificalium *θυσίας θύειν* Plat. Civ. II. 362. C. Plut. V. Mar. XVII. Dio Chr. XII. 417. Xenoph. Eph. V. 11, 12. *μαντείας μαντεύεσθαι* Aesch. c. Ctes. 68, 39. *εὐχὰς εὔχεσθαι* Lys. c. And. p. 103, 4. *σπονδὰς σπένδειν* Eur. El. 514. *γάμους γαμεῖν* Herodo. IV. 145. *κώμους κωμάζειν* Dio Cass. LXI. 4. p. 983, 1. omniumque notissimum *δίκην δικάζειν.* Hinc descendamus ad exempla a Grammaticis allata. Jam de homericis illis *βουλὰς βουλεύειν* et *μάχην μάχεσθαι,* non fortuitum esse videtur, quod prius tantummodo de consiliis publicis dicitur, alterum de illa pugna, quae vocatur Epinausimache sive *ἡ ἐπὶ ναυσί* Paus. V. 19, 1. ergo utrumque de certo quodam et noto genere rerum, id quod vulgo articulo significari solet *τὸν πόλεμον πολεμοῦντες* v. §. 3. quem jure suo omisit Euripides Or. 1174. *ἔπειτ' ἀγῶνα πῶς ἀγωνιούμεθα,* id est *τοῦτον τὸν ἀγῶνα* ut Isaeus loquitur II. 26, 43. Quae vero cum homerico verbo conferri solent *pugnam pugnare* et *bellum bellare,* eorum prius non reperi nisi in Plauti Suppositis Amph. v. 17. alterum vereor ut reperiri possit. Graecis certe *πό-*

λεμον πολεμεῖν inauditum est; nec obstat quod apud Appianum legitur Civ. IV. 133, 14. πολέμους τε ἐπολέμησαν ἔθνεσι καὶ πόλεσι καὶ κατώρθουν· accusativus namque pendet ex verbo κατώρθουν, quod est totius sententiae primarium ceteris διὰ μέσου interjectis. Sed haud praetermittendum Theocr. V. 23. ὗς ποτ' Ἀθαναίαν ἔριν ἤρισε[4]); veteris proverbii segmentum anceps, cujus vestigia mihi cernere videor in Ibyoi verbis Fragm. XXXIX. 199. ἔριδος μάργον ἔχων στόμα ἀντία δῆριν ἐνίοις κορύσσοι, sic emendandis δῆριν ἂν ὗς κορύσσοι.

Ab his, quae exposui, plurimum differunt Gregorii exempla, μανίαν sive μανίας μαίνῃ[5]) et λῆρον ληρεῖς, quae ab Aristophane sumsit, tertiumque ὕβριν ὑβρίζειν[6]), quod apud Euripidem legitur Herc. 708. Bacch. 247. omnia autem proferuntur ab indignantibus iratisve. Hisque adnumeranda πλύνον (id est πλύσιν, puto) πλύνεσθαι Phryn. App. p. 58. et κραγὸν κεκράξεται Arist. Eqq. 490. κραγὸν ὃ δὴ λέγεται ἀνακράζοντες Eustath. Epist. XIX. 164, 43. si vera est Hesychii interpretatio Κραγὸν κραυγήν, quo intellectu κράγον potius scribendum, sed Aristarchum et Herodianum κραγόν scripsisse ἀντὶ τοῦ κραυγαστικῶς, Scholiastae testantur. Prae-

4) Ordinaria sunt ἡ ἔρις ἣν ἤρισε Strab. XII. 578. XIII. 675. δῆριν ἀμεμφέα δηρίσαντο Apollon. IV. 1767.

5) Μανίαν ἐμάνη καθ' ἡλικίας ἁπάσης Himer. Ecl. III. 70. saepius cum epitheto, ἐρρωμένην vel ἀνήκεστον Lucian. adv. Ind. §. 22. Achill. Tat. VI. 13. 142. ut Seneca *insanire hilarem insaniam*.

6) In Aesch. Ostol. Fr. II. Εὐρύμαχος οὐδὲν ἧσσονας ὕβριζ' ὑβρισμοὺς οὐκ αἰνεσίους ἐμοί, Porsonus et Jacobsius Lectt. Stob. p. XXII. scribunt ἐναισίους, quod dicitur quidem pro πρέπων, sed in bonam tantummodo partem; praestat igitur οὐκ ἀνασχετοὺς ἐμοί, quae eadem verba conjunxit Eur. Andr. 599. ὕβριν οὐκ ἀνασχετὸν Herodo. III. 127. Ὕβριν ὑβρίζειν addito adjectivo legitur persaepe Demosth. p. 660, 20. et 614, 12. Dionys. Antt. I. 81. VI. 81. Aelian. V. H. VI. 1. et addito accusativo personae Dio Cass. XLV. 28. Dionys. de Comp. XVIII. 126. ubi Reiskius praepositionem εἰς inserit minime necessariam sed saepe appositam Eur. Iph. A. 970. Heracl. 18. His vicina τὴν παροινίαν ἣν ἡμᾶς πεπαρῴνηκε Julian. Fragm. III. 132. τὰς ὕβρεις ἃς κατὰ τῶν φιλτάτων ἐπαρῴνησε Achill. Tat. VI. 19, 148. τιμωρίαι ἃς ὕβριζον ἐς τοὺς Μεσσηνίους Paus. IV. 14, 3.

ter haec unum est, ex paribus junctum πόνους πονεῖν, non illud, de quo Schol. Eur. loquitur, cum accusativo adjectivi copulatum, sed absolute positum, πόνους πονεῖ καὶ νύκτωρ ἀγρυπνεῖ Himer. Or. III. 17, 82. ἄχνυται ἀνὴρ ἀμφ' ἄροτρον πονέων τε πόνον τρομέων τ' ἐπὶ βουσὶ Quint. Cal. XI. 212. πείσεται πολλὰ καὶ δεινὰ καὶ πόνους πονήσει Hippocr. de prisc. med. p. 37. T. I. (p. 25. Lind.) τί μόχθους οὐδὲν οὖσα μοχθεῖς Eur. Andr. 134. 7) Jam si haec cuncta ad genera sua revocamus, tria sunt; unum inevitabile omnibusque frequentatum, quo verbis transitivis apponitur nomen rei, in quam actio transit, hoc est accusativus objecti materialis; alterum concinnitatis cujusdam gratia ascitum, quo verbis absolutis associatur nomen vel actionis vel effecti generale, εὔχας εὔχεσθαι, τέκνα τεκέσθαι etc. Tertium ab affectu profectum, cujus pauca sunt exempla et definita, pleraque proprio quodam colore sermonis comici et proletarii tincta, μανίας μαίνεσθαι graviter insanire, λῆρον ληρεῖν meras nugas loqui; quod emphaticum genus non publici esse saporis minimeque pro norma dicendi valere apertissimum est. Neque fas duco exemplis notis testatisque affingere nusquam lecta, qualia multa viri docti comminisci solent, ἔρωτα ἐρᾶν, λύπην λυπεῖσθαι etc. vix concessuri si quis ex Latinorum vocabulis forensibus, *censui censendo*, *servitutem servire*, *noxam nocere*, *cautionem cavere*, argumentum ducat eos *amorem amare* et ad hanc formulam alia dixisse.

§. 3.

Etenim ubi nomen per se ipsum verbi significationem neque circumscribit neque intendit, adminiculo opus est vel adjectivi vel pronominis vel articuli, quo rerum genus certum designatur; αἰσχροὺς φόβους φοβοῦνται καὶ αἰσχρὰ θάῤῥη θαῤῥοῦσι Plat. Prot. p. 360. B. ἀσεβεῖν ἀνδρῶν ἀσέβημα Legg. X. 912. D. ἐν ἀρχῇ τῆς κατοικίσεως, ἣν ᾠκίζετε πόλιν Rep. V. 453. B. ἐκ τῆς φυγῆς, ἣν ἔφυγεν ὑπὸ τοῦ

7) Ambigua est constructio Andromed. Fragm. VII. τοῖς ἐρῶσι μοχθοῦσι μόχθους συμπονεῖ. Or. 1224. συμπονεῖς ἐμοὶ πόνους.

Κλωδίου Plut. V. Cat. XL. fere ut *ὑπ' αἰετοῦ δίωγμα φεύγων* Eur. Hel. 21. *τοὺς ἐπαίνους ἐπαινοῦμεν* Plat. Gorg. 483. B. *τὰς βουλὰς ἐβούλευον* Liban. Decl. T. I. 93. *τὸν πόλεμον πολεμοῦντες* Thuc. VIII. 57. *μεθύοντες ἀεὶ τὰς μάχας ἐμάχοντο* Ephipp. Athen. X. 422. D. ut *ὁ σὺν γυναιξὶ τὰς μάχας ποιούμενος* Soph. El. 302. His respondent verba passiva cum eodem casu constructa, *ὠφελεῖται τὴν μεγίστην ὠφέλειαν* Plat. Euthyd. 275. E. *μακαρίαν ἁλοὺς ἅλωσιν* Plut. V. Caes. LV. *αἰσχρὰν σωτηρίαν σώζονται* V. Philop. XIX. vel subjecto uno *τῆς τροπῆς εἴσω τραπείσης* Stob. Ecl. I. 39, 1. p. 628. *βλαστολογεῖσθαι βλαστολογίαν τὴν πρώτην ὑπὸ ἑνὸς ἐργάτου δεῖ* Geopp. II. 46. 5. *αἱ πεπάνσιες τῶν οὔρων ἐν ταῖς κρισίμοις ἐὰν πεπανθῶσιν, λύουσι τὴν νόσον* Hipp. de Judic. VIII. 140. T. I. quo loco apparet scribi potuisse *τῶν οὔρων πεπαινομένων*, sed Graeci maluerunt saepe verbum cum nomine verbali construere potius quam cum eo, quo objectum actionis proximum significatur, *τὴν τῶν χρημάτων εἴςπραξιν, ἣν εἰςέπραξεν ὑμᾶς* Demosth. p. 750, 5. *τῆς ἐπανορθώσεως τῆς εἰρήνης, ἣν ἔδοσαν ἐπανορθώσασθαι* p. 80, 29. quorum verborum constructio apparet ex p. 84, 6. *τοῦ ἐπανορθώματος, ὃ ἐπηνωρθώσασθε*. Idemque declarat Plat. Legg. X. 855. A. *ζημίας ἐκτίσεις (οὕτω δεῖ) ἐκτίνειν*, quod nos brevius diceremus *ζημίαν ἐκτίνειν*. Sed iidem etiam verbis auxiliaribus utuntur; neque in hoc usu apparet ullum aut aetatis aut dialecti discrimen. Pro *δέησιν δικαίαν δέομαι* Isaei de Her. Astyp. p. 78, 34. *ἐμοῦ δέησίν τινα ἰσχυρὰν ἐδεήθη* Aesch. Fals. Leg. 328, 43. *δέημα ὅ μου δεῖται* Arist. Ach. 1028. Plutarchus in V. Tib. Gracch. c. VI. maluit *πᾶσαν ἐποιήσαντο δέησιν*, Achilles vero Tatius IV. 7. synonymo usus est *ἀξιῶ δικαίαν δέησιν*. Thucydides modo *σπονδὰς τρίτας τάςδε σπένδεται* VIII. 57. modo *σπονδὰς ποιήσασθαι* I. 28. quod verbum plerumque pro verbis absolutis substitui potest, sicuti activa forma transitivis succedit *πομπὰς πέμπειν* et *πομπὰς ποιεῖν* Thuc. VI. 58. quibuscum conferre juvat unius dictionis varietatem: *τεῖχος ἐτειχίσσαντο* Il. VII. 449. *τειχίζειν τὰ τείχη* Andoc. III. p. 28, 38. *ὄκτω τείχεα ἐτείχεε* Herodo. IV. 124. *οἰκοδομοῦντες τὸ*

τεῖχος Diod. XIII. 7. τεῖχος ἔδειμε et τεῖχος ἐποίεον Homerus, quibus insunt tria verborum genera, conjugata, auxiliaria, synonyma sive potius homoeosema. Auxiliarium autem duas numeramus species, unam generalem, qua continentur verba faciendi et habendi, τεύχειν, ποιεῖν, τελεῖν, ἄγειν [8]), ἔχειν, χρῆσθαι, alteram magis definitam neque omnium rerum actionibus aptam, de quo utroque genere in alio excursu exponetur, hoc autem loco tantummodo dicam, quantum ad causam pertinet. Etenim illud ὕβριν ὑβρίζειν multis modis variari potest, ὕβρει χρῆσθαι ut ἀτασθαλίῃ χρῆσθαι Herodo. II. 111. et ὕβριν ἀτάσθαλον ἔχειν Odyss. XVI. 86. quod utrumque est verbum auxiliare indefinitae notionis; magis definita ὕβριν ὀφέλλειν Hesiod. Opp. 211. ὕβριν — φαίνειν Herodo. III. 127. quae etsi multo quam illa significantiora sunt, tamen auxiliaribus adnumerari licet, quia alias aliis nominibus juncta de proprietate sua paullum aliquid remittunt et ipsa et synonyma eorum, νείκεα καὶ δῆριν ὀφέλλειν Hes. Opp. 33. φιλόπλουτον ἅμιλλαν αὔξειν Iph. T. 413. [9]) λατρείαν — τρέφειν Soph. Aj. 503. νηπιάας ὀχέειν Od. I. 297. ἄφρονα μῆτιν ἀείρειν Anth. Pal. IX. n. 642. etc. Tertium locum obtinent verba homoeosema, ὕβριν — τωθάζειν Himer. Or. VIII. 4, 592. ὕβριν — παροινεῖν v. Adn. 5. Atque hoc genus verborum Scholiastes Pindari Ol. X. 94. non inscite conjugatis aequiparavit, ὥςπερ φαμὲν ὑμνῶ ὕμνον [Aesch. Ag. 1485.] οὕτω καὶ τὸ κελαδήσομεν χάριν, id est, ὕμνον χαριστήριον, quanquam exemplum illud minus aptum est; nam

---

8) Ἄγειν νεῖκος Pind. P. IX. 54. κτύπον Eur. Or. 182. cui comparandum γόον ἠγηλάζειν.

9) Apollonius ap. Athen. VII. 283. F. πατρὸς ἐμεῖο συμφράδμονα θυμὸν ἀέξων. Nonnus XLVIII. 498. ὁμότροπον ἦθος ἀέξει etc. intransitive πένθος ἀέξει pro ὑπάρχει Quint. I. 117. Quibus conferri possunt verba consimilis significationis, ἐπενήνοθε, quod veteres interpretantur ἐπεστιν, ἐπίκειται, et τετροφέναι, non ut Homerus dixit, περιτέτροφεν ἅλμη, sed minus proprie τῶν ὤμων καθύπερθεν κύνεον κρὰς τέτραφε Simmias ap. Tzetz. Chil. VII. c. 144. κραδίην περιτέτροφεν ἄλγος Nic. Ther. 299. Ad idem genus pertinent πέρι κάλλος ἄητο, θάμβος ἄητο, δισσός μοι ἔρως περικίδναται Agath. Ep. XXV. νόος δέ οἱ αἴσιμος ἀμφιθέει Mosch. II. 107.

χάρις et κελαδεῖν nullam inter se habent significationis similitudinem. Sed utar alio: etymologice dicitur οἱ στρατιῶται πολλὰς μεταβολὰς μεταβάλλουσιν ὑδάτων τε καὶ τῶν ἄλλων σίτων Plat. Rep. III. 404. B. cum verbo auxiliari λαμβάνουσι πλείους μεταβολάς Theophr. Caus. VI. 6, 6. et ἀὴρ καὶ ὕδωρ τὰς εἰς ἄλληλα ποιεῖται μεταβολάς de Ign. I. 705. Jam pro hoc est ubi synonymum substitui possit, aut nomen μεταλλαγὰς — μεταβάλλει, aut verbum μεταβολὰς — ἀλλάττει, postremo, ubi usus fert, homoeosemanton μεταβολὰς — πλανᾶται vel simile quiddam. Si quis vero dicit πολλά σχήματα μεταβάλλει, id demum cum Pindarico χάριν κελαδεῖν conferri licebit, quia χάρις non proprie sed, si Scholiastam sequimur, per metonymiam significat κελάδημα χαριστήριον. Haec autem distinctio quorsum spectet, apparebit si dixero heterosema inter se conjungi posse, synonyma vero et homoeosema non magis quam conjugata, nisi apposito epitheto aliove temperamento. Itaque recte dicitur βασκανίαν νοσεῖν Heliod. III. 9, 121. sed ubi nomen meram verbi notionem iterat, additamento opus est, νόσημα θερμὸν νοσεῖν Galen. de Sanit. tuend. V. 11, 156. T. VI. de Diff. Morb. XIII. p. 15. T. VII. νόσον ἰδίαν νοσεῖν de Locc. Aff. II. 5, 423. T. VII. Plut. V. Nic. c. XVII. Simpl. in Epict. XIII. 140. neque aliter constare possunt synonyma et homoeosema πάσας νόσους κάμνειν Plat. Rep. III. 409. E. ἐὰν κάμνῃ τινὰ νόσον Aristot. Probl. V. 14. Sed νόσον κάμνειν, quod Buttmannus Sophocli tribuit, merito rejicitur ab Hermanno ad Phil. 281. Neque labefactant hanc regulam, quae Matthiae affert Gramm. §. 408. p. 745. (910.) quippe ex alio genere vocabulorum sumta, quod §. 2. tractavimus, vel relativo copulata, quo epitheton compensatur. Praeterea quae enotavimus contra regulam juncta, parum certa sunt. In Plutarchi V. Aemil. c. IX. μάχην ἐπολέμησε τὸ δεύτερον, adeo mendosi sunt codices, ut hinc argumentum duci non possit. Euripides Herc. 436. εἰ γὰρ σθένος ἥβων, nomen non pro adverbio σθεναρῶς vel ἡβητικῶς posuisse videtur, sed ita ut praepositione explanari possit κατὰ τὸ σθένος. Herodoti verba VIII. 74. περὶ τοῦ παντὸς ἤδη δρόμον θέοντες, Eustathius idemtidem affert, sed semper articulum

adjungit τὸν — δρόμον, quem qui hoc proverbio utuntur, non omittere solent, caetera variantes. Etenim brevissime dicitur περὶ ψυχῆς θεῖν Arrian. Ven. XVIII. 210. Dio Cass. LXXV. 6. p. 1261. cf. Siebelis. ad Paus. T. III. 67. plene τὸν περὶ ψυχῆς δρόμον θεῖν Arist. Vesp. 375. et omisso substantivo τὸν περὶ ψυχῆς θέειν Anonym. Progymn. c. XI. 637. T. I. ed. Walz. Synes. Ep. IV. 162. C. Eunap. V. Julian. p. 121. (p. 69. Boiss.) λαγὼς τὸν περὶ κρεῶν τρέχει Zenobius IV. 85. pro quo femininum articulum substituunt Photius, Suidas et Arsenius Viol. p. 331. ut Polybius dixit τὴν ἐσχάτην τρέχειν XVIII. 35, 6. alii aut verbum aut nomen commutant τὸν ὑπὲρ ψυχῆς ἀγῶνα τρέχειν sive δραμεῖν Dionys. Antt. VII. 48. Philostr. V. Apoll. VIII. 2, 322. πολλοὺς ἀγῶνας δραμεῖν Herodo. VIII. 102. Eur. Alc. 489. κίνδυνον οὐ τὸν ἐλάχιστον ὑπὲρ τῆς ψυχῆς τρέχειν Dionys. Antt. IV. 4, 642. τὸν ἔσχατον κίνδυνον θεῖν Plut. V. Fab. XXVI. ut Reiskius scripsit pro παρὰ τὸν —. Itaque non temere Eustathius articulum addit, quo non opus est nominibus iis, quae diversam a verbo significationem habent, δόλιχον τρέχειν Athen. XIII. 570. D. λαμπάδα ζωῆς δραμεῖν Epigr. Adesp. DCCXXXIV. οἱ τὴν λαμπάδα διαθέοντες Plut. V. Solon. c. I. atque haud scio an Herodotus περὶ τοῦ παντὸς ἤδη θέοντες scripserit omisso δρόμον, pro quo in codd. δρόμου scriptum est.

§. 4.

De genitivo autem, qui nomini verbali subjungitur, ut aliquid adjiciam, admoneor Matthiaei adnotatione ad Eur. Hipp. 810. (803.) ἐκλύσαθ' ἁρμούς, ὡς ἴδω πικρὰν θέαν γυναικὸς ἥ με κατθανοῦσ' ἀπώλεσε, haec, inquit, *lectio suspicione non vacat; neque enim θέαν ἰδεῖν dixisse videntur veteres, quum θέα sit actio spectandi, sed θέαμα, et θέα ac θέαμα absolute dici solent non adjuncto adjectivo.* Verum nihil frequentius est quam θέαμα δεινὸν ἰδεῖν vel cum alio epitheto Plut. V. Rom. XIX. V. Aem. Paull. XIX. Themist. Or. X. 135. A. Achill. Tat. IV. 20. Xenoph. Eph. III. 2, 78. Galen. Ther. ad Pis. XI. 252. minus tritum ὁρᾶν δυςθέατον θέαμα Aesch. Prom. 69. nec desunt constructionis etymolo-

gicae exempla: ὁράματα — ὁραθέντα [10]) Artem. I. 11, 24. θέαμα — θεώμενοι Athen. XIII. 607. D. Galen. de Us. Part. VIII. 10, 664. Zosim. I. 7. [11]). Nec θέα actionem videndi significat sed id quod sub visum cadit hisce locis: τὰς θέας — θεᾶσθαι Plut. V. Cat. XXXIX. ἐν τῷ θεάτρῳ θεῶνται τὴν — θέαν Dio Chr. XXXI. 631. ἐπὶ θέαν ἣν θεάσονται Zosim. II. 5. κατεθεώμην τὰς ἀμυθήτους θεωρίας τῶν ἐπὶ γῆς πάντων Philo de Spec. Legg. p. 776. B. et substituto synonymo ἰδεῖν τὴν ἡδίστην θέαν Heliod. V. 11, 187. εἴδομεν θέας θεαμάτων Herodian. III. 8. p. 68, 31. quos si quis auctores aspernatur, subvenit Plato Phaedr. p. 250. B. μακαρίαν ὄψιν τε καὶ θέαν εἶδον. Neque differunt διαπορεῖν κοινὸν ἀπόρημα Theophr. H. Pl. IX. 19, 4. et κοινὴν ἀπορίαν ἀπορεῖν Caus. I. 16, 9. ἡ ἀπορία ἣν ἀπορεῖς Plat. Prot. 324. D. πολὺ διάστημα διεστῶτες Athen. XI. 488. E. et τὴν ἴσην ἀφέστηκε διάστασιν Galen. de Simpl. Fac. I. 2, 169. T. XII. Sed illud potius disceptandum, quid significetur addito genitivo πικρὰν θεῶμαι γυναικὸς ὄψιν, cui multi sunt qui conferri possint loci, sed plerique ambigui. In Eur. Bach. 1184. (1230.) λεύσσω γὰρ αὐτῆς ὄψιν οὐκ εὐδαίμονα Hermannus amplectitur Scaligeri emendationem αὐτὴν scribentis, quo probato accusativi appositionis loco sunt, ut εἰσορῶ Πυλάδην ἡδεῖαν ὄψιν Or. 725. Et in Dionys. Antt. V. 25. ποθῶν αὐτοῦ θεάσασθαι τὴν τελευταίαν πρόσοψιν cod. Vat. praebet αὐτόν, ut legitur Eur. Helen. 564. ἰδοῦσά σε παννστάτην πρόσοψιν. Sed extant tamen certa genitivi exempla: οὐκ ἂν θεάσαιντο τὴν τοῦ καλοῦ ὄψιν Hermes Stob. Ecl. I. 22, 480. μόνον τὴν θέαν αὐτῆς πόῤῥωθεν ἀφορῶντες Plut. de Fac. Lun. XXV. 83. ἰδεῖν τὴν Ἀπόλλωνος ὄψιν Diog. III. 2. τὴν ὄψιν τοῦ σώματος προορᾶν Thucyd. VII. 44. His igitur locis omnibus nomina θέα et ὄψις significant θέαμα, rem in conspectu positam ut omisso genitivo

10) Linea interposita significat omissum a me epitheton.

11) Polyb. I. 26, 9. θεώμενος ὑπὸ τὴν ὄψιν, quod cum θεᾶσθαι ἐπ' αὐγὰς conferri nequit, in θέμενος mutandum; θεῖναι ὑπὸ τὴν ὄψιν III. 3, 6. et 98, 9.

φοβερὰν ὄψιν προσιδέσθαι Aesch. Pers. 48. *ὁρῶντας ὄψεις ἃς ἥδιστα ὁ νέος ὁρᾷ καὶ ἀκούει πραττομένας* Plat. Legg. X. 887. D. Itaque illud *γυναικὸς θέαν ἰδεῖν* sic accipiendum ut Aristot. H. Ann. IV. 8, 13. *ὀσφραινόμενοι τῆς ὀσμῆς αὐτῶν*. Sed quaeritur, num illis nominibus tum quoque uti liceat ubi ipsa, ut Matthiae vocat, actio videndi significatur. Id alienum quidem ab Euripidis, quo de agit, loco, quia ἡ *πικρότης* non inest in visu sive spectione sed in re, quae conspicitur; convenit vero in alterum *ἰδοῦσά σε παννστάτην πρόσοψιν*, cujus ad exemplum non verear dicere *ὀρθήν σε πρόσοψιν προσβλέπω* pro *ὀρθοῖς τοῖς ὀφθαλμοῖς*. Testem hujus constructionis proferre non habeo, sed similitudinem praebent verba affectuum. Etenim his quoque qui adjungitur casus persaepe ambiguum est, motumne animi intestinum denotet an rem, qua is excitatus est motus. Exempli causa *δέος ἀδεὲς δεδιέναι* Plat. Symp. 198. A. *κενὸν φόβον πτώσσειν, δεδοικέναι, φοβεῖσθαι* Oppian. Hal. IV. 590. Eur. Suppl. 548. Troad. 1165. et de timore intelligi potest et de terriculamento, nam *φόβος* in utramque partem dicitur. Jam vero in quaestionem venit, num Graeci ita loquuti sint *κενὸν φόβον αὐτὸν φοβοῦμαι* *frustra eum timeo*, vel cum genitivo *φόβον αὐτοῦ φοβοῦμαι*. Prius dici posse adducimur vocabulis aliorum affectuum, *φιλῶ μιν παντοίην φιλότητα, τοσοῦτόν σε ἔχθος ἐχθαίρω* v. Boisson. ad Aristaen. p. 528. *ἔλεον αὐτοὺς ἀνόνητον ἐλεῶ* Synes. Ep. LVII. 197. A. *ἔκπληξις ἣν ἐκπλήττονται οἱ ἄνθρωποι τοὺς τὰ μεγάλα πράττοντας* Philostr. V. Soph. II. 25, 612. *τῆς φιλίας, ἣν ἐφίλουν αὐτόν* Aristid. Or. XII. 89. T. I. Genitivum autem rei nullo modo admitti posse arbitror, sive additur substantivo adjectivum sive deest, nisi ita mutata significatione, ut genitivi in locum supponi possit adjectivum, ut in proverbio quod Schol. Eur. Or. v. 6. affert, *Ταντάλου φόβον φοβοῦμαι*, minime significatur Tantalum timeo, sed timeo id quod Tantalus pertimescere dicitur sive Tantalico quodam timore angor. In Ep. Petri III. 14. *τὸν φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε*, *terriculamenta eorum ne extimescatis*; Soph. Phil. 1251. *τὸν σὸν οὐ ταρβῶ φόβον*, *id quod timendum esse dicis non pertimesco*, cujus ad simi-

litudinem Terentianum illud *hunc scio mea gavisurum esse gaudia* reddi potest τὸ ἐμὸν γῆθος γηθήσει, ut τὰ ὅμοια ἐμοὶ χαίρων Achill. Tat. VII. 16, 167. commutari potest cum τὰς ἐμὰς χαρὰς χαίρει. Nec ab hac sententia dimoveor exemplo Lycurgi c. Leocr. p. 154, 49. οἱ ταῖς διανοίαις μὴ πτήξαντες τὸν τῶν ἐπιόντων φόβον, cujus loci insolentia jam dudum offendit Criticos, primum Reiskium qui διὰ τὸν φόβον correxit, tum Heinrichium, qui post πτήξαντες inseruit ἀλλ' ἀνδρείως ὑπομείναντας. Posteriores interpretes, quae pro tralaticia scriptura afferunt, ἀρὰς ἀνοσίους ἀρᾶσθαι, πράξεις βιαίους πράττειν et cetera hujus notae, nihil aliud comprobant, nisi eos ignorasse omnino quid disceptetur; neque Graserus, vir perspicax, satis errorem cavit Spec. Adv. p. 90. Verba per se ambigua sunt; nam et hoc significare possunt *nunquam eo timore perculsi quo qui hostes aggredi jubentur*, et illud οὐ τὸν ἀπὸ τῶν ἐπιόντων φόβον, sed nemo hinc colligat pro φοβοῦμαί σε dici posse τὸν φόβον σου φοβοῦμαι, nisi objective. Procopius autem Arc. I. p. 6. Orell. οὐδὲ (τὸ) τοῦ συνοικοῦντος δειμαίνουσα δέος, hoc significare videtur *ne mariti quidem* (regis) *majestatem reverita*, ut Maximus v. 325. Διὸς σέβοντες σέβας, Homerus Epigr. IX. αἰδεῖσθαι Διὸς σέβας, Aeschylus Eum. 700, τοιόνδε ταρβοῦντες σέβας, id est Areopagum; quanquam hoc ipsum nomen interdum animi affectum significat, ut et ὄπις in utramque partem dicitur et id in uno eodemque loco Od. XIV. 82. οὐκ ὄπιδα φρονέοντες οὐδ' ἐλεητύν, et paullo post καὶ τοῖς ὀπίδος δέος ἐν φρέσι πίπτει, illud de animi sensu, hoc de causa timoris ut Ἕρμεω ἀζόμενος δεινὴν ὄπιν Theocr. XXV. 4. θεῶν τρομέων ὄπιν Anth. P. Append. N. 129. id est ultionem. Item nego Σωκράτους vel τὸν τοῦ Σωκράτους ἔρωτα ἐρῶ valere pro simplici *amo Socratem*, sed id significabit aut id quod Socrates amat amo, aut Socratico aliquem amore amplector, ut ἡσθῆναι τὰς τοῦ σώματος ἡδονάς Synes. de Regn. p. 14. D. τὴν τοῦ δικαίου ἡδονήν Aristot. Nicom. X. 2. p. 1173, 30. ὕπνον νενικηκότος εὕδειν Plut. Alex. c. XXXII. λύκων ὠρυθμὸν ὠρύεσθαι Longus II. 26. θρηνεῖν τὸν τῶν κυνῶν θρῆνον Aelian. H. Ann.

X. 41. θαυματοποιοῦ ἔπαινον ἐπαινεῖσθαι Lucian. Zeux. §. 1. βάδισμα παρθενικῆς βαδίζειν Bion. XV. 20. τὴν Σειρήνων ὑπόσχεσιν ὑπισχνεῖσθαι Sext. c. Gramm. I. 223. ἴρηκος ἐρετμώσασα πορείην Nonn. XX. 252. στρατηγοῦ θάνατον ἀποθνήσκειν Plut. Comp. Sull. IV. qui genitivi genus quoddam rerum significant et cum adjectivis commutari possunt, ὀξὺν θάνατον ἀποθνήσκειν Plut. V. Crass. XXV. διπλοῦν θάνατον τέθνηκε Achill. Tat. I. 13, 25. τὸν ῥᾷστον θάνατον τελευτᾷν Dionys. Antt. IV. 76.[12]) et licentius etiam Nonn. VIII. 403. ὤλετο λόχιον μόρον, et XL. 121. ἀποφθίμενοι διερὸν δρόμον, cum verbo activo ὅ με κτείνας κρυπτὸν φόνον Epigr. Adesp. CCCCLXXV. φόνος ὃν τις φονεύει ἕτερον καὶ ὃν αὐτὸς ὑφ' ἑτέρου φονεύεται Schol. Eur. Hec. 332. Sed pro *Dionem occidit* nullo pacto dici potest τὸν τοῦ Δίωνος φόνον ἐφόνευσε, nam hoc significat aut ὅνπερ ὁ Δίων ἐφόνευσε τρόπον aut ὃν ὁ Δίων ἐφονεύθη, quo intellectu apponi potest praepositio ut Philem. Fr. CXVIII. 429. ἀπόλλυμαι κατὰ μυὸς ὄλεθρον, sed plerumque non necessaria et interdum plane importuna est ut Lucret. III. 570. *moventur sensiferos motus* et in Heracliti dicto ζῇ πῦρ τὸν γῆς θάνατον καὶ ἀὴρ τὸν πυρὸς θάνατον Max. Tyr. XLI. 4, 286.[13]) quod et reciprocari potest ἡ γῆ ἀποθνήσκει τὴν πυρὸς ζωήν vel φθείρεται τὴν πυρὸς γένεσιν, quam oppositorum et pugnantium conjunctionem minus mirabitur qui legerit Eur. Troad. 936. ἃ δ' εὐτύχησεν Ἑλλάς, ὠλόμην ἐγώ· et Liban. Decl. T. II. 415. ὁ τὴν ἐν Ἀρκαδίᾳ πενίαν πλούσιος. His ita explicatis inter omnes conventurum puto, παίδων στέργω πόθον Anth. Pal. XII. n. 145. etsi brevius dici potest παῖδας στέργω, tamen non hoc significare sed παιδικὸν ἔρωτα ἐρῶ sive ᾧ παῖδες στέργονται, *pueriles amores*

---

12) Hoc mire variavit Homerus ἀπωλόμεθ' αἰπὺν ὄλεθρον Od IX. 303. ἀπόλωλε κακὸν μόρον I. 166. κακὸν οἶτον ὀλέσθαι II. III. 417. φθίσεσθαι κακὸν οἶτον Od. XIII. 384. cf. Adn. ad Aj. 1058.

13) Alio modo dicitur τρεῖς ἐλάφους ζώει λακέρυζα κορώνη, *Nestora vivere*, quod Wyttenbachius ad Plut. Sept. Sap. 930. non inepte confert cum graeco τὸν ἡμίονον ἀρέχειν.

consector, ut de contrario genere amoris *στέργω θῆλυν ἔρωτα* Meleagr. Anth. XII. n. 41. Aeliani verba H. Ann. XIV. 25. *θήραν ἰχθύων ἐκείνην θηρῶσι* sic accipienda sunt quasi scriptum esset *ἰχθυοθηρίαν τοιαύτην*. Sed τὸ *Καλλιῤῥόης θήραμα θηράσας* Charit. VI. 4, 139. periphrasis est personae.

§. 5.

Quo frequentius est ipsum amoris nomen, tanto major copia talium dictionum, *ἐρᾷν ἔρωτα θερμόν, γενναῖον, σφοδρόν*, addito genitivo rei quae amatur Plut. Symp. II. Quaest. II. 10, 69. Galen. de Adm. Anat. I. 1, 25. T. V. Aelian. H. A. VI. 15. Lucian. de M. Peregr. §. 20. Themist. XVIII. 224. B. Oppian. Hal. V. 454. Julian. Misop. p. 347. B. Xenoph. Eph. II. 3, 34. Procop. Arc. IX. 74. Sed de hoc ipso casu incertum est unde pendeat, ex nomine an e verbo; pro illo afferi potest, primum quod casus personae saepe deest *ἐρασθῆναι παραπλήσιον ἔρωτα* Aelian. H. Ann. VI. 15. *οὗτος* (*ἔρως*) *ἐστὶν ὃν οἱ φαῦλοι ἐρῶσι* Plat. Symp. 181. B. et constructio verborum, quae genitivum non regunt ut *τήνου τὸν κλύμενον κατετάκετ᾽ ἔρωτα* Theor. XIV. 26. Alterum vero ne excludatur obstant loci ii, in quibus verbum relativo subjunctum est: *τοῖς μὲν μετεμέλησε τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβιάδου* Lucian. Scyth. §. 11. *ὁ ἔρως, ὃν τῆς Λαοδαμείας ἐρᾷ* Philostr. Her. II. 674. pro quo substitui potest *ὃν — ἔσχε* ut Eur. Hipp. 337. et quod in Plat. Phaedr. 240. D. *ἀκούων* (*ὁ ἐραστής*) *ἁπτόμενος καὶ πᾶσαν αἴσθησιν αἰσθόμενος τοῦ ἐρωμένου*, genitivus aperte a verbo regitur, non a nomine. Alia est de accusativo dubitatio, actionemne significet an objectum, quod dicitur, actionis. Quam in rem producam aliquot eorum verborum, quae statum et motum significant; nam haec quoque cum nominibus ejusdem vel etymi vel significationis conjungi solent: *ἀνάγκη τὰς πόλιας ταύτας θέσιν κέεσθαι νοσερωτάτην* Hipp. de Aer. et Locc. T. I. 531. (333. Lind.) *πόλις αὐτάρκη θέσιν κειμένη* Thucyd. I. 37. quod schema Scholiastes peritropen vocat; *στάσεις ἵστασθαι παραβόλους* Plut. de Soll. Ann. XII.

161. τὴν Ἰνοῦς στάσιν ἱστάναι Eur. Bacch. 883. ἀποστήσεσθαι διπλῆν ἀπόστασιν Thuc. III. 13. ἀναβῆναι τὴν ἀνάβασιν Plat. Rep. VI. 519. D. et cum duplici accusativo ἡ ἀνάβασις, ἥν Ξενοφῶν αὐτοὺς κατήγαγε Arrian. Alex. I. 12, 5. ἀσφαλῆ βάσιν στήσας τὴν κύλικα Athen. XI. 272. A. ἔχεις οὖν ὅ, τι χρήσῃ, ἢ ὅποι θήσεις (αὐτὰ) καλλίονα θέσιν; Plat. Rep. V. 479. C. Eodemque modo dici videtur προςκαθίζω θᾶκον οὐκ εὐδαίμονα Eur. Hel. 895. κλωπικὰς ἵζει ἕδρας Rhes. 895. id est θάκησιν, ἐνεδρείαν, ut Procop. Arc. XV. 114. προςεδρεύειν ἀνδραπώδη προςεδρείαν, unde non procul abest latinum *residere ferias denicales*, καθῆσθαι θάκους πενθητηρίους. Sed Aesch. Prom. 397. νέας θακεῖν ἕδρας, Eur. Troad. 108. ὦ μοι θάκους, οὓς θάσσω, magis ad significationem loci, ubi sedetur, inclinant, sicut σέλμα ἧσθαι etc. dicitur; τὸν ὑπασπίδιον κοῖτον ἰαύει Rhes. 740. alii de somno, alii de cubili accipiunt, adsumta praepositione. In eadem causa versatur nomen τάξις, quod modo actionem significat: ὑπὲρ αὐτοῦ στρατευέσθω καὶ τὰς πολεμικὰς ταττέσθω τάξεις Plat. Legg. IX. 878. D. quod uno verbo παρατασσέσθω absolvi poterat, sed similiter dicitur ut M. Anton. VI. 41. οὔτε θεῷ ἐγκαλέσαι οὔτε πρὸς ἄνθρωπον στῆναι στάσιν πολεμίου, modo locum λιπεῖν τὴν τάξιν, ἣν ἂν ταχθῇ ἐν τῷ πολέμῳ Aesch. c. Ctes. 381, 7. quod hic praepositione caret ut δεξιὸν τεταγμένοι κέρας Eur. Suppl. 657. alibi sibi adjunctam habet, ἐκλελοιπότες τὴν τάξιν, ἐφ᾽ ἣν ἐτάχθησαν Epict. Diss. I. 9, 24. εἴ με ὁ στρατηγὸς ἔταξεν εἴς τινα τάξιν Lysias p. 137, 33.[14]) quomodo Herodotus dixit IX. 20. ἔχοντες στάσιν ταύτην, ἐς τὴν (cod. ἐπ᾽ ἣν) ἔστημεν, nec raro libri variant v. Interpp. ad Lucian. Dem. Enc. §. 44. p. 429. T. IX. adeo nullo sententiae discrimine ut Plutarchus V. Phoc. XXVI. 27. utramque constructionem conjunxerit. ἀπολελοιπὼς ἣν ἐτάχθης ὑπὸ τοῦ στρατηγοῦ τάξιν καὶ πάλιν ἐφ᾽ ἣν σαυτὸν (i. e. αὐτὸς σὲ) ἔτα-

---

14) Idem bis genitivo usus est, τῆς πρώτης τάξεως τεταγμένος, quod Reiskius p. 524. non attentasset, si meminisset Athen. I. p. 5. E. τῆς τελευταίας τετάχθαι τάξεως.

ξας[15]). Haec igitur et similia nomina multorum locorum sententiam ita ambiguam reddunt, ut vix duo idem sentiant. Ita ex omnibus, quae ad Thucyd. I. 3. *τὴν στρατείαν ταύτην ξυνῆλθον* apponuntur exemplis, nobis ne unum quidem ad rem convenire videtur, sed conferendum potius Plat. Symp. 197. D. *τὰς τοιάσδε ξυνόδους μετ' ἀλλήλων ξυνιέναι* vel Dionys. Antt. IV. 27, 207. *παρατάξεις ἄλλας ἐπ' ἄλλοις συνίστασθαι* pro *παρατάξεις — παρατάξασθαι* Himer. Ecl. V. 25, 150. aliaque ad Aj. v. 290. allata. Item Aj. 979. *τὴν ἀφ' ἡλίου κέλευθον φανείς* sine dubio aliter intelligi debet, quam quod interpretes apponunt El. 1273. *φιλτάτην ὁδὸν φανείς*. Nam illud viam significat, quae calcatur, hoc itionem, adventum, *φιλτάτην ἄφιξιν ἀφικόμενος*, ut *βάσιν — ἐφίστασθαι* vi. ad Aj. v. 42. *προσόδια — προσιέναι* Arist. Avv. 858. *τὴν ἀπαλλαγὴν τοῦ βίου — ἀπαλλάξεται* Plat. Rep. VI. 496. E. Ceterum verborum, quae percurrimus, standi, sistendi, sedendi, surgendi, cum nominibus congenitis consociatio creberrima Grammaticos permovit, ut quae toties copulata vidissent, ea naturae quodam vinculo contineri crederent. Priscianus L. XVIII. 5, 56. p. 129. *quum dico curritur, cursus intelligitur, et sedetur sessio et ambulatur ambulatio; quae res in omnibus verbis absolutis necesse est ut intelligatur, ut vivo vitam, ambulo ambulationem, curro cursum;* quae exempla omnia ab ipso conficta sunt praeter quod Comici iratos ita loquentes inducunt: *faciam mei memineris dum vitam vivas*[16]). Prisciano affinis est Galeni error, qui quod Hippocrates aliquoties dixit *ἔβησσε ξηρὰ βήχια* de Morb. III. 317. T. II. etc. hinc argumentum duxit, idem substantivum, ubi desit, extrinsecus addendum esse de Diffic. Resp. II. 8, 858. T. VII. quod si valeret, omnibus similiter dictis adhibendum foret, *ἤμεσε ξανθά, πτύσει πέπονα, οὔρησε λευκόν* etc. Profecto si Aelianus H. Ann. XIV. 20. scripsisset *βήττουσι ξηράν* omisso

15) Schol. Aesch. Pers. 267. *τάξω αὐτοὺς τὸν μέγαν τρόπον — μὴ λάβῃς ἔξωθεν τὸ κατά, ἀλλ' ὡς φαμεν τάττω τάξιν.*

16) Apud Graecos nihil simile legitur; nam Plat. Tim. 89. C. *μέχρι χρόνου, οὗ βίον οὐκ ἄν τις εἰς τὸ πέραν βιῴη*, longius distat.

τὰ ἐργαστήρια Liban. Decl. p. 136. T. IV. ἀπὸ τῶν βιβλίων Lucian. adv. Ind. §. 16. p. 17. T. VIII. Neque id unquam proprie dictum reperi sic ut Alexandrini usurparunt Jerem. XXVI. 5. οἱ ἰσχυροὶ ἐκόπησαν καὶ φυγῇ ἔφυγον, quod genus multa apud illos reperiuntur, ἀπειλῇ ἀπειλεῖν, φθορᾷ φθαρῆναι, ἁφῇ ἀνάπτεσθαι haud aliena illa ab emphasis ratione sed aliena tamen a Graecorum graeciensium consuetudine: cui nihil fas est praeter ordinem affingi; quis enim, quia Latini dicunt occidione occidere, hinc argumentetur dicta esse quae nunquam leguntur, lectione legere, auditione audire, quod si unquam usurpatum esset, sine controversia idem valeret, quod famâ et auditione accipere, sive fando audire cum tacita oppositione eorum quae alia ratione accipiuntur. Atque hujus oppositionis sive verbis expressae sive cogitatione adumbratae vis ea est, ut oratio et gravior fiat et distinctior ut in Esaiae verbis VI. 9. ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε· quanquam politioris sermonis auctores hoc ἀκοῇ ἀκούειν usi non sunt sed synonymis vel homoeosemantis, ἀκοῇ τε κλύειν λεύσσειν τ' ὄψιν coram audire et praesentem videre Philoct. 1412. αὐτοὶ ὁρέομεν — λόγοις ἐπυνθανόμεθα Herodo. II. 148. et cum verbis dicendi οὐκ ἂν εἴποιμι λόγῳ Achill. Tat. VIII. 14, 188. verbis exprimere non possum vel ut Photius Cod. CLXXIX. 209. οὐδ' ἔστι λόγῳ παραστῆσαι, sed illo modo μείζω ἢ τῷ λόγῳ ἄν τις εἴποι Demosth. 68, 20. κρεῖσσον ἢ λέξαι λόγῳ Eur. Suppl. 844. Item cum verbis agendi ἣν ἔργῳ ταῦτα πράξῃς Isocr. Phil. p. 166, 120. et ἔργῳ ἐξειργάσαντο Dio Chr. Or. XX. 498.

§. 9.

Neque solum perspicuitatis ratio habita est et significantiae sed etiam, si verbo praecedenti aut sequenti nomen additum esset necessarium, aequabilitatis membrorum causa Graeci verbo, quod nullo additamento egeret, adjunxerunt nomen affine, λόγῳ εἰδέναι καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν Hipp. de Artico. p. 149. T. III. λόγῳ μὲν λέγουσι, ἔργῳ δ' οὐκ ἀποδεικνῦσι. Herodo. IV. 8. λόγῳ μὲν λέγουσιν — ἔργῳ δὲ ἐστὶν οὐδείς Paus. VIII. 11, 4. ὧν ἔργῳ πεποίηκε, τούτων ἐν λόγοις κρίσις

non videntur appositionis locum obtinere dativo δώροις ex verbo δέχονται pendente, sed potius ab hoc ipso regi δέχονταί μιν κοινωνίαν μαλθακὴν δώροις id est τοιαύτην κοινωνίαν sive δεξιὴν δι᾽ ἥσπερ κοινωνὸς ἔσται δώροις, ut Eur. Iph. A. 1181 δέχομαί σε δεξιὰν ἥν σε δέξασθαι χρεών Long. Past. IV. 5. ἐδεξιοῦντο αὐτὸν πᾶσαν δεξίωσιν. Et cum verbo neutrali Aristid. VIII. 54. θυσιῶν αὐτῷ κοινωνοῦσι τὴν ἀκριβῆ κοινωνίαν. Horum igitur constructio nihil ambigui habet. Sed nonnunquam tamen veteres ita loquuti sunt, ut, quo modo casus nominis cum verbo cohaereat, perdifficile sit divinare legentibus quidem; nam audientes facilius intelligerent. Sic Eur. Troad. 359 Ἑλένης γαμεῖ με δυστυχέστερον γάμον, in ambiguo est utrum hoc significetur γαμεῖ με δυστυχῆ γάμον ut νίκας καλλίστας νενικηκὼς αὐτούς Plut. V. Per. IX. et similiter dicta, an potius γαμεῖ με — δυστυχῆ γε γάμον, ut Plut. Lucull. XXXVIII. Σερουιλίαν ἔγημεν οὐδὲ ταύτην εὐτυχῆ γάμον, et nomine proprio postposito V. Sull. VI. γαμεῖ γάμον ἐνδοξότατον Καικιλίαν, et V. Mar. c. VI. γάμον ἔγημε λαμπρὸν οἰκίας ἐπιφανοῦς Ἰουλίαν, quam constructionem cur Schaeferus ad Vol. II. 94. nonnihil poetici coloris habere dicat, parum perspicitur. Sed de plerisque aliis verbis nulla esse potest dubitatio quin utrumque accusativum pariter regant, λοξὰς κινήσεις τὸν δάκτυλον κινοῦσι Galen. de Adm. Anat. II. 9, 61. μιμήσεις πονηρὰς μιμοῦνται τοὺς πολεμίους Plat. Legg. IV. 705. D. ἀσπάσασθαι τὴν θυγατέρα τοὺς τελευταίους ἀσπασμούς Dionys. Antt. XI. 37. ζημιώσω σε παντοίαν ζημίαν Julian. Ep. LXIX. 120. τῇ τιμῇ, ἣν ἐτίμα τοὺς — Dio Cass. LXX. 3. ὅτε σε ἐτίμησε τοιαύτην τιμήν Epict. Diss. I. 29, 49. ταύτην τὴν τιμὴν ἐκθειάσαντες τὸν πατέρα Herodian. IV. 3. πυρία αὐτὴν τρεῖς πυρίας Hipp. Mul. I. 712. T. II. τοῦτον ἔλουσε τὸ ἁγνὸν λουτρόν Procop. Arc. I. p. 6. ὁ πορφυρίων λούεται τὸ τῶν περιστερῶν λουτρόν Aelian. H. Ann. III. 42. ac frequentissime, παίειν et τύπτειν τινὰ πολλὰς πληγὰς et similia Antiph. Or. IV. 127, 1. Soph. Ant. 1308. Xenoph. Eph. III. 2, 35. τὸν Ἑλλήσποντον ἐπίκετο τριηκοσίας πληγάς Herodo. III. 35. ῥαπίζει με πληγὴν θυμοῦ

γέμουσαν Achill. Tat. I. 25. κτύπησας κρέκα μέλεαν σίλαγάν Eur. Or. 1466. ubi nescio cur Matthiae ex duabus constructionibus confusa dicat, quae legitime conjuncta sunt[18]).

§. 7.

Hac disputatione id actum est, ut infinitam exemplorum varietatem generatim describerem regulamque constituerem, qua licita et illicita judicentur. Sed quoties veteribus hac constructione sine audientium offensione uti licuerit et quo in genere scribendi, nostrae conjecturae non est, nisi quod apud historiarum scriptores, Thucydidem et Xenophontem multo pauciora, quam apud poetas, oratores et philosophos reperimus exempla. Obversatur haec scribenti Gersdorfii adnotatio, (*Beiträge zur Sprachcharacteristik des N. T.* p. 15.) orationem de Halonneso inscriptam a Demosthenicis cum aliis rebus, tum etiam immodico etymologicae syntaxis usu discrepare; nam decies positum esse verbum cum nomine cognato; Demosthenem autem id rarissime fecisse, nisi aut testium aut legum verba referret aut μιμητικῶς loqueretur aut cavillaretur aut ira effervesceret. Ex quo apparet Theologum doctissimum in ea fuisse sententia, ut hanc constructionem colorem quendam antiquitatis et significantiae habere crederet. Verum exemplis iis, quae attulimus, aliisque innumerabilibus perspicue intelligitur, eam ab omnibus in omni genere et ratione sermonis receptam planeque ordinariam et quotidianam fuisse. Atque illae tot tamque subtiles exceptiones et praescriptiones ne conveniunt quidem exemplis, quae verus et germanus Demosthenes in una, quam exempli causa nomino, oratione pro corona cumulavit: πόλεμον — πολεμεῖν p. 231, 24. πρᾶγμα — διαπράττεσθαι p. 233, 9. λόγους — λέγειν p. 240, 1. πάθος — πεπονθότες p. 241, 3. συμπολεμεῖν τὸν πόλεμον

---

18) Aristoph. Eqq. 995. τὴν δωριστὶ ἁρμόττεται τὴν λύραν. Bernhardy Eratosth. p. 55. inter certissima iterati articuli exempla refert conjungens τὴν δωριστὶ λύραν. Quae sit verborum constructio, clare docet Plat. Lach. 188. D. ἁρμονίαν καλλίστην ἡρμοσμένος οὐ λύραν ἀλλὰ —

p. 254. ἀρχὴν — ἄρχειν p. 264, 28. ἐπιδόσεις — ἐπιδοῦναι p. 285, 19. χάριτας — χαρίζεσθαι p. 306, 28. ἀγῶνα — ἀγωνίζεσθαι p. 314, 14. λειτουργίας — λειτουργεῖν p. 315, 20. λόγον ἐκ λόγου λέγειν p. 329, 19. quae omnia sine ulla aut affectus aut cavillationis significatione, neque ex aliena persona dicta sunt. In una pagina Or. c. Lacr. p. 939, 5. ter hoc schema recurrit; item ex una et continenti Platonis in Gorgia disputatione septendecim exempla proferri possunt, tria p. 520. duo p. 521. D. quatuor p. 522. B. totidem p. 523. unum p. 524. B. tria p. 525. Quid igitur fiet illi decreto, quod Schaeferus[19]), Weiskio orationis de Halonneso defensori, tanquam clypeum objecit? Certum est, quod Plato probaverit, Demosthenem non dedecere; ac ne suspicionem quidem molestiae, quam nobis haec densa eorundem verborum frequentatio offert, veteribus obortam esse, colligitur ex hoc, quod effugiis, quibus uti poterant multis variisque, usi non sunt. Subsistam in unius dictionis exemplo. Philostratus V. Ap. II. 29. p. 81. τὰς ἐρωτήσεις τῶν καταπλεόντων ἐποιοῦντο εἰ λῃσταί εἰσι, verbum auxiliare supposuit pro synonymo, quod legerat in Thucydidis loco sibi ad imitandum proposito I. 15. τὰς πύστεις — ἐρωτῶντες, alii conjugatum substituunt οἵας εἰκὸς τὰς πύστεις πυνθάνεσθαι Lucian. Alex. §. 32. πεῦσιν τινὰ πυθέσθαι Synes. Ep. LXVIII. 206. C. ἐρώτημά τι ἐρωτᾷ Aesch. c. Ctes. 64, 6. Plat. Gorg. 466. B. Hipp. de Fract. p. 79. T. III. Plut. de Sol. Ann. XXXV. 201. Philostr. V. Ap. VI. 10, 130. et ἐρώτησιν Galen. T. XVIII. P. I. 227. aut etiam nomine homoeonymo utuntur, τὸ πολλοὺς τοιούτους ἐρωτᾶσθαι λόγους Galen. de Sang. in Art. VII. 728. T. IV. Jam si quaeritur, quid horum omnium elegantissimum sit, difficile quidem est de Graecorum sensu judicium facere, sed hoc tamen in aperto positum, verba auxiliaria ad perspicuitatem et evidentiam nihil conferre, gravius autem eandem notionem bis iterari, verbo et nomine, quanquam crebro usu attenuatum est; postremo vocabulorum synonymo-

19) App. ad Dem. Vol. I. 180. Additamenta Gersdorfii p. 526. nescio an Schaeferum fugerint.

rum consociatione (*ἅλμα ὕστατον θορεῖν, ἤλυσιν πυκνὴν βαίνειν, τρίποδας ὁδοὺς στείχειν*) tantummodo formam orationis variari, homoeosema vero eam vim habere, ut actionis cujusque momenta et quasi gradus nota quadam propria distinguant. Velut illud Philostr. V. Ap. IV. 18, 150. *τῆς μήνιδος ἣν ἐμήνισας*, quis non sentiat differre aliquid ab Herod. V. 2, 205. *τῆς μήνιδος, ἣν ἀγανακτεῖ?* graviusque dici ab eodem II. 33, 101. *λυπεῖ με λύπην ἀνίατον*, quam Aristot. Nicom. VII. 4. *ἵνα μὴ πονήσῃ τὴν ἀπὸ τοῦ ἕλκεος λύπην?* distinctiusque *ἐρᾶν τὴν αἰσχρὰν ἐπιθυμίαν* Xenoph. Eph. II. 1, 31. et *ὀχθῆσαι μέγα πένθος* Quint. III. 451. quam cum verbis auxiliaribus et congeneribus? Sed his omissis, quae magis sentiri quam explicari possunt, ad alias hujus epallelias species transgrediar.

§. 8.

Accusativo objecti, de quo §. 1. dictum est, respondet dativus instrumentalis *βέλεσι βάλλειν* Odyss. XVI. 277. Zosim. III. 50. *κλῃῖδι κλεῖσαι* Od. XXI. 241. *ἱστᾶσι σταθμῷ* Herod. II. 65. *καλύπτρῃ καλύψασθαι* Quint. XIV. 45. *φέρεσθαι φορείῳ* Zosim. V. 2. etc. quae quum legimus, vix sensum capimus communis verbi nominisque originis. Nec raro additur adjectivum: *λυμαίνεται λύμαις ἀνηκέστοις* Herodo. VI. 12. *θυρῶσαι μεγάλαις θύραις* Arist. Avv. 613. *μεμύρωμαι μυρώμασιν ἀγαθοῖς* Eccl. 1152. *omnia vos bonis auctibus auxitis* Liv. XXIX. 27. omissum a Plauto Most. I. 3, 115. *unguentis unguenda*. Horum unum *θυρῶσαι θύραις* Bernhardy Synt. p. 193. diversa miscens pleonasmis adnumerat; quid vero redundat si dico *pugione eum pupugit?* Certe nec verbum, quod summam rei continet, nec nomen, quo demto illi necessarium subtrahitur complementum. Equidem ne illa quidem huc retulerim *στέφειν στεφάνῳ* Anth. Pal. VII. n. 657. *πλοίοις ἐπιπλώσαντες* Herodo. VIII. 129. quia naves longas intelligi noluit, sed magis in pleonasmi speciem incurrunt *πλωΐζεσκ' ἐν νηυσί* Hesiod. Opp. 634. *πρῆσαι πυρί* Homero placitum et Tragicis Antig. 201. Herc. 1151. *καθαιθομένῃ πυρί* Quint. I. 17. etc. illud complendis nu-

meris assumtum, hoc significantiae causa, ut opinor; et ex complementatis δεσμοῖς δῆσαι Eur. Heracl. 861.[20]). Plus vero offensionis habet dativus ille Aelian. V. H. VIII. 15. Χαιρωνείᾳ τοὺς Ἀθηναίους νίκῃ ἐνίκησεν Φίλιππος, pro quo vel μάχῃ ἐνίκησε vel νίκῃ μεγάλῃ ἐνίκησε dici oportebat, longeque aliud substituit Stobaeus hunc locum referens Flor. XXI. 6. p. 176, 29. ἡνίκα ἐνίκησε. Apud Dionem Cass. LVI. 3. p. 810, 78. ναυτιλίᾳ ναυτίλλεσθαι, τέχνας τε ἀσκῆσαι καὶ δημιουργίας ἐπιτηδεῦσαι, ubi praeferam quod Reimarus proposuit ναυτιλίας, quem casum scriptor addidisse ex supervacaneo videtur, quia caetera verba suo quodque accusativo instructa sunt. Praeterea quae repeiuntur dativi ex abundanti adjecti exempla, ea vero propriis quibusdam reguntur rationibus. Etenim aut nomen magis definitum est verbo, ut τὸ τάξει τεταγμένον Plat. Gorg. p. 506. D. *id quod ordine collocatum est*, γάμῳ γεγαμηκώς Dem. p. 1002, 12. *qui rite confecit nuptias*, υἱὸς γόνῳ γεγονώς p. 1095, 22. εἴ τις φύσει πέφυκεν ἀνδρεῖος Hipp. de Aër. et Locc. p. 554. φύσει πέφυκεν ὁ ὕπνος ψύχειν de Flat. p. 583. v. ad Phryn. 754. aut haec cumulatio ad emphasin pertinet certis formulis adjunctam, σπουδῇ σπουδάζειν Phot. Cod. LXXX. 113. quod cum πόνον πονεῖν §. 1. conferri licet; et contrarium παιδιᾷ παίζειν Plat. Phaedr. 265. D. quibus interpositum est σπουδῇ παίζειν v. Jacobs. ad Achill. p. 790. Tertium φυγῇ φεύγειν, quod persaepe legitur sed nunquam sic ut simplex φεύγειν de victis militibus, sed per translationem, fugientium modo, hoc est, omni contentione aliquid defugere atque abhorrere, φυγῇ φεύγειν τὸ γῆρας Plat. Conv. p. 195. B. ubi Rueckertus p. 122. pleraque aliena affert omissis necessariis φυγῇ φεύγει τὰ πράγματα Aristid. Or. Plat. II. 153. T. II.

---

20) Δῆσαι ἐν πέδαις Herodo. I. 86. Plat. Legg. IX. 882. A. Xenoph. Anab. IV. 3, 7. Aeschin. Fals. 340, 67. Plut. V. Artax. c. XVIII. quod Herodoto V. 77. recte restitutum videtur pro ἐς πέδας, eademque praepositio nuper addita est Arist. Eqq. 367. δῆσαι ἐν τῷ ξύλῳ, sed non desideratur Xen. Cyr. V. 1, 6. σιδήρῳ ἐδέδεντο. Ἐν δεσμοῖς δῆσαι Dio Cass. XL. 41. et πεδῆσαι Oppian. Cyn. II. 346.

τὰ ἐργαστήρια Liban. Decl. p. 136. T. IV. ἀπὸ τῶν βιβλίων Lucian. adv. Ind. §. 16. p. 17. T. VIII. Neque id unquam proprie dictum reperi sic ut Alexandrini usurparunt Jerem. XXVI. 5. οἱ ἰσχυροὶ ἐκόπησαν καὶ φυγῇ ἔφυγον, quod genus multa apud illos reperiuntur, ἀπειλῇ ἀπειλεῖν, φθορᾷ φθαρῆναι, ἀφῇ ἀνάπτεσθαι haud aliena illa ab emphasis ratione sed aliena tamen a Graecorum graeciensium consuetudine cui nihil fas est praeter ordinem affingi; quis enim, quia Latini dicunt occidione occidere, hinc argumentetur dicta esse quae nunquam leguntur, lectione legere, auditione audire, quod si unquam usurpatum esset, sine controversia idem valeret, quod fama et auditione accipere, sive fando audire cum tacita oppositione eorum quae alia ratione accipiuntur. Atque hujus oppositionis sive verbis expressae sive cogitatione adumbratae vis ea est, ut oratio et gravior fiat et distinctior ut in Esaiae verbis VI. 9. ἀκοῇ ἀκούσετε καὶ οὐ μὴ συνῆτε καὶ βλέποντες βλέψετε καὶ οὐ μὴ ἴδητε· quanquam politioris sermonis auctores hoc ἀκοῇ ἀκούειν usi non sunt sed synonymis vel homoeosemantis, ἀκοῇ τε κλύειν λεύσσειν τ᾽ ὄψιν coram audire et praesentem videre Philoct. 1412. αὐτοὶ ὁρέομεν — λόγοις ἐπυνθανόμεθα Herodo. II. 148. et cum verbis dicendi οὐκ ἂν εἴποιμι λόγῳ Achill. Tat. VIII. 14, 188. verbis exprimere non possum vel ut Photius Cod. CLXXIX. 209. οὐδ᾽ ἔστι λόγῳ παραστῆσαι, sed illo modo μείζω ἢ τῷ λόγῳ ἄν τις εἴποι Demosth. 68, 20. κρεῖσσον ἢ λέξαι λόγῳ Eur. Suppl. 844. Item cum verbis agendi ἢν ἔργῳ ταῦτα πράξῃς Isocr. Phil. p. 166, 120. et ἔργῳ ἐξειργάσαντο Dio Chr. Or. XX. 498.

§. 9.

Neque solum perspicuitatis ratio habita est et significantiae sed etiam, si verbo praecedenti aut sequenti nomen additum esset necessarium, aequabilitatis membrorum causa Graeci verbo, quod nullo additamento egeret, adjunxerunt nomen affine, λόγῳ εἰδέναι καὶ ὁμιλίῃ ὁμιλέειν Hipp. de Artic. p. 149. T. III. λόγῳ μὲν λέγουσι, ἔργῳ δ᾽ οὐκ ἀποδεικνῦσι. Herodo. IV. 8. λόγῳ μὲν λέγουσιν — ἔργῳ δὲ ἐστὶν οὐδεὶς Paus. VIII. 11, 4. ὧν ἔργῳ πεποίηκε, τούτων ἐν λόγοις κρίσις

γίνεται Dem. c. Lept. 483, 22. λόγῳ εἰρημένα — ψήφῳ κεκριμένα c. Euerg. 1146. καὶ λόγῳ δημηγορεῖν καὶ ἔργῳ ποιεῖν Dio Cass. XLVI. 22. ἀνατετράφθαι τὰ ἐν τοῖς λόγοις φαντάσματα ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς πράξεσιν ἔργων Plat. Soph. 234. E. ὅσα μὲν λόγῳ εἶπον — τὰ δὲ ἔργα τῶν πραχθέντων Thuc. I. 22. etc.[21]) Quae cavendum est ne cum dissimilibus componantur. Differt enim Soph. Phil. 55. ὅπως λόγοισιν ἐκκλέψεις λέγων eo quod dativus non ex participio pendet sed utrumque ex verbo finito, ut Plat. Legg. X. 885. B. ὅσα λόγῳ καὶ ὅσα ἔργῳ περὶ θεοὺς ὑβρίζει λέγων ἢ πράσσων. Gorg. 512. E. καταχώσειεν ἂν ὑμᾶς τοῖς λόγοις λέγων καὶ παρακαλῶν. — Phaedon. p. 75. D. ἐπισφραγιζόμεθα ἐν ταῖς ἐρωτήσεσιν ἐρωτῶντες καὶ ἐν ταῖς ἀποκρίσεσιν ἀποκρινόμενοι. Galen. de Temper. II. 6, 627. T. I. οὐ γάρ ἐστιν οὐδ' ἁψάμενον ἁφῇ οὔτ' ὀφθαλμοῖς θεασάμενον ἐξευρεῖν τὴν κρᾶσιν, quod quomodo accipiendum sit, manifestius faciunt imitatores, Alexander Trall. VIII. 1, 388. οὔτε τοῖς ὀφθαλμοῖς θεάσασθαι οὔτε τῇ ἁφῇ ἐπιστῆναι δυνατόν· et Stephanus in Hipp. T. I. 89. ἁπτομένοις τῇ ἁφῇ καυσώδης ὑποπίπτει ἡ θερμασία, ubi genitivus participii substitui potest.[22]) Itaque neminem hoc errore implicari oportet, ut Graecos germanos ἁφῇ ἅψασθαι sic dixisse autumet, ut Alexandrini solent χαρᾷ χαίρειν, ἐπιθυμίᾳ ἐπιθυμεῖν, φόβῳ φοβεῖσθαι, a quo diversa sunt longeque differunt φόβῳ πεφοβημένος Ἥρης Nonn. XXX. 251. ἐκφοβηθεῖσ' αἰχμα-

21) Male λόγῳ interpretantur *in orationibus publicis* (ἐν τοῖς λόγοις) maleque τὰ ἔργα τῶν πρ. quasi per se consisteret, cum λέκτρον εὐνῆς conferunt. Plato Legg. V. 736. B. λόγῳ — οὐκ ἔργῳ πραττόμενα, Soph. Phil. 546. οὐ βουλεύματα, ἀλλ' ἔργα δρώμενα, Demosth. 185, 11. τὰ διὰ λόγου φοβερὰ — ἔργῳ πραττόμενα. Paullo aliter Antiph. 125, 3. οἱ λέγοντες — ἡ πρᾶξις τῶν ἔργων, quod dici poterat τὰ ἔργα τὰ πραχθέντα Dem. 476, 15. τὰ ἔργα καὶ τὰ πεπραγμένα ib. 393, 21. et 540, 1. Αἱ ἀλήθειαι τῶν πραγμάτων Isocr. ad Nic. 24, 46. τὸ ἔργον τοῦ δικαιώματος Thuc. VI. 79.

22) Hipp. de Vuln. Cap. p. 357. T. III. ταῦτα καὶ τοῖσιν ὀφθαλμοῖσι καταφανέα ἐστιν ὁρῶντα γινώσκειν, duo postrema epexegesin continent utique supervacaneam.

λωτίδος φόβῳ γυναικὸς Eur. Andr. 962. etsi in utroque genere dativus a verbo regitur. Eodem modo synonyma conjunguntur Plat. Legg. III. 413. C. μεταδοξάζουσιν ἢ ὑφ' ἡδονῆς κηληθέντες ἢ ὑπὸ φόβου τι δείσαντες, quae composita sunt ἐκ παραλλήλου, *ex timore — si quid pavent.* Verum ambigua videtur constructio Soph. Trach. 175. ἐκπηδᾶν φόβῳ ταρβοῦσαν, et Oed. C. 1625. ὀρθίας ἔστησαν τρίχας φόβῳ δείσαντες, neque satis apertum Plat. Legg. XI. 933. C. καθάπερ παῖδας τοὺς πολλοὺς τῶν ἀνθρώπων δειμαίνοντες φοβοῦσι, utrum participium, ut interpretes statuunt, ad παῖδας referri oporteat, an absolute positum sit *terricula objicientes*, conjunctis synonymis ut paullo post p. 934. ἐν φόβοις δειλίας, Aesch. Sept. 225. φόβος ταρβόσυνος etc. Verum δείματι πεφρίκασι Apollon. IV. 1339. ὀργῇ χολωθείς Eur. Dan. Prol. 40. ita copulata sunt ut latina *timore perterritus, terrore pavens*, neque non poterat ille verbo finito uti, sicuti γόοισιν ἐξῴμωξε Antig. 428. τεθρήνηται γόοις Phil. 1401. θεῖν δρόμῳ Thuc. IV. 31. VI. 100. Xen. Hell. V. 4, 51. Arist. Avv. 192. Plut. Comp. Philop. c. II. Appian. Annib. c. XXXIX. Synes. Ep. CIV. 245. C. aliisque locis v. Merrick. ad Tryph. v. 299. pro quo nusquam legi δρόμῳ δραμεῖν sive τρέχειν, quemadmodum Latini loquuntur *curriculo currere*, sed accusativus ita invenitur epitheto adjunctus Liban. T. I. 689. ἔτρεχες δρόμον ὑπὸ θεῶν ἐπαινούμενον.

§. 10.

Ad has rationes distinctionis oppositorum et concinnitatis incisorum accedit tertia, quam nescio quo modo appellem, nisi attractionem (ut recepto utar) notionum. Hujus generis sunt nomina membrorum, quibus agimus et sentimus apposita verbis agendi et sentiendi qua conjugis qua sejugis, ποσσὶ πηδᾶν, στόματι ᾄδειν, ὄμμασι θεᾶσθαι Eur. Ion. 232. ὄσσοισιν ὁρωμένῳ ἀπροτιόπτος Maneth. II. 19. de quo breviter dixi ad Aj. p. 223. Hisque non absimilis parallelia substantivorum generalium et adjectivorum specialium τῷ χρώματι μέλας Theophr. Hist. Pl. III. 18, 12. πυῤῥὸς τὴν χρόαν Paul. Aeg. I. 95. Lucian. Fug. §. 19. p. 321. τῇ χρόᾳ φαιόν Athen. IX.

371. A. φαιοὶ κατὰ τὴν χρ. Galen. de Simpl. Fac. XI. 49, 367. T. XII. λευκὴ κατὰ χρόαν Diosc. Mat. I. 1, 10. quod nomen cum verbo infinito commutari potest λευκὸς ἰδεῖν Plat. Tim. 83. D. *niveus videri*, neque raro in quarto ponitur casu cum adjectivo ejusdem stirpis vel simplici πλῆθος πολλὰ Hipp. de Carn. 425. T. I. πολλὰ πλήθει Plat. Phaedon. 111. A. πλήθει πολλά Pherecr. Athen. III. 96. B. Lucian. Zeux. §. 8. πλήθει πλείους Aristot. H. A. VI. 2, 5. Theophr. Caus. I. 17, 3. κόσοι πλῆθος Herodo. I. 153. τοσοῦτοι τὸν ἀριθμόν I. 180. ut latini *totidem numero*, et cum numeralibus ipsis *tria numero*, quod Graecis usitatissimum, licet damnet Bernhardy Synt. p. 119. τρία τὸν ἀριθμόν etc. Arist. Avv. 1243. Demosth. p. 425, 17. Aristot. Pol. V. 2, 3. Paus. III. 5, 3. etc. ac majore etiam abundantia Diod. XVII. 77. τὸν ἀριθμὸν οὐκ ἔλαττον οὔσας πλήθει τῶν —. Tum nomina quantitatis: μεγέθει μέγιστος Aristot. H. Ann. V. 19. (22.) 1. μεγάλη τῷ μεγέθει Mirabb. c. CXIV. μικρὰ τὸ μέγεθος de Part. Ann. III. 14. p. 675, 28. μικρὸν τοῖς μεγέθεσι Meteor. I. 3. p. 339, 34. pro quo posteriores μικρομεγέθης susceperunt, Soran. de Muliebr. p. 85. Xenocr. de Aquat. c. 26. τὸ μέγεθος μέγας Achill. Tat. II. 15, 39. βαιοὶ τοῖς μεγέθεσι Athen. III. 118. C. μικκὸς μᾶκος Arist. Ach. 909. etc. cf. Wyttenbach. ad Plut. T. I. p. 56. Wesseling. ad Herod. I. 51. Ellendt. ad Arrian. T. II. 222. Siebelis ad Paus. T. I. 256. qui quod T. III. 272. scienter adnotat Pausanian in hac constructione adjectivum subjungere substantivo, non in universum valere vel ista exempla approbant, ex quibus simul illud intelligitur, quantopere casus, numerus, articulus varientur. Cetera per mantissam addam: σκάζων τὼ πόδε Clem. Protr. I. p. 2. (6.) τραυλὸς τὴν γλῶσσαν Liban. V. Demosth. p. 4, 1. ὀφθαλμὼν τυφλός Hipp. Praedict. II. 185. T. I. tum composita τὸ χρῶμα λευκόχρως Id. π. Ἀφορ. p. 30. T. III. εὐώδες τῇ ὀσμῇ Aristot. Mirab. c. XII. εὔωπις τὸ ὄμμα Aelian. H. Ann. VIII. 12. χαροποὶ ἐξ ὄμματος Poll. V. 69. sive ταῖς ὄψεσι Geopp. XIV. 16, 2. XVIII. 1, 3. ἀμβλυωπὸς τὰς ὄψεις Athen. X. 435. E. cui similis est verbi constructio κατηφῶ (κατωπιῶ) ὄμμα Eur. Med. 1012. Et ex alio genere Ἀργεῖος γένος v.

Dobr. ad Arist. Avv. 108. qui similiter *πάχος*, *μῆκος*, *πλάτος*, sine articulo poni scribit nescio utrum ab omnibus an ab illis quos nominat; si prius, errat. Hinc non procul distant *παραῤῥητοὶ ἐπέεσσι*, in quo postremum redundare animadvertit Eustathius 769, 58. *ἀδύνατον ῥηθῆναι λόγῳ* Basil. de leg. script. XVI. 64. ed. Sturz. et cum infinitivo verbi vel syzygi vel synonymi *πιθανὸν πιστεύεσθαι* Maxim. Tyr. XVI. 1. 286. *οὐ φατὸν λέγειν* Arist. Avv. 1696. *οὐ ῥητὸν αὐδᾶσθαι* Aesch. Prom. 766.[23]) Huic ad speciem quamvis simile Aristid. Or. XX. 261. T. I. *οὔτε λόγῳ ῥητὸν οὔτε ὄψει βεβαίως καταληπτόν*, re differt plurimum quippe exaequandae periodo ascitum ut Hipp. de Art. p. 151. T. II. *οὐκ ὄψει ἰδεῖν οὐδ' ἀκοῇ πυθέσθαι*, Leg. p. 7. T. I. *ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν καὶ γνώμῃ νοῆσαι*, De dieb. jud. 154. T. I. *ὁκοῖα καὶ τῷ σώματι ἐποίεε καὶ τῇ γλώσσῃ ἔλεγε*, Thucyd. II. 34. *γνώμῃ τε μὴ ἀξύνετος εἶναι καὶ ἀξιώσει προήκειν*, Aelian. H. Ann. VI. 63. *καὶ ἰδεῖν ὀξυωπέστατος καὶ ὤκιστος ἀκοῇ*, Diod. XII. 43. *νέος μὲν τὴν ἡλικίαν ἀλκῇ δὲ διαφέρων*, Lucian. de Luct. §. 16. *φαλακρὸς τὴν κεφαλὴν καὶ τὴν ὄψιν ἐῤῥυτιδωμένος*, Herodo. III. 110. *τὰ θηρία καὶ τέτριγε δεινὸν καὶ ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα*, Plut. de Def. Oracc. VIII. 311. *πρεσβύτατον χρόνῳ καὶ δόξῃ κλεινότατον*, Lucian. Hipp. §. 5. *ὕψει ὑψηλότατος καὶ φωτὶ φαιδρότατος*, Aret. Cur. Acut. I. 6, 220. *εἰς μάλθαξιν κοιλίας μαλθακώτατα καὶ εἰς δύναμιν δυνατώτατα*, sed omissa praepositione mixtisque casibus Aelian. H. Ann. IV. 19. *καὶ ἀλκὴν ἄλκιμοι καὶ ψυχῇ θυμοειδέστατοι*, Aret. Sign. Diut. I. 15, 117. *χροιῇ μελάγχλωροι καὶ βρομώδεες τὴν ὀσμήν*. Et in periodo tricolo Lucian. de Dom. §. 1. *μεγέθει μέγιστον καὶ κάλλει κάλλιστον καὶ φωτὶ φαιδρότατον*, Theophilus Ath. XII. 563. A. *κάλλει καλῆς, μεγάλη μεγάλης, τέχνῃ σοφῆς*, ex quo Grammatici nostri vitiose colligunt *κάλλει καλός* seorsum dici posse ut *μεγέθει μέγας*, pro eo ac si ut magnitudinis, ita pulcritudinis quoque diversi sint quasi gradus et sua cuique

---

23) Similiter verba ostendendi et videndi componuntur: *δεικνὺς ἀθρῆσαι* Maneth. IV. 465. *δηλώσοιμ' ὁρᾷν* Oed. T. 792. *τεκμαίρει ἰδεῖν* Pir Nem. VI. 14.

mensura. Eadem verborum ratio: τοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδὼν ἢ τοῖς ὠσὶν ἀκούσας ἢ μυκτῆρσιν ὀσφραινόμενος Philo de Merc. Meretr. 862. D. Tetracoli exemplum praebet Maximus Tyr. XVII. 9, 329. ἀόρατον ὀφθαλμοῖς, ἄῤῥητον φωνῇ, ἀναφὲς σαρκί, ἀπευθὲς ἀκοῇ. In monocolis autem si qua reperiuntur adjectiva synonyma, quae neque quantitatem significant neque numerum, substantivi potestas circumscripta est proprio epitheto ἐναγὴς τοσούτοις ἄγεσι Phalar. Ep. VIII. 42. θηριώδη δειλίαν δειλὸς Aristot. Nicom. VIII. 6. p. 1149, 8. κακὸς πᾶσαν κακίαν Plat. Civ. VI. 420. D. ποικίλον πάσας ποικιλίας Tim. p. 59. D. τὴν μείζω σοφίαν σοφός Apol. p. 20. D. τὴν αὐτὴν δουλείαν δοῦλος ἦν Epict. IV. 1, 9. quod congruit cum verbi usu τὴν — δουλείαν δουλεύει, sicut ἀκίνητος τὰς πάντας κινήσεις Plat. Tim. p. 40. B. non aliter dicitur quam πᾶσαν κίνησιν κινεῖται Theaet. p. 181. E.

§. 11.

De quarta quadam constructionis etymologicae ratione quid putem, non quid contendam, ponam. Etenim Aristophaneum illud πόνῳ πόνηρος Arist. Lys. 466. Vesp. 466. quod Photius ad epitasin refert, σφόδρα πονηρός, parechesis gratia sese insinuasse videtur; idemque suspicor in causa fuisse, cur γονῇ γενναῖος Soph. Oed. T. 1469. γένει γενναῖος Plat. Soph. p. 251. B. γένος γενναῖος Himer. Or. VII. 15, 538. inter se consociarentur. Nec vero eam infitias et primum illud, quod cum πόνους πονεῖν contendi potest, et cetera in epitasin vergere saepeque ambiguum esse ex pluribus rationibus quaenam praevaleat. Homerica ista ὀφθαλμοῖσιν ἰδον et οὔασι πάντες ἄκουον Scholiastae Il. IV. 434. abundanter dici narrant ut τάφρος ὀρυκτή, γάλα λευκόν etc. sed ad XII. 442. οὔασιν ἀκούειν pleonasmi specie eximunt, μὴ παρ' ἑτέρων, ἢ προθύμως. Neque otiosum est Thuc. II. 11, 10. ὁρᾷν τι ἄηθες ἐν ὄμμασι, Aristot. Mir. c. CLX. ἀνυπομόνητον τῇ ὄψει θεᾶσθαι, et alibi κατ' ὄψιν ἰδεῖν cf. Schaefer. ad Plut. T. V. 365. Bremi ad Aeschin. T. I. 154. additoque pronomine ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσι Oppian. Cyn. III. 482. μηδ' ἔτι σοῖσι πόδεσσιν ὑποστρέψειας Il. III. 407. Idem de multis aliis quaeri

et disceptari potest. Namque similis conjunctorum sonus atque significatio et ad aures fortius accidit et animum diutius in eadem cogitatione defigit et persaepe intellectum adjuvat orationemque acriorem reddit et instantiorem.

§. 12.

His transactis reliquas tropi etymologici formas percurram breviter. Schaeferus in Plut. V. Fab. c. V. si verba *μετέωρος — ἐπῃωρεῖτο* consocientur, vix tolerabilem fore pleonasmum judicat ad Vol. I. 361. Verum enim vero nihil frequentius est: *μετέωρος αἴρεται* Aristoph. Pac. 80. Phot. Cod. CLXXXIV. 217. *μετέωρον αἴρειν τινά* Ar. Eqq. 1367. Aelian. H. Ann. VIII. 10. M. Anton. XII. 24. *μετήορον ἀνάειρε* Hom. H. in Merc. 135. *μετέωρον αἰωρηθῆναι* Hipp. de Articc. p. 251. T. III. *μετάρσιον ἐπαίρειν* Eur. Hec. 1284. multisque aliis locis et simplex verbum *αἴρειν* et composita cum adjectivo suae stirpis copulata reperiuntur v. Aristot. Mirab. c. 92. Apollod. II. 5, 11. Philo de Creat. Princ. 735. C. de Fort. 738. C. Athen. VIII. 333. C. Julian. Or. I. 23. C. III. 122. D. Liban. Decl. T. I. 291. Procop. Arc. XIII. 104. Bell. Pers. I. 25. p. 76. etc. nec discrepat latinum *nolo plebem suspensam —pendere* Cic. Agr. II. 25. Juxta hoc frequentissimo usu celebratur *λοιπός* sive *λοιπὸν λείπεται* Appian. Civ. V. 135. Heraclid. Alleg. XIX. 65. Julian. Or. I. 48. A. IV. 164. A. Epict. III. 7, 9. et apud ipsum Isaeum de Ciron. p. 70, 32. *λοιποὶ καταλελειμμένοι.* Neque minus certo foedere juncta *ἔκδοτον δοῦναι* Demosth. 692, 16. Galen. de Cogn. Anim. morb. IV. 523. T. VI. Xenoph. Eph. II. 6, 38. Hippocr. Ep. p. 774. T. III. *ἔκδοτον παραδοῦναι* Dionys. Antt. II. 72. VIII. 27. [*ἐκδότους ποιεῖν* Herodo. III. 1. Aeschin. c. Ctes. p. 74, 42. Aristid. Or. XXXIII. 412.] tertiumque *ἐξώλης ἀπόλοιο* et *πανώλεθρος* sive *πανωλεθρίᾳ ἀπώλετο,* quorum exempla omnibus in promtu. Cetera uno fere exemplo, ad summum duobus cognita, *τέλεον ἀποτετέλεσται* Plat. Civ. IV. 443. B. et compositum *αἰχμάλωτος ἁλούς* Appian. Civ. V. 142. Aelian. H. Ann. XIV. 10. pro quo Aeschines *δοριάλωτον εἷλε* p. 219, 1. Herodianus *αἰχμάλωτος ληφθείς* V. 4. praetereaque *τοὺς λό-*

γους μακροτέρους οὐ μηκύνωμεν Thuc. IV. 17. quod ut κόμην ταναὸν ἐκτενῶ Eur. Bacch. 786. exemplis prolepsis adnumerari potest, quae ad Aj. v. 517. attuli; aliaque poetica θηρῶν ζυγίας ζεύξασα σατίνας Eur. Hel. 1330. κάμπυλον ἴχνος ἔκαμψε Nonn. XII. 364. φοβερὸν βέλος ἀμφεφόβηθεν Quint. XI. 117. πορφυρέοις ῥοθίοισιν ἐπορφύροντο χαράδραι Nonn. XLVIII. 53. φλογέῳ συνέφλεξε κεραυνῷ Theocr. XXII. 121. οὐ ποδὶ χρησίμῳ χρῆται Soph. Oed. T. 878. λαμπρὸν ἐκλάμπει σέλας Eur. Dan. I. 3. φῶς ἐπιλάμψαν λαμπρόν Jamblich. de Myst. III. 2. p. 60, 31. λαμπρὰ διαλάμπει ἡ εὐσέβεια Phot. Cod. 229, 427. λαμπρὸς ἐξέλαμψεν ἥλιος Eumath. XI, 508. cum participio Nonn. XIV. 345. μεθέηκε καθειμένα βόστρυχα χαίτης. Participii vero cum verbo copulatio peregrinitatem redolet ut εὐλογῶν εὐλογήσω σὲ καὶ πληθύνων πληθυνῶ, δοθεῖσα παραδοθήσεται, ἐρχόμενος ἥξει,[24]) quaeque christiani scriptores hinc expresserunt ὁ θεὸς διαῤῥήσσων διέῤῥηξε τὴν βασιλείαν αὐτοῦ Anna Alex. L. III. 80. C. σώζων σῶζε τὴν σαυτοῦ ψυχήν Euseb. Hist. Eccl. VI. 45, 319. quod Suidas affert s. Ὁσίων. Apud graecae linguae auctores quae leguntur specie similia, haec sunt. Primum homericum Il. XX. 316. ὁπότ' ἂν Τροίη μαλερῷ πυρὶ πᾶσα δάηται δαιομένη, δαίωσι δ' ἀρήϊοι υἷες Ἀχαιῶν, quae congeries ad amplificationem pertinet quasi saepius erumpente affectu. In ceteris participii alia est ac verbi significatio; quod clarissime apparet Herodo. III. 72. οἶδας εἰ μὴ ἰδὼν ἀλλ' ἀκούσας, vel si οἶδα ἰδών significat *memini me videre, scio me vidisse* Athen. VI. 226. E. v. Siebelis ad Paus. T. I. p. 81. minus clare ἰδὼν εἶδον Lucian. Dial. Mar. IV. 3. p. 101. T. II. quod pro αὐτὸς εἶδον vel ὄψει εἶδον Dionys. Antt. II. 60. ὀφθαλμοῖς εἶδον Heliod. IV. 19, 167. positum videtur. Rursus apertum est verbi et participii discrimen si dicitur φεύγων ἐκφεύγει fuga evadit Herodo. V. 95. Plut. V. Anton. LXIV. ἐκφυγὼν — ἔφυγε Diod. XVII. c. 83. φυγὼν — διέφυγε c. 102. addito praesertim accusativo rei, qui quid momenti afferat, ex aliis quoque cognoscitur exemplis, ut

---

24) Longe diversum est Herodo. VI. 30. εἰ ἄχθη ἀγόμενος παρὰ Δαρεῖον.

Nonn. XL. 286. ἀθαλπὲς νάσσατο γαίῃ — ναίων ὑπὸ σφύρα Ταύρου. Pro περιθρέξει τὴν λίμνην τρέχων Arist. Rann. 198. nuper codicum potiorum scriptura κύκλῳ ascita est, nec culpabilis tamen vulgata, si pro περίεισι τρέχων accipiatur, quomodo saepe synonyma componuntur μὴ καταπλαγεὶς δείσῃς Philo de Fort. 743. C. et verso ordine μὴ δείσαντες ἐκπλαγῆτε Soph. Phil. 226. Eur. Or. 911. θεᾶσθαι δ' ὧδε χρὴ τὸν προστάτην ἰδόντα. Cum participiis et adjectivis proximam cognationem habent adverbia, quae Latini frequentissime verbis ejusdem etymi adjungunt, *madide madere*, *nitide nitere*, *cursim currere*, *celeri celerari* etc. sed hi magis annominationis causa, Graeci autem ad definiendam vim verbi: κλήδην κικλήσκειν, quod cum ὄνομα ὠνομάζετο Ἕλενος Soph. Phil. 605. aliquatenus cohaeret, Eustathii vero sententia attice et etymologice dictum est p. 732, 55. ἀπλήστως ἐμπλησθεῖσα Diod. Fragm. XXVI. 368. T. IX. ἐῤῥωμένως ῥωσθεῖσα Plat. Phaedr. 238. C. δίκαι δικαίως δικαζόμεναι Xenoph. Cyr. VIII. 8, 13. ἐξεπίτηδες ἐπιτετηδευμένον Galen. in Prorrh. L. I. Comm. II. 93, 693. T. XVI. στάδην ἑστῶτες Plato comicus Athen. XIV. 628. E. ἀποδάκνειν ὀδάξ IV. 138. E. φοράδην φέρειν Herodian. III. 14. Niceph. Greg. Hist. VIII. 1, 175. et hoc frequentius εὐφόρως φέρειν Hipp. de Articc. p. 144. T. III. Epid. IV. 533. Aphor. p. 711. Aret. Sign. Diut. I. 9, 99. Galen. de opt. sect. c. XLI. 333. T. II. Simplic. in Epict. IX. 99. quod Sophocli restituit Brunckius Phil. 872. omniumque frequentissimum ἄρδην ἀναιρεῖν Polyb. XXI. 9. Diod. XIII. 30. Plut. V. Cat. Min. XXII. Galen. adv. eos qui de typ. II. 481. T. VII. Sext. Hyp. II. 1, 67. M. Anton. III. 3. Julian. Or. I. 43. D. etc. postremo, quod philosophorum scholas personat, τὰ ὄντως ὄντα. Horum autem adverbiorum pleraque a verbi significatione adeo discreta sunt, ut legentes facilius praeterlabantur, quam ipsa synonyma ὄψει ἐνωπαδίως ἐσίδεσκε Odyss. XXIII. 94. κρυφῇ κεύθειν et καλύπτειν Soph. Adverbii loco dativum posuit Hippocrates de Flat. p. 578. T. I. βίᾳ γὰρ τὸ αἷμα βιαζόμενον διὰ στενῆς ὁδοῦ οὐ δύναται περαιοῦσθαι ταχέως, ubi βίᾳ βιάζεται non coordinata sunt ut quae §. 7. attuli, sed subordinata *vi impellitur*, ut μετὰ βίας

βιασθεὶς Theages Stob. Flor. I. 68. p. 35. Ad ultimum memoriae occurrunt adverbia cum adjectivis conjuncta φανερὸς ἐμφανῶς σταθεὶς Soph. Trach. 610. et cum substantivis ἡ σήμερον ἡμέρα Demosth. 193, 7. Dinarch. c. Dem. 93, 22. Lycurg. c. Leocr. 148, 2. Plut. V. Phoc. XXIV. Ages. XXX. Liban. Decl. 381. T. II. Epict. Diss. I. 11, 38. Poll. II. 117. cui simile ὁ τῆτες ἐνιαυτός affertur ad Hesych. s. Σατεὶς. Τῆς ὥρας ἀωρί Heliod. VI. 13, 247.

§. 13.

Disserendi finis erit, si de nominibus dixero. Duo substantiva manifestum est conjungi non posse nisi unum ab altero regatur significatione diversa, sive ea diversitas in forma vocabuli posita est, βολαὶ βελέων Oppian. Cyn. III. 138. ἁλὸς ἅλμη Quint. Cal. IX. 379. sive in additamento, τὴν τοῦ δοκεῖν εὖ λέγειν δόξαν ἐκφέρονται Dem. de Symm. p. 178, 6. ἡ ζήτησις τοῦ καινῇ ζητεῖν μουσικῇ χρῆσθαι Plat. Legg. II. 657. B. qua epexegesi adjectiva quoque et verba accuratius definiuntur: χρήσιμος πρὸς τὸ καλῶς χρῆσθαι τοῖς — Galen. de Comp. p. Locc. V. 3, 823. T. XII. τὰ πρὸς τίνα χρείαν χρήσιμα χρῆσθαι χρήματα Plat. Eryx. p. 401. B. εὐχρηστεῖ πρὸς τὴν ἐν ἰατρικῇ χρῆσιν Dioscor. Mat. I. 115. p. 112. sed offendit subtracto articulo Jambl. V. P. XXI. 98, 214. οὐ χρήσιμα πρὸς τὸ χρῆσθαι. Idque aptius est pleonasmi specimen, quam quod Matthiae affert Gramm. §. 636. p. 1310. (1541.) προτροπὴν ἔχει πρὸς τὸ προτρέπειν κακοὺς γενέσθαι, quorum verborum nullum nisi mutata constructione omitti potest. Neque perissologiae speciem affert synonymorum et homoeosemorum conjunctio, si aut natura inter se aliquid differunt aut additamento quodam distinguuntur ἡ ἀπορία τοῦ μὴ γινώσκειν vel τοῦ μὴ ἡσυχάζειν v. Interpp. ad Thuc. II. 49, 6. qui perperam negativam abundare statuunt; τέλος ἔχει τοῦ καλῶς ἐξεργάσασθαι Plat. Legg. VI. 772. C. εἰ πέρας μηδὲν ἔσται τοῦ ἀπαλλαγῆναι τοῦ κινδύνου Thuc. VII. 42. τὸ τέλος τῆς ἀπαλλαγῆς αὐτοῦ ὧδε ἐγένετο Herodo. II. 139. ἡ ἀμοιβὴ τῆς πρὸς τοὺς εὐεργέτας χάριτος Diod. I. 90. sed pleonasmo propius est Onosand. I. p. 12. ἡ τοῦ δύνασθαι ποιεῖν ἐξου-

σία, quanquam in his quoque aliquid discriminis inest sicut in omnibus, quae synonyma vocare consuevimus, *ἀνοχὴ ἀναπαύλης* Herodian. III. 6. *διατριβὴ μελλήσεως* Plat. Legg. IV. 712. A.[25]) *δυσμαὶ φθινασμάτων* etc. neque ea species abest a conjunctione nominum et verborum aut etymo aut significatione congruentium *τὴν ἀναφορὰν τῆς προαιρέσεως ἔξεστιν εἰς ἐκείνην ἀναφέρειν* Jambl. V. P. 47, 96. *ζημίας ἐκτίσεις ἐκτίνειν* v. §. 3. *ἐλπίδα τῶν μεγίστων δωρεῶν προςδοκᾶν* Demosth. Ep. II. 1468, 14. quibus accedit *οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως βούλησιν ἐλπίζει* Thuc. VI. 76.

Adjectivorum cum substantivis compositorum exempla in quocunque genere dicendi promta sunt et obvia *αἰσχύνη αἰσχρά* Thuc. V. 11. Dio Cass. XLIII. 9. *ἀνδρεῖος ἀνήρ* Plat. Crit. p. 45. D. *δίκη δικαία* Soph. Ant. 24.[26]) *justo jure* Liv. XXI. 3. *δύναμις δυναμικωτέρα* Diod. XV. 33. *διάφορος διαφορά* Galen. de Comp. p. Gen. VII. 5. 962. T. XIII. *εὐκταῖαι εὐχαί* Arist. Avv. 1056. quo utantur licet qui in Aesch. Sept. 787. *ἀραίας ἀράς* scribunt; *θέρος θερμόν* Appian. Civ. II. 45. *λιπαρῷ λίπαι* (sic) Aret. Cur. Diut. I. 5, 323. *μακρὸν μῆκος* Aesch. Prom. 1025. Eur. Or. 72. *οἶνος οἰνώδης* Hipp. de Locc. in Hom. p. 134. *φλεγεραὶ φλόγες* Maneth. V. 51. *χειμὼν χειμερινός* Hipp. Epid. VII. 698. T. II. *in mediis medullis* Quintil. II. 1, 11. fere ut Eur. Heracl. 803. *ἐν μέσοις μεταιχμίοις*, aliaque ad Aj. p. 157. et 193. proposita, et latina: anxius angor, nitidus nitor, sonitus sonans, Venus venusta, cavae cavernae, vis violenta, exitialis exitus Cic. Verr. V. 6, 12. acre acetum, quorum postrema solum etymon commune habent, significatione notabiliter differunt, ut graecorum

---

25) *Principio fundamenti* Lucr. I. 574. comparari potest cum *ἀρχὴ προοιμίου* Eur. El. 1060.

26) *Χρησθεὶς δίκῃ καὶ νόμῳ* quum scriberet poeta, usum loquendi vulgo receptum sequutus videtur; *χρῆσθαι τῇ δίκῃ καὶ τῷ νόμῳ* Antiph. Or. V. 139, 87. *νόμῳ καὶ τῷ δικαίῳ χρῆσθαι* Plutarch. V. Cat. Maj. c. V. 391. *τῶν νόμων καὶ τῶν δικαίων* Aeschin. c. Ctes. 53, 6. *δίκῃ καὶ νόμῳ* Phot. cod. CCLI. 751. et *νόμῳ καὶ δίκῃ* p. 756. *jure et lege* Cic. Tim. c. XI. sed ita ut structurae implicatione artificiosa et enallage formarum novitatis gratiam adderet.

pars maxima, omnium autem nullum est tam difficile ad excusandum, quam quod legitur in Achill. Tat. V. 25. p. 128, 11. ὦ ἀνδρόγυνε καὶ κάλλους κακοῦ βάσκανε, neque intentatum transmiserunt Critici; quibus qui Plautinum *pulcra pulcritudo* opponet, nihil proficiet. Magna mihi memorandi copia quoties adjectiva iisdem apponantur substantivis, quibuscum composita sunt, πούς τυφλόπους, πλάνη πολύπλανος, φρονήματα ὑπέρφρονα, quae leguntur apud Tragicos, ὑπεραῆς ἄελλα apud Homerum, ne commemorem ficticium εἰνάνυχες νύκτες Il. IX. 470. quod nonnulli cum ποδάνιπτρα ποδῶν et οἶνον ἐνοινοχοοῦντες conferunt. Ὦ πάτερ αἰνόπατερ appositio est hypodiastolae nota signanda, ut λύκος αἰνόλυκος in oraculo Zosim. II. 37. Μήνη διχόμηνις Pindarus dixit ut vulgo σελήνη πανσέληνος, quod unum satis est ad refellendum Boissonadium, qui Aristaenetum, quum καιρὸς εὔκαιρος scriberet, lusum captasse existimat ad Eunap. 209. Sed est haec tam pervulgata et paene quotidiana ratio, ut pateat neque joco neque serio quaesitam sed sponte obortam esse, μῆκος εὔμηκες Theophr. H. Pl. IX. 10, 1. πλόος εὔπλοος Erinna Athen. VII. 283. D. φωνὴ εὔφωνος Aretae. Cur. Acut. II. 3, 266. εὔσκεπτος σκέψις Plat. Phileb. p. 65. D. εὔπορος εὐπορία Galen. Eup. Prooem. p. 313. ἦθος εὔηθες Aristot. H. Ann. IX. 4. (3.) 1. συνήθεια συνήθης Sopat. Diaer. p. 134. T. VIII. et aliunde composita ἄνθη διανθῆ Theophr. Hist. I. 13, 2. διδάσκαλος τυραννοδιδάσκαλος Plat. Theag. 125. A. quod ad superius illud λύκος αἰνόλυκος prope accedit, sed et pro adjectivo haberi potest ut ψόγος εἰκαιόψογος Demetr. de Eloc. CX. 154. ὀσμὴ δύςοσμος Aristot. Probl. XIII. 10. τέχνη κακότεχνος Sext. c. Rhet. p. 296. δρόμος ἰσόδρομος Themist. XIII. 168. C. ἄφθονος ἀφθονία Strab. III. 144. etc. quorum in locum nonnunquam synonyma substituuntur, λόγος περισσόμυθος Stob. Flor. LXXXVI. 2. p. 492, 30. πυκνόφθαλμοι κόραι Menand. 185, 16. σελήνη πάμμηνος, εὔορνιθες οἰωνοί, χαίτη εὔθριξ, ὀφθαλμοὶ εὔωποί, aliaque v. Dissert. V. sed quaedam vix habent qui commutari possint. Eadem est de substantivorum conjunctu praescriptio, ἡ καινότης τῆς καινοτομίας Diod. XVII. 110. νόμων νομοφύλακες Plat. Legg. II.

671. D. ὁ δεσμοφύλαξ τῶν δεσμωτῶν Charit. VIII. 8, 190. στρατηγὸν τῆς στρατιῆς ἀποδέξας Herod. V. 64. νηνεμία ἀνέμων poeta ap. Plat. Symp. p. 129. ἀκρατοποσία ἀκράτου Dioscor. de Venen. Prooem. p. 56. οἱ τῶν παίδων παιδαγωγοί Athen. IV. 169. A. quibus quae adjuncta est pleonasmi species, ea evanescit si quid aliud additur, quo substantivum secundarium accuratius determinetur, ὁ παιδαγωγὸς τῶν τοῦ Θεμιστοκλέους παίδων Herodo. VIII. 75. τοῦ ναυτικοῦ στρατοῦ στρατηγός VII. 236. λατομίαι λίθου πολυτελοῦς Strab. VIII. 367. ὁ κυνόδους τοῦ δάκνοντος κυνὸς Diosc. Eup. CXIII. 313. neque ἡμιόνου ὀνίδα Hipp. Mul. II. 857. argumento est dici posse ὄνου ὀνίδα, multumque erret qui Apoll. IV. 1341: βόες μέγα πεφρίκασι βούπελάται τε βοῶν compareṫ istis numerorum complementis, αἰπόλι' αἰγῶν, συῶν συβόσια, βοῶν βουκόλια Theocr. XXV. 95. His subjungam adjectiva quibus nomen, quocum composita sunt, connexum est casu diverso φύσεις διάτροποι τρόποις Iph. A. 559. ὠὰ ἐκ πυρὸς ἄπυρα Aret. Cur. Ac. I. 10, 235. quod multo durius est quam παίδων, ἐς πάμπαν ἄπαιδες Maneth. III. 149. et ἄπαις ἀῤῥένων παίδων Dio Cass. LXIX. 21. γέῤῥα δασέων βοῶν ὠμοβόϊνα Xen. Anab. IV. 7. 16.(22.)

Adhuc dicendum de verbis, quorum multiplex constructio. Nam aut compositis adjunguntur nomina simplicia utriusque generis; vel substantiva per omnes casus δυσπνοεῖ ἡ πνοή Aret. Sign. Diut. I. 11, 10. τὰς ναῦς νεωλκεῖν Diod. XI. 34. τὸν δίφρον διφροφορεῖν Arist. Avv. 1539. φλεβοτομεῖν τὰς φλέβας Hipp. de intern. affect. p. 522. T. II. ἱπποτροφῆσαι δύο ἵππους Philostr. Her. XIX. 10, 737. ὁδοποιεῖν τὴν ὁδόν Xenoph. Anab. IV. 8, 6. ὁδὸν ὁδοιπορεῖν Hipp. de intern. aff. 450. T. II. θυραυλεῖν ἐπὶ θύραις Themist. XIII. 162. D. etc. v. Adn. Aj. p. 193. vel adjectiva μέγιστον ἐμεγαλοφρόνει Dio Cass. LXXVII. 12. νέον τι καινοτομεῖν Plat. Legg. VII. 797. C. aut simplicibus composita, primum adjectiva nunc in recto casu τηλεφανὴς ἐφαίνετο Nonn. III. 125. ἔλθετ' ἐπήλυδες Philoct. 1196. νέηλυς ἀφιγμένος Plat. Legg. IX. 879. D. παρέῤῥωγεν αἱματοῤῥαγὴς φλέψ Philoct. 824. nunc in obliquis δερκόμενος νεκροδερκῆ Maneth. IV. 556. ἀκρο-

τόμοισι τεμοῦσα ἐν κορυφαῖς II. 107. παιδοτόκῳ τέκε κόρσῃ Nonn. XLVI. 46. πολυσκάρθμῳ ἐπεσκίρτησε χορείῃ Musaeus v. 277.[27]) δολόπλοκον ἔπλεκε φωνήν Nonn. XX. 265. ἠχεῖν εὐηχήτους ὕμνους Eur. Ion. 883. δύςλεκτα λέξας Aesch. Pers. 688. iisdemque substantiva στήσεις χοροστασίην Nonn. XLVI. 165. ἀλυκτοπέδῃσι πέδησε ib. XLVIII. 523. et adjectiva ἀμπελῶνα φυτεύσαντες νεόφυτον Philo de Fort. p. 740. B. Quibus ante oculos positis facilis est conclusio, nullam esse verborum et nominum relationem hujus structurae alienam. Neque non convenit synonymis: λαφυροπωλήσας τὴν λείαν Diod. XVI. 83. τοὺς θυρεοὺς ὁπλοφοροῦντες Athen. IV. 152. A. κρεοκοπεῖν μέλη Aesch. Pers. 455. κρεηφαγίη πολλὴ βρωθεῖσα Hipp. diaet. Acut. p. 44. T. II. quibus similem nominum synonymorum usum supra exposui. Praepositionum earundem congeriem ἔσω ἐς τὸ ἱερὸν ἐςελκύσαι v. Adn. Aj. v. 741. *transversis tramitibus transgressus* Liv. II. 39. verbo tetigisse satis erit.

---

27) Nonnus XLVIII. 639. πολυσκάρθμῳ δὲ πορείῃ — ἐπεσκίρτησε κολώνῃ, ubi χορείῃ substituendum videtur.

P. 200. lin. 20. post *ἄμμι* excidit *ἄχι* et *γίζι*. In Adn. lin. 2. pro *gnota* scr. ignota.

P. 201. lin. 19. pro *μισαλάζων* scrib. *μισολάκων*. — Lin. 33. add. Theognost. in Anecd. Cram. II. p. 31, 17. *τὸ προάγωνος* (scr. *προάγων ὡς*) *σύνθετον τὴν τοῦ ἁπλοῦ κλίσιν φυλάττει*. Contra *προαγών* Phil. de Mos. I. 623. (T II. 102.) Clem. Strom. I. 1. 119. quod Dindorfius Arist. Or. XLVI. 213. T. II. reposuit Reiskium sequens.

P. 206. lin. 21. ante *substantiva* excidit *sed*.

P. 209. lin. 4. a fin. post *ἠπιόχειρος* adde *ὀλβιόχειρος*.

P. 213. lin. 5. a fin. add. *ὦ μῆτερ, ὦ δύςμητερ* Lycophr. 1174. *ὁ Πάρις ἢ Δύςπαρις* Aristid. Or. XLVI. 254. substantiva esse apparet. Sed pro *Διομάτερα* Phot. CLXXXVII. 237. *διομάτορα* scribendum.

P. 216. lin. 12. *Ταλαώρεα τοξεύματα* Hesych.

P. 219. lin. 16. add. Hesych. *ἀποφῶρας κλέπτας*. *Κάτωρ* omisi ut suspectum. *Τὸν ἰχῶρ* apotroctis adnumerat Eustathius p. 984, 23. — Lin. 6. a fin. pro XIV. l. XLIV.

P. 223. lin. 3. add. *τὴν ἄκρατον ἀμιγῆ λύπης χαράν* Philo de Abrah. p. 378. A. (T. II. 29.) ubi *καὶ* excidit.

P. 228. lin. 20. Eodem vitio Eust. p. 840, 30. *Κισσηΐς Κισσῆς λέγοιτ' ἂν κατὰ συναίρεσιν ὁμοίως τῷ Νηρῆς*.

P. 231. lin. 8. cf. Jacobs. ad Philostr. p. 231. — Lin. ult. *κατακλίδες* pro — *κλεῖδες* Soran. de Mul. p. 114.

P. 232. l. 26. *φυλοβασιλεύς* scr. pro *φυλυβ*.

P. 234. l. 15. *ἔπλασεν ἀνθρώπους ἐκ χοός* Clem. Paed. I. 12, 58. Phot. CCLXXVI. 838. qui casus cum dat. *χοΐ* et accus. heteroclito *χοῦν* saepius legitur apud LXX. interpretes.

Ad sequentes paginas quae adnotaveram, nunc a longo itinere reversus incassum quaero, nec tempus patitur amissa restituere.

P. 245. lin. 6. pro *τεῦχος* scr. *τεῖχος*.

P. 256. lin. 2. pro p. 17. scr. p. 14. — Schol. Il. *N*. 191. nonnullos *χρόος* scribere ait *ὡς λόγος*, sed apud Homerum nominativum esse *χρώς*, *τὰς δὲ πλαγίας ἀπὸ τοῦ χροῦς κλίνει, καὶ συντίθησι δὲ τὴν λέξιν ταμεσίχροας, καὶ μελανόχροος ἀπὸ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν*.

venientissimum. In Ionis versibus Athen. X. 447. C. πτόρθον ἀνασχομένη θαλερῷ ἐπτύξατο πήχει αἴθερος scrib. ἐπορέξατο.

P. 32. in Adn. 29. adde *Μάσνης*, *Δάσληρα* ex Etym. M. 249, 15.

P. 35. lin. 25. pro aoristum scr. Aoristum, deleto commate.

P. 41. Adn. 42. lin. 2. in Luciani loco vulgatum est *βόην*, quod Scholiastes tuetur: *οὐ βοὴν ἐνταῦθα ἀλλὰ βόην, ὅ ἐστι κρακτικὸν καὶ θορυβώδη.* Si Lexiphanes ita loqueretur, non mirarer, sed Lucianum tam insolito verbo usum esse admodum incredibile est. Sicut hic *βοὴ καὶ κρακτικὸς ὤν* dixit, sic Plato substantivum cum adjectivo junxit Charm. 176. A. *ἐμὲ μὲν λῆρον ἡγεῖσθε εἶναι καὶ ἀδύνατον ὁτιοῦν ζητεῖν*, si quidem *λῆρος* hic substantivum est. Phil. de Leg. ad Caj. p. 1007. (T. II. 561. Mang.) *ὁ μισόπολις, ὁ δημοβόρος, ἡ λύμη*. Et quis dubitet, quin Aeschines c. Ctes. 88, 18. *ἄνθρωπος αἰσχύνη τῆς πόλεως γεγονώς*, addere potuerit *καὶ ἀλιτήριος*. Sed ad Hesiodum, ut dixi, nihil horum convenit, nec prorsus similia dixerim, quae Hermannus confert Opuscc. T. VI. P. I. 227. verbalia *φόνος* et *φθόρος*. Superiori Adnot. adde *καλός τ' ὠκύτατός τε* Quint. I. 167. *ταχεῖα καὶ ῥάστη* Philo de Abrah. p. 358. p. 10. T. II. Mang. *χαλεπὴ καὶ βαρυτάτη* de Joseph. 559. (p. 74.) adv. Flacc. 975. (527.) *βεβαίως καὶ ἀρίστως* Phot. CCXLIX. 714.

P. 42. lin. 15. Hesychius *φαλικρόν ἄκρατον*, quo res absolvitur.

P. 43. lin. 5. pro *δίπλοος* scr. *διπλόος*.

P. 45. lin. ult. textus adde: *et quae primam* (sc. aspiratarum syllabarum) *τέθναθι*. Tres aspiratas continet *ἀμφιθλασθείς* Aret. Cur. Diut. II. 6, 336.

P. 49. lin. 25. del. *κορκορέα*.

P. 53. lin. 17. adde *νῦν μιν* Il. XV. 61. et in seqq. *nullis satis certis mandatis* Tacit. Ann. I. 21. Eustathius tamen p. 16, 18. Homerum *πολλὰς ἰφθίμους ψυχὰς* scripsisse censet ad evitandum *πάρισον*.

P. 57. add. *πάντως πάντα* Aristid. XLVI. 81. T. II. sed *πάντῃ πάντως* Parmenid. v. 91. Clem. Strom. III. 10, 195. Phot. CCXXII. 338. *πάντῃ τε καὶ πάντως* Hesych. post *Πανύστατον*.

P. 62. lin. 5. add. αἰσχρὸν καὶ ὑπερφυὲς Aristid. Or. Plat. I. 221. T. II. et Or. XLVI. 221. ἄτοπον καὶ ὑπερφυὲς XLVIII. 346. LXII. 432. et Demosth. 363, 19. σχέτλια καὶ ὑπερφυῆ Plat. Gorg. 467. B. δεινὸν καὶ ὑπερφυὲς Demosth. 543, 2. nunquam contrario ordine. Synonymis conjugatis adde ἄσας καὶ ἀδημονίας Phil. de Mos. I. 621. (99. T. II.) ἐπαίρει καὶ μετεωρίζει III. 674. (156.) de Monarch. I. 816. (218.) ἐῤῥηγμένα καὶ ῥακώδη Proverb. XXIII. 21. sed de Philostr. Imagg. II. 17. ἡ ἀποῤῥὼξ καὶ ἡ ἀποῤῥαγεῖσα πέτρα cod. Paris. confirmavit conjecturam nostram ad Phryn. 754. postrema omittens. Non conjugatis ἐσθλὸς κἀγαθὸς Eur. Heracl. 299. ὅσην καὶ ἡλίκην Jambl. Myst. VI. 6. p. 148, 10. Phil. de Justit. 735. (374.) ἐλεῶν καὶ οἰκτείρων de Human. 703. (390.) ἔλεον καὶ οἶκτον de Legg. Spec. 777. (300.) καινὰ καὶ νέα Clem. Paed. I. 7, 49.

P. 75. lin. 3. a fin. Meinekius ad Theocr. XXI. 10. Alcmanem significari putat.

P. 76. lin. 15. pro *Ultro* scr. Ultra.

P. 78. §. 3. lin. 4. Βᾶς Bithyniae rex Phot. CCXXIV. 375.

P. 80. in Adn. 17. pro κασνέλη leg. κασσνέλλη ut Seidlerus in Mus. Rhen. A. III. Fasc. II. 298.

P. 82. lin. 19. Spitznerus ad h. l. Nioben in lapidem conversam βλῆτα λίθον dici putat ἔνι scribens. Quomodo autem illa βλῆς dici potest? Ac nomen requiritur quod non sit verbale ut θῆτί, κρῆτί.

P. 90. lin. 11. pro δάϊς scr. δαΐς. Δείς, quod p. 91. attuli, Eustathius p. 710, 30. recte ἄῤῥητον esse dicit.

P. 93. lin. ult. pro *in ellectu* l. intellectu.

P. 95. lin. 5. adde βάβρηκες et βάρβαξ ap. Hesych. verbaque πίπτω, μίμνω (μέμνων), γίγνομαι.

P. 96. lin. 24. Hesychius Καταπτακών καταπλήξας, διαμαρτών pro secundo scribendum videtur καταπτήξας, quod ad καταπτακών pertinet ut διαμαρτών ad καταπλακών.

P. 99. lin. 18. Θρᾶξ Clem. Paed. VII. 48. Strom. I. 15, 130. convenienter eorum rationi, qui Θράϊξ ex θόρω et ἀΐσσω compositum putant v. Eust. 437, 12. Θρᾴξ Aristot. Oecon. II. 1351, 24. Philostr. Imagg. I. 17, 789.

P. 100. lin. 4. a fin. adde *πόντιφεξ* Dio Cass. XL. 62. pro quo *ποντίφεξ* scribitur apud J. Lyd. de Mens. III. 21. p. 45.

P. 101. lin. 18. Du Cangius in Gloss. Append. p. 114. *vulgus apud nos etiam vocat crequa galli gallinacei cristam.*

P. 106. lin. 28. Eustathius p. 711, 14. *τὰς πρώνας παρ' Ἀρχιλόχῳ ἐπὶ ἐλάφου τεθεῖσθαι, παρ' ᾧ καί τις διὰ δειλίαν προςωνομάσθη πρόξ, sicut ἐλάφειος ἀνὴρ ἐπὶ τοῦ δειλοῦ.* Etym. M. 326, 10. latine *cervus* v. Aglaoph. p. 895.

P. 110. lin. ult. pro *offensione* scr. offensioni.

P. 114. lin. 2. Schol. Apoll. IV. 1454. *λίβα τὴν σταγόνα· ἡ εὐθεία λίψ ἀρσενικῶς*, quod Wellauerus perperam in *θηλυκῶς* demutat; nominativus *λίψ* non dicitur nisi masculine. In seqq. l. 20. scrib. Choerobosc. et l. 23. *κνισολόγος*.

P. 117. lin. 27. pro *εἰ ὤπας* scr. *οἱ* — addi *τοὺς ὤπας* Eust. p. 120, 4. 206, 22. et 768, 8.

P. 118. lin. 23. add. *ἄνθρωπος παρὰ τὸ ἄρω τὸ βλέπω* Soran. de Mul. p. 90.

P. 121. lin. 3. pro *illibutas* scr. illibatas.

P. 123. lin. 4. *Funs* cente a fuo (*χέω*) unde *fundo* et *refuto*; *frons* et *frux* fortasse a fero ducta proprie significant arborum *φέρματα*, quae sunt frondes et fruges; *ὀφρύς* fieri potest ut antiquitus frontem significaverit vocali auctum ut *ὀδούς*.

P. 125. lin. 2. a fin. pro *ψήφος* l. *ψῆφος* et pro *ψηφίς* l. *ψηφίς*.

P. 127. Adn. ult. *γύναι* et *ἄνα* confert Eustathius p. 345, 15.

P. 128. lin. 2. pro *fervitribax* scr. ferritribax; et p. 129. l. 20. pro *coeles* cocles.

P. 130. lin. 14. ante §. 11. adde *Cap. I.*

P. 131. lin. 17. pro *ὄδαξ* scr. *ὀδάξ*.

P. 132. lin. 6. adde *στραγγίς*.

P. 133. lin. 23. pro *aquilejus* scr. aquilegus, et p. 134. Adn. 28. l. 4. pro *chamae repes* scr. chamaerepes.

P. 135. lin. 3. pro *Ἐκνεσίδης* scr. *Ἔννοσ*. Substantivis in $\overline{ης}$ verbalibus addi poterat, quod Hesychius praebet, *Πίπων τὸν ἀκριβῆ τοξότην, Ὀπίπας ἀπατεών*, quae fortasse aliquis finxit ex *παρθενοπίπης, παιδοπίπης* etc. Arcadius tamen p. 130. affert perispomena *πιπῶ* et *ὀπιπῶ τὸ περιβλέπομαι*, quae repetenda videntur a primitivo *πάω*, quod vulgo

φάω dicitur, cum epenthesi πτάω et reduplicatione παπταίνω, παμφαλάω, πιπτάω. Eodem pertinere videtur imperativus doricus ἐγκατάπταον Hesych., id est ἔμβλεψον. Quod si verum est, ὀπιπτῶ vocalem asciticiam habet.

P. 138. lin. 8. Βραχμᾶναι Clem. Strom. I. 15, 131. III. 7, 193. sed Βραχμᾶνες I. 15, 130. — Ibid. lin. 12. adde: Hesychius ex ordine Ἀναβῶδες βαθμοῦ εἶδος, mendose fortasse pro ἀνάβωνες ut ἀνάπωτις Arrian. Ind. XXII. 123. Phot. CCL. 746. v. ad Phryn. p. 340. ubi omissa sunt ἀνδίκτης et ἄγκλιμα.

P. 139. lin. 3. Eustathius p. 1185, 55. ἀπὸ τοῦ λιλαίομαι Λίλας, ἀφ' οὗ τὸ Λιλάντιον πεδίον, per iotacismum.

P. 139. lin. 12. pro μελανός scr. μέλανος.

P. 142. lin. 28. Χόαν pro χοᾶ praebent complures codd. Aristot. Oecon. II. p. 1346, 35. ibidemque p. 1349, 15. nonnulli Δήμητρα pro Δήμητραν. Ἡ Δήμητρα Phot. CLXXXVII. 238. paullo post p. 239. Δαματράμην scr. Δάματρα μὴν, et pro ἀγυιόπεζαν ἀργυρόπεζαν. Comparativus sonantior, quo p. 143. l. 10. usus sum, vereor ne probari non possit.

P. 144. Adn. 39. lin. 5. dele non post iota.

P. 151. Adn. 1. add. ἀψευδῶς γίνονται τὰ μαντεῖα Jambl. de Myst. III. 7. p. 66, 32. pro quo paullo post ψευδῆ γίνονται.

P. 155. lin. 6. a fin. Adverbium ἄδην, quod cum πέραν, ἄγαν composui tanquam accusativum adverbialem nominis ἀδή (non ἄδη) dubito an potius delta ascitum habeat ut βάδην, σφάδην.

P. 157. lin. 17. et 25. tolle commata post *bisyllaborum* et *singulare*.

P. 158. lin. 10. pro ψεύδεσι scrib. ψευδέσι.

P. 160. lin. 18. Ad Schol. Od. *M*. 313. Porsonus ex Harl. adnotat: *ζαήν text. et Schol. Sed in his ζαῆν memoratur. Citatur etiam αἰνοπαθῆ πατρίδ' ἐπόψομαι παρ' Ἀνακρέοντι, quod ad alteram lectionem ζαῆ referendum*; idque recepit Bergkius Fragm. XXXIII. 138. Verum vulgarem accusativi formam Grammaticus ille vix aliquo confirmasset testimonio, sed cum ζάην contulisse videtur αἰνοπάθην.

P. 161. lin. 25. Τὸ ἀληθὲς καὶ ψεῦδος Jamblich. de Myst. VI. 5. p. 147, 30. ut ἀγεννῆ καὶ κολακείαν Aristid. Or. XLVI. 116. T. II. cf. Heindorf. ad Plat. Crat. p. 385. C. In homerico loco οὔτι ψεῦδος ἐμὰς ἄτας κατέλεξας Eustathius

p. 739, 22. *ψεῦδος* pro adverbio esse adnotat, quo defendi potest Callim. Fr. CLXXXIV. *Σκύλλα γυνὴ κατάκασα καὶ οὐ ψύθος οὔνομ' ἔχουσα.* Idem p. 518, 17. refert nonnullos *Ἄρες ἀρές* scripsisse *ἀπὸ τοῦ ἀρῆς ἤγουν βλαπτικός.*

P. 162. lin. 10. de antis quod dixi pertinet ad primae declinationis vocabula p. 134. allata.

P. 163. lin. 2. a fin. adde *τὸ σπερχὲς οὐ ῥητὸν ἀλλὰ τὸ σπερχνόν* Eust. p. 442, 10. Neque constat scriptura adjectivi *αἰθής* v. Runckel. ad Cratin. p. 27. In Oribas. L. XLIV. 28. ed. Bussem. *κατ' ἀρχὰς μὲν ἐγκλύζειν κρατέστερον τὸ μελίκρατον* scr. *ἀκρατέστερον.*

P. 166. lin. 6. a fin. Barbarum est *ζεζεσμένον* Geopp. X. 54, 3. pro *ἐζεσμ.*

P. 166. lin. 19. adde *μερμίθαις* Phot. CCL. 733.

P. 168. lin. 8. pro *recte* scrib. recto.

P. 170. lin. 12. post *accusativum* adde *ἰκτῖνα.*

P. 171. lin. 6. dele *τῶν ἰκτίνων* et lin. 9. pro *ἰκτῖ*nes scr. *ἰκτῖνες.* Adde *ἰκτῖνος* Phot. XCIV. 137. *ἰκτῖσι* LXXII. 68. *ἴκτινον* Levit. XI. 14. ubi codd. Holmesii *ἴκτῖνα* praebent; Clemens Paed. III. 11, 109. hunc locum afferens *ἴκτινα.*

P. 173. lin. 9. post *fingeret* adde *a nominativo λᾶος.*

P. 176. lin. 28. Anecd. Bachm. p. 373, 21. *δόρασιν ἡ εὐθεῖα δόρας ὡς Δοῦρας Ἀλεξάνδροιο ἀταρβές* (Anthol.) *καὶ τὸ γόνασι δοκεῖ ἔχειν εὐθεῖαν τὸ γόνας.*

P. 177. lin. 6. et 9. dele commata importunissima post *quippe* et *pellis.*

P. 178. lin. 1. post *immunis* add. *τὸ κρίνος ἐκ τοῦ κρίνον μεταπεποίηται* Herodian. *π. Μον.* p. 40, 4.

P. 181. lin. 18. Hesychius *Ἀζῶτες οἱ μὴ ἐς τὰ συνεστῶτα παρόντες,* quod incorruptum videtur, etsi ap. Hesiod. Opp. 343. *ἄζωστοι* veniunt qui quam celerrime adesse cupiunt. Sed barbarum est *οἱ ἐγρήγορες* Cedren. p. 8. D. *Ὄρφεες* ap. Marcellum Sid. Schneiderus pro *ὀρφοί* accipit.

P. 185. lin. 2. pro *homophones* scr. homophonos.

P. 194. Naekius in Diss. de Hecal. VI. 25. Callimachi versum sic corrigit *ἀλλ' ἀντὶ βρεφέων πολλῶν νέον εἴρενα μέσσω* id est *μείζονα.*

P. 200. lin. 20. post *ἄμμι* excidit *ἄχι* et *γίζι*. In Adn. lin. 2. pro *gnota* scr. ignota.

P. 201. lin. 19. pro *μισαλάζων* scrib. *μισολάκων*. — Lin. 33. add. Theognost. in Anecd. Cram. II. p. 31, 17. *τὸ προάγωνος* (scr. *προάγων ὡς*) *σύνθετον τὴν τοῦ ἁπλοῦ κλίσιν φυλάττει*. Contra *προαγών* Phil. de Mos. I. 623. (T II. 102.) Clem. Strom. I. 1. 119. quod Dindorfius Arist. Or. XLVI. 213. T. II. reposuit Reiskium sequens.

P. 206. lin. 21. ante *substantiva* excidit *sed*.

P. 209. lin. 4. a fin. post *ἠπιόχειρος* adde *ὀλβιόχειρος*.

P. 213. lin. 5. a fin. add. *ὦ μῆτερ, ὦ δύςμητερ* Lycophr. 1174. *ὁ Πάρις ἢ Δύςπαρις* Aristid. Or. XLVI. 254. substantiva esse apparet. Sed pro *Διομάτερα* Phot. CLXXXVII. 237. *διομάτορα* scribendum.

P. 216. lin. 12. *Ταλαώρεα τοξεύματα* Hesych.

P. 219. lin. 16. add. Hesych. *ἀποφῶρας κλέπτας*. *Κάτωρ* omisi ut suspectum. *Τὸν ἰχῶρ* apotroctis adnumerat Eustathius p. 984, 23. — Lin. 6. a fin. pro XIV. l. XLIV.

P. 223. lin. 3. add. *τὴν ἄκρατον ἀμιγῆ λύπης χαράν* Philo de Abrah. p. 378. A. (T. II. 29.) ubi *καὶ* excidit.

P. 228. lin. 20. Eodem vitio Eust. p. 840, 30. *Κισσηΐς Κισσῆς λέγοιτ' ἂν κατὰ συναίρεσιν ὁμοίως τῷ Νηρῆς*.

P. 231. lin. 8. cf. Jacobs. ad Philostr. p. 231. — Lin. ult. *κατακλίδες* pro — *κλεῖδες* Soran. de Mul. p. 114.

P. 232. l. 26. *φυλοβασιλεύς* scr. pro *φυλυβ*.

P. 234. l. 15. *ἔπλασεν ἀνθρώπους ἐκ χοός* Clem. Paed. I. 12, 58. Phot. CCLXXVI. 838. qui casus cum dat. *χοΐ* et accus. heteroclito *χοῦν* saepius legitur apud LXX. interpretes.

Ad sequentes paginas quae adnotaveram, nunc a longo itinere reversus incassum quaero, nec tempus patitur amissa restituere.

P. 245. lin. 6. pro *τεῦχος* scr. *τεῖχος*.

P. 256. lin. 2. pro p. 17. scr. p. 14. — Schol. Il. *N*. 191. nonnullos *χρόος* scribere ait *ὡς λόγος*, sed apud Homerum nominativum esse *χρώς*, *τὰς δὲ πλαγίας ἀπὸ τοῦ χροῦς κλίνει, καὶ συντίθησι δὲ τὴν λέξιν ταμεσίχροας, καὶ μελανόχροος ἀπὸ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν*.

vocalem longam habere quum demonstrare vellet, id non etymi ratione approbavit, quod est στύφω, sed Aristophanis auctoritate.

P. 415. Adn. 27. Codices Philonis de Mos. p. 633. (T. II. 112.) νείφει *ningit* pro νίφει, et saepius in seqq.

P. 416. lin. 2. In Herodo. IV. 64. codd. ἀποδάρματα, contraque nonnulli Il. XXIII. 169. δρετά scripserunt pro δρατά.

P. 419. lin. 18. Πεπλύσθαι legitur Poll. VII. 38. et Theocr. I. 150. ubi Meinekius πεπλύνθαι scripsit.

P. 426. lin. ult. pro altero σφέλμα quid scripserim, nunc non recordor.

P. 428. lin. 7. Hesychius Τῖται εὔποροι, qui jocose τιτᾶνες vocantur.

P. 429. lin. 5. post *novitium* adde: et βλήτης Gloss. Graecol. *jaculus*, qui graece ἀκοντίας dicitur ut scorpius βλήστης, utrumque ex genere reptilium quae βλητά vocantur. Perinde novitium est τμήτης, nec sincerum βητής, cujus accentus βοητής indicare videtur.

P. 430. lin. 23. ante μεταναστης insere δημοσιομάστης. Δαστός et δαστέω, unde Etym. M. 249, 30—48. ἄδαστος et δατητής repetit, non extant nec magis nomina quibus δατέομαι, πατέομαι, βωτέω adstructa sunt.

P. 431. lin. 10. μυριοβλότης barbarum dicitur Anecd. Bachm. II. 377.

P. 432. Adn. 49. In cod. Pal. recte διαλύτης scriptum ut διασύρτης.

P. 434. lin. 16. pro ἴητης l. ἴκτης.

P. 439. Adn. 63. Ἐσμός, ἀφεσμός et σμῆνος inter se confert Eustathius p. 178, 18. quibus fortasse apponi possunt ῥέω, ἐράω (ἐξερῶ), ὄρω, ruo. Verbi ἔρω (ἐρέσσω) vestigium servant navium epitheta εἰκόσορος, τριακόντορος, πεντηκόντορος Anecd. Bekk. p. 246. quae in Herodoti libris per ε scribuntur τριηκόντερος etc. hoc praesentis similius, illud a perfecto ductum, nisi potius ἔρω (ἐρέθω) et ὄρω (ὄρνυμι) idem est verbum ciendi significatione praeditum, unde ἐρέσσω [remum] ago, ἐρέτης proprie agitator; *a shipman*, ut Du Cangius interpretatur. Nomen εἰκτύς in extrema pagina scri-

ptum mihi in memoriam redigit ἱλαστήρια Γοργοῦς Nonn. XIII. 517. pro quo εἰκαστήρια scribendum. Loquitur enim de Iconio Phrygiae, quod Etym. M. s. Ἰκόνιον hinc nominatum esse tradit.

P. 440. Adn. 64. In Theocriti versibus XVI. 24.

ἀλλὰ τὰ μὲν ψυχᾷ, τὸ δὲ καί τινι δοῦναι ἀοιδῶν,
πολλοὺς δ' εὖ ἔρξαι πάων, πολλοὺς δὲ καὶ ἄλλων
ἀνθρώπων

docti consentiunt ἀοιδῶν corruptum esse. Scribendum videtur ἐτάων, quod accurate quadrat; primum ἔται qui nobis sunt proximi, tum πηοί affines, postremo ἄλλοι ἄνθρωποι. Pro ἐφ' ἡμετέροισιν ἀδάπταις Anth. P. VII. n. 485. malim ἀλαλητοῖς, de quo in contextu loquutus sum, ut vulgato paullo propius quam ἀλαλαγμοῖς, quod Jacobsius posuit.

P. 441. lin. 17. Ex epitheto βωτιάνειρα apparet βῶτις quoque pro βόσις dici potuisse; nam quod Eusthatius p. 71, 12. illud a βῶτις feminino τοῦ βώτης sive βούτης repetit, non animadvertit nec λυτιέθειρα dici nec προδοθέταιρα, neque omnino ullum vocabulum a nominibus in της et τις componi. Praeterea βούτης, ἀβούτης, πολυβούτης, non verbale est, sed paronymon. Insuper huc referendum Σύρτις φθορά, λύμη Hesych. ac fortasse luci Olympiaci nomen Ἄλτις proprie τὴν ἄλσιν significans, sive hoc et vulgare ἄλσος ab ἄλδω ductum est sive ab ἄλλομαι, sicut arbusta salire, frutices prosilire dicuntur; ἄλματα οἱ Αἰολεῖς τοὺς κλάδους Schol. Odyss. Σ. 70. Salix aut ex ἑλίκη (sic enim Arcades dixerunt) conversum aut a *salio* derivatum est ob proventum facillimum.

P. 443. θέλκτρον probat Meinekius. De nominibus in τυς Naekius in Hecal. VI. 36. Mus. Rhen. A. VI. Fasc. I. singulatim exposuit.

P. 444. lin. 3. add. Ἀδρηστεί x. Ellendt. ad Arrian. V. 22, 6. et de δορπηστός cf. Krüger. ad Anab. I, 10, 17.

P. 445. lin. 22. dele comma post ποτήριον et lin. 33. post *videtur*. — Lin. 27. l. existimem.

P. 449. lin. 24. post λιμνῆστις adde: et χαμνῆστις πλα-

P. 90. Adn. 8. de φύω adde Meinek. ad Theocr. VII. 75.

P. 91. in Adn. pro χωρίσαι scr. χωρῆσαι.

P. 95. lin. 19. add. *Tu solus manas mella poetica* Horat. I. Ep. 19. 43.

P. 97. Adn. 15. pro ποιφύσσω scr. ποιφύζω et CXXIV. pro CCXXIV.

P. 101. lin. 11. Hermannus in Zimmermanni Ephem. Ant. N. 93. anni 1835. negat Tragicorum consuetudini consentaneum esse ut jungantur σύμμικτα λείας, quod argumento est virum praestantissimum ἄσημα βοῆς et similia aliter interpretari. Quid haec differant fortasse data occasione explicabit. Mehlhornius mihi opponit Ἀμφίονος ὄργανα τειχέων, τέρας ἀρνὸς Θυέστου. Equidem neque haec impugnavi, neque dubitavi quin ita dici possit Αἴας ἔπαυσε φρουρὰν sive φρουρήματα βουκόλων λείας *die Huth (oder die Aufsicht) der Hirten über die Heerde*, sed nusquam legi Ἑρμῆς ἀπέκτεινεν Ἄργου φρουρὰν Ἰοῦς, neque fero Αἴας ἐπελθὼν ἀπέκτεινε φρουρήματα βουκόλων λείας, quod si diceretur, ne hoc quidem intelligi posset utrum Ajax greges occidisset an pastores. Neque magis οἱ ἁλιεῖς Ἥρωσι πόντου παιδεύματα ἰχθύων, etsi poeta ap. Plut. de Fort. p. 305. T. VII. pisces vocavit παιδεύματα πόντου, Sophocles Ant. 346. eosdem πόντου φύσιν, contraque pisces ipsi dici possunt per metaphrasin παιδεύματα vel φύσις ἰχθύων, ut Lucretius *natura animantum* pro animantes, quod Sophoclis interpretes l. c. perperam illi aequiparant. Pro Ἀμφίονος ὄργανα τειχέων substitui licet unum vocabulum Ἀμφίονος τείχη omisso nomine periphrastico ὄργανα, sed quaenam ista sententia erit Αἴας ἀπέκτεινε τὴν λείαν τῶν βουκόλων?

P. 112. lin. 10. add. Ἀπόλλωνα Διδυμῆ Scymn. v. 59.

P. 113. Adn. 2. Ζεὺς Στράτιος Plut. Amator. c. XIV. 26. T. XII. sed Στρατιᾶς Ἀθηνᾶς Praecc. Reip. ger. V. 146. T. XII. Cum Ζεὺς Φύτιος comparari potest Σθένιος Jovis epitheton Paus. II. 32, 7. et andronymicum Σθένιος v. Lehrs. de Arist. p. 281.

P. 120. lin. 5. adde Σπατείων δερματίνων Hesych. Pro ἄγειος ἐγὼ βαθυχαῖος Aesch. Suppl. 860. fortasse γέγειος scribendum.

P. 124. lin. 12. τοὔνεκα Goettlingius ad Hes. Theog. 88. et O. et D. 559. confert cum τὤμισυ, τοὐρμοκράτους.

P. 125. lin. 5. pro εἴληφεν ἂν scr. εἰλήφει ἄν, de quo me admonuerat Hermannus Opusc. T. IV. 50.

P. 127. lin. 27. λαοὶ ὀλίζονες ἐπὶ πλήθους, ἐν μέντοι τῇ Ὀδυσσ. ὀλίγος καὶ οὐτίδανος, τουτέστι τὴν ἡλικίαν μικρός Eust. p. 1160, 14. De verbo μετρεῖν pro ἀριθμεῖν cf. Meinek. ad Theocr. XVI. 60.

P. 135. lin. 24. In Eur. loco δύςκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥαθυμίαν, postremum fortasse significat *neglectum*, καταῤῥαθυμοῦνται.

P. 137. lin. 17. Josephus Synops. IV. 527, 19. χαίρω καὶ γέγηθα ad luxuriem orationis refert; γῆθος καὶ χαρά Plut. An seni resp. V. 108. T. XII.

P. 139. lin. 15. εὔπιστα credibilia, εὔπειστα persuasibilia dici possunt.

P. 144. lin. 23. Si Schneideri legissem adnotationem, qui βουγόνη affert e Geopp., dubitare desivissem; προγόνη privigna Phil. de Legg. Specc. II. 780. (T. II. 303.) Mangeius restituit e codd.; γηρυγόνη Theocr. Syr. v. 6. sed mendosum est ἀμφίβολαι in Porph. Ep. Aneb. p. 5, 5.

P. 145. v. 177. Pro ἀδώροις scribendum esse ἀδαίροις Doederlein suspicatur in Censura hujus libri Ephemeridi Acad. Monac. h. a. inserta, eodemque loco alias hujus fabulae emendationes proposuit, quas, quum in itinere copia facta esset libri, dedita opera excerpsi sed in longinqua peregrinatione rursus amisi neque nunc, quantumvis vellem, recuperare possum.

P. 146. Adn. ἢ δόξαν ἤτοι διαβολήν e Menandro affert Polybius de Soloec. in Boiss. Anecdd. T. III. 287.

P. 155. fin. ἐκκαγχάζουσι Arist. Nicom. VII. 8. p. 1150, 12. multi codd. ἐκκαχλάζουσι.

P. 157. v. 208. Seidlerus τῆς ἀμμορίας proposuit. — Ἀδονίς pro ἀηδονίς Moschus usurpavit illectus fortasse etymo verbi ᾄδω.

P. 162. v. 222. Vir eruditus, qui in Ephemer. Litt. Halens. A. 1837. N. 67. 68. de commentario meo judicavit, αἴθονος potius quam αἴθοπος scribendum esse putat. Equidem

non possum demonstrare poetarum antiquorum aliquem αἴθοψ a corpore ad animum transtulisse, neque ille demonstravit αἴθων aut simile adjectivum vocalem in declinatu corripere; nam de Hesiodo mera conjectura est. Mihi autem multo credibilior videtur vocabuli rari et poetici translatio minime inverecunda quam regulae, quam adjectiva in ων exeuntia sequuntur ad unum omnia, inaudita transgressio *), quum praesertim αἴθοψ certe apud posteriores Graecos hunc intellectum habeat, κελαινώπης apud antiquos. Πρίων fabrum tignarium significare nunquam probabit vir doctus; in Arist. Vesp. 694. ὥς πρίων' ὁ μὲν ἕλκει ὁ δ' ἀντενέδωκε, ut Dindorfius scripsit pro πρίων, serram denotari nullo verbo indicavi minimeque emendationem istam probavi, sed ὥς πρίων retinui nominativum participii *quasi serram ducens*. Perinde falsa arbitror quae de Photii loco disputat meam interpretationem impugnans his rationibus: *Eine solche Erklärung ist durchaus nicht zulässig; denn verlangten die Grammatiker einmal für das Substantivum πρίων, die Säge, eine andre Accentuation als für das Part. v. πρίω, so müsste diese Accentuation auch durchgeführt werden, liess sich aber nicht auf den Nom. Sing. beschränken.* At non opus erat hac distinctione in ceteris casibus, quia participium per τ declinatur solusque nominativus sing. ambiguus est. *Das allerseltsamste aber wäre dass Photius als Beweis dafür, dass diese Accent. sich nicht auch auf die andern Casus erstrecke, eine Stelle des Kratinus anziehe, da doch diese weder für noch wider beweisen kann.* Imo probat hic locus vetusta et limata Cratini exemplaria proparoxytonum praebuisse, id quod Photius afferre poterat tanquam antiqui Grammatici praejudicium sicut Etym. M. p. 470. 35. ἴκτινα Πλάτων προπαροξυτόνως λέγει etc. Ac fieri potest ut Photius Cratini testimonio al-

*) *Die Abweichung* (αἴθονος) inquit, *wird durch die Eigennamen Αἴσων und Νίρων gerechtfertigt.* Num vero pre μείζονος dici potest μεῖζωνος quia Ἄζωνος, Ῥίζωνος? vel πίωνος quia Δίωνος? num o egregi quia *o Antoni*?

quid alind comprobare voluerit, id autem a librariis, ut centies in glossographorum libris, praetermissum) sit. Haec si nequeo demonstrare γεωμετρικῶς, certe non minus probabilia sunt quam quae vir doctus sumit, Photium scripsisse *Πρίων τὸ ἄρμενον· πριών δὲ ὀξυτόνως ὁ τέμνων*, Aristophanem vero *πρίωνα*, eoque fabrum significasse tignarium: *πρίων* (sive potius *πριών*) *bedeutet in beiden Stellen sowohl bei Kratinus als bei Aristophanes einen Zimmermann*, quod nescio quomodo ab eo dici potuerit qui Dindorfium Aristophanis verba felici conjectura restituisse dixerat *πρίωνα ὁ μὲν ἕλκει κτλ.* Distinctionem illam accentus, quam Photius proponit, improbavi subjectis exemplis, quibus nomen illud proparoxytonum fuisse apparet et per ō declinatum; addere poteram Plut. de Es. Carn. II. 1. 244. Philostr. Imagg. I. 16, 788. Philipp. Epigr. XV. Oribas. L. XLIV. p. 48. ed. Bussem. *πριονῖτις* Aret. Cur. Diut. II. 4, 333. *πριονοειδές* Galen. de Oss. ad Tir. p. 737. T. II. aliaque. Concedam fieri posse ut de Photio aliqui a me dissentiant, remque non prorsus exploratam esse ipse significavi verbis illis *id ego sic interpretor*, sed ut aperte me errasse (*offenbar missverstanden*) confitear, handquaquam me permovet docti censoris disputatio, cujus nomen ignoro, benevolentiam gratus agnosco.

P. 167. Adn. 7. *Πλάγγων* Phot. CCLXXIX. 870.

P. 170. lin. 19. Theognostus Anecd. II. 33, 11: *Ῥίζων Ῥίζωνος, Ὄζων Ὄζωνος ὄνομα ποταμοῦ, Ἄζων Ἄζωνος ὄνομα κύριον*, scrib. *Ἄζων* et *Ἀζών* ut Nicetas Anecd. Boiss. T. III. 328. *Ἄζωνος ποταμοῦ καὶ Ἀζῶνος κυρίου. Τοῦ Ῥιζοῦντος* Scylac. p. 251. T. I. Comparativum *αἱ ὀλίζωνες* invexit Nicander Th. 123. Proximis adde *Δέλκων* et *Δρίλων* fluviorum nomina per ω̄ declinata, *Ῥίγμων —ονος* viri Schol. Il. XX. 485. *Μέρμνων —ωνος* Theocr. *Νάρων —ωνος* Scylac. p. 249, sed *Νάρονος* poeta ap. Etym. M. s. *Βουθοίη*, aliaque quae docta Theognosti disputatio suppeditat l. c. p. 27—36.

P. 171. lin. 15. post *omnes* add. praeter duo Lachmanni.

P. 177. lin. 25. *πᾶν ῥῆμα εἰς πτω λῆγον βαρύνεται,*

σκάπτω, ῥίπτω· τὸ γὰρ ῥιπτῶ ἄντικρυς ἡ ποιητικόν Anecd. Gram. T. I. 211, 15.

P. 178. lin. 8. adde: sed πολλὰ καὶ βλάσφημα εἰς αὐτὸν ἀπεῤῥίπτουν Aelian. V. H. XII. 57. — Ibid. lin. ult. add. συνέτριβον τὰ σκευάρια καὶ διεῤῥίπτουν Aeschin. c. Tim. 82.

P. 183. lin. 9. sq. Κύουσα bis ap. Plat. legitur sine codd. discrepantia, quater circumflexa verbi forma; apud Xenoph. ter κύει et κύουσα, pro quo Poppo Cyr. V. 4, 16. tacite κυοῦσαι edidit. Κυέει Nic. Th. 239. κυέουσα ib. 853. τῶν κυούντων Phil. de Human. p. 710. (398. M.) τῶν κυουμένων Clem. Strom. III. 2, 186. τοῖς ἀποκυουμένοις natis Philo de Carit. p. 397. Mang. Sed κύει Liban. T. I. 227. Plut. de Is. 65, 192. ἔκυε Phot. LVII. 24. κύοντα CXXXVIII. 167. κύουσα Appian. Civ. I. 83. II. 19. (unde ἔγκυσις pro ἐγκύησις Phil. l. c. p. 709. (397.) etsi κύάω non extat) sine ulla significationis diversitate. Prioribus adde πιεζοῦμεν Plut. de Sanit. 382. T. VII. ἐκπιεζοῦνται Paul. Aeg. III. 22. p. 77. χαριζεόμενοι Lucian. dea Syr. §. 27. ἀρχήσαντος ἄρξαντος Suid.

P. 188. lin. 8. a fin. add. παραδόντες ἑαυτοὺς τῷ φέροντι Plut. de Malign. Her. XXVII. 309. T. XII.

P. 191. lin. 17. Nomen *omissio*, quod saepius auditoribus meis cavendum esse dixi, hic mihi excidit imprudenti; scr. *transmissio*.

P. 202. lin. 22. add. εἰς ἄρεα δεύτερος Ἄρης Nonn. XIII. 417. δείσασα περὶ τῷ παιδὶ ἔτι παιδὶ ὄντι Liban. Decl. T. IV. 75. ὡς χαρίεν ἐστ' ἄνθρωπος, ὅταν ἄνθρωπος ᾖ Comicus ap. Phoebamm. de Fig. p. 517. T. VIII. κἂν δοῦλος ᾖ τις, οὐδὲν ἧττον ἄνθρωπός ἐστιν ἂν ἄνθρωπος ᾖ Philemon. Fragm. p. 364.

P. 206. lin. 26. pro *sit* scr. fit, et lin. 34. ἄκρη pro ἄρκη.

P. 225. lin. 1. Add. ἢν αἴρηται ἀπὸ τῶν ἔνδοθεν ἡ πάθη καὶ ἐπὶ τοῖσι ἄκροισι φανῆται Aret. Sign. Diut. II. 13. p. 181. scr. φαίνηται. Aeneas Tact. XXII. 70. ἵνα μὴ ὁ ἀνὴρ ἐκφάνῃ τὸ μέλλον scriptori novitio relinqui potest; sed pro κράνοι Aesch. Sept. 411. recte Dindorfius κραίνοι, pro Βδάληται ἀμέλγηται Hesych. scr. βδάλληται. Si sumi

potest Graecos activo κέλω usos esse, in Hom. H. in Pan. XIX. 33. pro θάλε γὰρ πόθος ὑγρὸς ἐπελθὼν νύμφῃ — μιγῆναι, substitui licebit κέλε. Hesychius certe Κέκλει (non κεκλεῖ) κελεύει.

P. 229. Adn. adde σίδηρον ναυμάχον Appian. Civ. V. 36, 72. sed ναύμαχον ἑσμόν Nonn. XIII. 385.

P. 231. lin. 2. adde σπερμολόγα ῥήματα Plut. de Ira coh. VI. 432. T. IX. τειχομάχοι κλίμακες Schol. Il. Ξ. 35. — L. 14. apud Nonnum modo χοροίτυπος saltator XLIV. 54. XLVI. 120. et 143. modo χοροιτύπος XLIV. 22. XLV. 24 et 42.

P. 241. lin. 14. Theocriti scripturam vulgatam Mehlhornius defendi posse existimat si ad μάστακα ex sequentibus πέτεται ἀγείρειν repetatur ἀπὸ κοινοῦ. Censor Halensis μάστακα δοῖσα τέκνοισι scribendum putat pro δ' οἷα omissa particula comparativa quae mihi h. l. necessaria videtur.

P. 245. lin. 4. pro *sublimem* scr. subtilem.

P. 246. lin. 24. *molle subridens* Pers. III. 110. *mollia ridens* Ovid. Art. III. 513.

P. 250. lin. 22. conjecturam meam confirmat νάματα μαντικά Clem. Protr. II. 4. ed. Sylb. ὕδωρ μαντικόν Jambl. de Myst. III. 11. p. 72, 35. — Ἠπεροπηΐδι τέχνῃ apud Strabonem legitur v. Friedemann. ad L. I. 255.

P. 258. lin. 2. a fin. pro τοιοῖδε scr. τοιοίδε.

P. 259. lin. 3. φασὶ χωρὶς τοῦ ν τὸ κάτωθεν ἐπίῤῥημα λέγεσθαι ἵνα ᾖ Δωριέων μᾶλλον οἰκεῖον Schol. Ven. in Arist. Pac. 650. in Suppl. Comm. Vol. VII. P. II. 237. Cf. Anecd. Bachm. T. II. 57.

P. 261. lin. 14. pro ξενοραιστήν scr. ξενοραίστην.

P. 263. Adn. adde Σοί, Ἀσκληπιὲ τήνδ' ἀνέθηκε στήλην ὁ Βάλης, νούσου ἐπεί μ' ἀκέσω Inscr. Del. N. 2292. Ἐκεῖ μεθ' ἡμῶν ζῶντες εὐφρανοῦσί σε Eur. Med. 1056.

P. 266. ad v. 469. adde οὐκ ἄν τις καλέσοι Lyd. de Mens. II. 3. p. 14. ἀρκέσοι ἄν Schol. in Hipp. T. I. 32. οὐκ ἄν ἀνέξοιτο Phot. CLXXXVII. 239. CCXXIII. 352. αἰτιάσοιτο ἄν τις CXXVI. 163.

P. 266. ad v. 475. Verba τί γὰρ παρ' ἦμαρ ἡμέρα affert Schol. Ven. Il. *M*. 322. ad illustrandam homericam sententiam εἰ μὲν

γὰρ πόλεμον περὶ τόνδε φυγόντα etc. De interruptione constructionis quae dixi confirmat Foertschius ad Lys. p. 2. et 53. Zenodoti verba p. 269. allata ἄρσενα γὰρ λόγον Mehlhornius ita interpretatur: virilis ratio est dogma quod tu invenisti et provide elaborasti, atque hoc dogma est mater intrepida libertatis.

P. 274. lin. 4. Himerius non sic scripsit ut dixi ἃ δημοσίᾳ παιδεύει sed ὧν — πλάττεται. Aptius exemplum praebet Dio Cass. LXXVI. 2, 1278. ἐκ τῆς διαίτης ἣν διῃτᾶτο καὶ ἐκ τῶν ἐλπίδων ὧν ἤλπιζε καὶ ἐκ τῶν φόβων οὓς ἐφοβεῖτο. In seqq. adde Liban. T. II. 156. τῆς τιμῆς ἧς με τετίμηκας.

P. 276. v. 516. Ellendtius in hujus libri censura Annal. Berol. 1836. N. 54. καὶ μητέρ' ἄλλη etc. sic interpretatur *aliud fatum matrem abstulit aliud patrem*. Equidem simplicissimum duco, quod posui *alia calamitas parentes mihi eripuit*.

P. 283. lin. 23. add. ὁ νοῦς τε μετεωρίζεται ἐπαίρεταί τ' ἄνθρωπος Arist. Avv. 1453. Verbum τὸ μὴ φρονεῖν quum esset ambiguum, poeta addidit ἕως τὸ χαίρειν κ. τ. ἑ. ut intelligatur inscitiam bonorum malorumque significari v. Ellendt. Lex. Soph. T. II. 736.

P. 286. lin. 10. pro *esse* scr. commisceri. — Lin. 27. λέγω δὲ τῷ καλῷ Arist. Nicom. IV. c. 6, 8. λέγω τῷ Πλάτωνι Hermog. de Id. II. 12, 391. T. III. νεωτέρῳ λέγω Aristid. Or. XLV. p. 96. T. II. cujus dativi alia exempla afferunt Friedemann. ad Strab. L. III. 669. Boisson. ad Tiber. de Fig. c. XXVII. 557. ed. Walz. T. VIII.

P. 291. lin. 15. πλακτός pro πλαγκτός Anth. IX. 84.

P. 294. lin. 3. Grammaticus in Anecd. Cram. T. I. p. 50, 19. ex hoc genere affert διαυλοδρόμης et ἀστόργης, nisi hoc a στοργή repetitum est.

P. 295. lin. 12. pro εὐθυπλοκέος scrib. βαθυπλ.

P. 302. l. 13. contrario ordine et magis mirabili ἀμύθητος καὶ πολλή Hermog. de Invent. III. 6. 120. T. III. ὁ πλεῖστος καὶ πολὺς ἀγών Phot. CCXIV. 284. ἄπιστα καὶ μεγάλα Phil. de Mos. I. 643. (T. II. 122.)

P. 303. ad v. 631. Si quis ἁφῇ σίδηρος ὥς praeferat, praesto

est Plutarchi locus de Educ. IV. p. 7. σίδηρος καὶ χαλκὸς ταῖς ἐπαφαῖς τῶν χειρῶν ἐκτρίβονται.

P. 306. lin. 27. τὰς ναῦς τῶν Ἑλλήνων μὴ τὸν Ἕκτορα ἐμπρῆσαι λεγόντων ἀλλὰ τὸν Ἀχιλλέα ὅτι κωλῦσαι δυνάμενος οὐ κεκώλυκε Clem. Strom. I. 17, 134. Aristotelis exemplo tacito auctore utitur Eustathius p. 792, 38. ad explicanda Homeri verba ὕπνῳ καὶ καμάτῳ ἀδδηκότες, hoc modo: τῷ ὕπνῳ ἀντὶ τοῦ ἀγρυπνίᾳ, πλὴν οὐχ ἁπλῶς οὕτως ὕπνον τὴν ἀγρυπνίαν νοητέον; ἀνόητον γὰρ τοῦτό γε, ἀλλὰ τῷ ἀπόντι· οὕτω καὶ ναῦς ποτὲ λέγεται διὰ κυβερνήτην ὄλλυσθαι, ἀπόντα δηλαδή, quod ipsum nisi ex attextis intelligi potest, omitti non debet. Ἀλκήν μοι ὠνείδισας Il. IX. 34. commutari potest cum ἀνάλκειαν sic ut Latini dicunt *fidem alicujus accusare*. Neque Sophoclis loco similia dixerim quae Ellendtius in Lex. Soph. s. Δεινός et in Censura l. c. affert ex Horatio *Notus arbiter Hadriae tollere seu ponere vult freta*, et ex Cicerone N. D. II. 40: *Sol tristitia quadam contrahit terram*, illud, quia poeta de noto tanquam de deo loquitur, quem penes arbitrium maris excitandi et tranquillandi, hoc, quia praecedit proxime ante *modo accedens tum autem recedens* et sequitur *tum vicissim laetificat*.

P. 313. lin. 16. ἄψις φρενῶν pro φρενοβλάβεια v. Foes. Oecon. p. 117. b.

P. 314. lin. 8. adde ἱμάσθλη et μάσθλη v. Ellendt. Lex. Soph. s. h. v.

P. 315. lin. 11. add. Θεόγνωτος v. Ritschl. de Oro p. 49. et lin. ult. ἀσώτως ἢ σωτηρίως ἔχειν Plut. Quaest. Nat. XXVI. 21. pro ἀσώστως. Discriminis quid sit significat Clemens Paedag. II. 1, 62. ἀσώτους αὐτοὺς καλοῦντες αἰνίττονται τὸ τέλος αὐτῶν, ἀσώστους αὐτοὺς νενοηκότες.

P. 317. lin. 25. κνῆσμα Aelian. V. H. XIII. 35.

P. 318. lin. 2. ὑπομνηστική Philo de Septen. p. 1190. (T. II. 292.) ἀμνηστί Anecd. Bekk. Ind. s. h. v. — Lin. 5. προνενησμένη Appian. Civ. IV. 80. σῖτος νενεμημένος Arrian. Ind. XXIII. 129. pro quo Dobraeus ad Nubb. 1205. νενημένος emendavit.

P. 319. lin. 4. σηθείς Galen. de Comp. Med. p. Gen. III. 8,

638. T. XIII. διασηωθείς Alex. Trall. III. 10, 217. σεσημένος cod. Aug. Aret. p. 255. — Lin. 11. κακοχράσμων rejicit Meinekius ad Theocr. V. 22.

P. 320. lin. 22. add. Heinrich. ad Mus. p. 236. Naeke in Diss. de Hecal. P. VI. p. 6.

P. 321. lin. 28. a πανστήρ discrepat καππώτας perfecto πέπανται adjunctum.

P. 322. lin. 12. add. κοκκοθραύστης Hesych. διάφαυμα et διάφαυσμα. Sequentibus adde δευθέντα Aret. Acut. Cur. I. 2, 206. ἄλευστα ἀόρατα Hesych. πεπλευμένον Liban. T. I. 232. ἐπεσπευσμένον Philo de Anim. Sacr. p. 845. (II. 248.) ἐσπευσμένως Schol. Il. K. 536. ἐπεσπευμένον Philo de Leg. ad Caj. p. 1006. (560.) ψεῦμα Clem. Strom. I. 20, 138. ex Proverb. XXI. 11. cf. Coraes Prodrom. Bibl. p. 48. κολουστέον Clem. Paed. III. 11, 108. λουστέον Eust. 1192, 47.

P. 332. lin. 26. Aeschyli versum ὁρῶμεν — νεκροῖς affert Gregor. de Meth. III. 1133. T. VII. P. II. ubi Ἀργείων scriptum pro Αἰγαῖον. *Florere puerûm* Lucret. I. 249. nunc editum est pro *pueris*.

P. 336. lin. 2. πετρῶν προβλήματα Aesch. Suppl. 661. ὁ δ' ἄρ' εἵλετο χείρεσι πέτρην Quint. II. 401. pro masculino utrumque.

P. 343. lin. 13. Nunc accessit veteris poetae testimonium βλαστεῖ δ' ἐπὶ γῆς δένδρεα παντοῖα βρύοντα Anecd. Cram. T. I. 96.

P. 350. De elisione literae iota disserens non debebam silentio praetermittere Passovii disputationem in Opusc. p. 60.

P. 351. lin. 9. injuriam feci Schweighaeusero qui non *quater deinceps* dativos posuit sed unum ὄντι pro ὄντα.

P. 358. lin. 30. Plut. de Vit. aer. al. IV. 210. δουλεύουσιν ἅπαντες τοῖς ἀφανισταῖς, quod non opus erat in δανεισταῖς permutari.

P. 359. v. 812. Hermannus in Cens. l. c. emendat ἄνδρ' ὃς ἂν σπεύδῃ θανεῖν. — Ibid. lin. 4. add. Eumath. de Hysm. X. 474. ed. Teuch. πρὸς τόπον ἡμῖν ὑπηρέτησε vitiose pro πότον.

P. 370. lin. 4. add. πανώλεις παγκακῶς τ' ὀλοίατο Aesch. Sept. 537.

P. 383. lin. 7. de homerico μελάνει copiosius disserit Spitznerus

Exc. XIV. ad II. Add. διαμελαίνω transitiva et neutrali significatione praeditum; λευκαίνει et ὁμιχλαίνει intransitiva Lyd. de Mens. p. 102. πολλοὺς ἡ δυσωδία ἐσίανε Schol. Hippocr. T. II. 113. scribendum videtur ἐσίκχανε. Βαρυνέω defendit Meinekius ad Theocr. II. 3. adjectis aliis correptionis exemplis.

P. 397. lin. 1. add. ἄρτι νεότομος Soph. Ant. 1269. ἄρτι νεοπαγής Euseb. H. Eccl. K. 3, 404. — V. 900. Ellendtius Lex. Soph. II. 169. νόστοι interpretatur de erroribus, quos chorus Ajacem quaerens obiit.

P. 403. Adn. 3. πευκέδανος βοτάνη βαρύνεται ἵνα μὴ ᾖ ἐπίθετον Schol. Nic. Th. 78. Adde βρυκεδανός.

P. 407. Adn. 1. add. Λυκώπης Herodo. III. 55.

P. 417. Ad Sophoclis verba ὡς θεοῦ τινος proxime accedit Liban. Decl. T. II. 297. ὡς θεῶν του κηρύξαντος. Sed idem T. I. 543. ὥσπερ θεός τις, ut et p. 606. et 610. Aristid. Or. XLVI. 190. T. II. κατά τινα δαίμονα Aelian. V. H. II. 34. — Lin. 5. a fin. exeidit φήμης.

P. 433. v. 1049. de augmento verbi ἀναλῶσαι multo accuratius exposuit Benseler ad Isocr. p. 133.

P. 438. ad v. 1090. ἀνελὼν τὰς δημοσίας ταφὰς Aesch. c. Ctes. 629. v. Schol. ad Rann. 423.

P. 439. v. 1099. oblitus sum apponere Doederleinii emendationem ad Oed. C. p. 600. ἢ οὐκ αὐτὸς ἐξέπλευσε pro οὐκ —

P. 440. lin. 11. pro *Stockasm.* scr. Bibl. Hell.

P. 445. v. 1124. τὸν θυμὸν ὡς μέγαν τρέφει sic accepi *quanta est violentia — linguae tuae!* quod est παρὰ τὸ προςδοκώμενον. Ellendtius vero Lex. II. 853. *quantopere loquendo exacerbaris!*

P. 447. v. 1141. lin. 6. pro *Heroïec.* scr. Imagg. I. 28, 804.

P. 448. v. 1144. Adde ἐπὶ μέγα φόβου — ἐχώρουν Appian. Civ. I. 22, 16. Edd. et unus cod. μέγαν φόβον ut ἐς μέγα δέος ἀνέβη Phot. CCXLII. 573. ἐς πᾶν δέος ἰέναι Plat. Legg. I. 648. A. (ἐς πᾶσαν ἀρρωδίην ἀπίκατο Herodo. I. 140.) ἐφ' ὅσον φρόνημα καὶ θάρσος ἐχώρει Liban. T. I. 591. ἐν παντὶ κακῷ γενόμενος Aesch. c. Tim. p. 85. (9.)

druck ich sehe der Begriff ich erkenne dich liegt, so bleibt der Nachsatz: ich höre doch deine Stimme sinnlos.“ H. Wunder will uns wohl zum Besten haben! Wenn jemand einen Menschen in der Ferne und undeutlich erblickt und zugleich seine ihm wohlbekannte Stimme vernimmt, so soll er nicht sagen können: obgleich du mir fern bist und ich dein Gesicht nicht deutlich erkennen kann, so erkenne ich doch deutlich deine mir längst bekannte Stimme und weiss also, dass du der und der bist? Ich denke, so reden alle Menschen. „*Auch das Auskunftsmittel den Vordersatz κἂν ἄποπτος ᾖς so zu erklären, wenn ich dich auch undeutlich sehe, ist nicht anwendbar. Denn sah Od. einmal den Punkt, wo Athene erschien, so musste er auch, wie aus dem Folgenden erhellen wird, sie vollständig erkennen.*“ Aus dem Folgenden, eben angeführten S. 11. erhellt nichts, als dass der Recens. sich eine wahrscheinlich unrichtige, jedenfalls unerweisbare Vorstellung von der Stellung des Od. zu den Zuschauern gebildet hat; aber er wird uns vielleicht aus den Dimensionen des athenischen Theaters beweisen können, dass ein auf der Bühne stehender von einer auf dem Theologeion erscheinenden Person nicht sagen könne dass sie ihm fern und undeutlich erscheine, insbesondre nicht vor athenischen Zuschauern, welche ihren Dichtern erlaubten von Nacht und Mond und Sternen zu sprechen, während sie selbst im hellen Sonnenlichte sassen. *Vollständig* wurde die Göttin wohl von den höher sitzenden Zuschauern gesehn, aber nicht so von dem tief unten in der Mitte der Bühne stehenden, wofern nicht der Schauspieler bis hart an den obersten Rand des Söllers hervortreten und vielleicht den Hals brechen wollte. Doch weiter! „*Auch das ist ein offenbarer Irrthum Lobeck's, wenn er sagt:* Ajax primo aspectu agnoscit Minervam. *Es ist klar, dass auch Aias aus der blossen Stimme die Göttin erkennt, ohne sie vorher oder nachher gesehen zu haben.*“ Wenn die Scene in einem Blindeninstitute wäre, so liesse sich das hören. Nach des Dichters Anordnung sieht Aias den nahe stehenden Odysseus nicht; Hr. Wunder will dass er auch die Göttin nicht sehe und diese auch nicht von Odyss. gese-

Göttin. Von Fang und Bestrafung natürlich kein Wort! „*An eine Nachstellung oder an ein Vorhaben dessen, auf welchen Jagd gemacht wird, kann also in keiner Art gedacht werden; nur das will und kann Odyss. untersuchen, ob A. die That verübt habe, nimmermehr ob er eine Nachstellung beabsichtige.*“ Ganz gewiss will er das; die Griechen konnten den in ihrer nächsten Umgebung ausgeführten Angriff auf ihre Heerden unmöglich für etwas Anderes halten als eine *πεῖραν ἐχθρῶν*; sie mussten Wiederholung des Angriffs, ja Gefahr für sich selbst von einem so nahe andringenden Feinde besorgen und also vernünftigerweise den Urheber des Gemetzels zu ermitteln und seinen ferneren Anschlägen zu begegnen suchen. Dies ist die Absicht des Odysseus, *πεῖραν ἐχθρῶν ἁρπάσαι*.

In der zweiten Anm. behauptet H. W. *ἄποπτος* heisse hier *unsichtbar* S. 11. „*Odysseus steht jetzt an dem Zelt des A. natürlich, wie die Sache mit sich bringt, zu den Zuschauern gewendet. Unmittelbar über ihm auf dem Θεολογεῖον erscheint Athene; mithin ist's unmöglich, dass Od. mit dem Angesicht zu den Zuschauern gewendet die Göttin erblicke; denn er kehrt ihr den Rücken zu.*“ Wie? während des ganzen langen Gesprächs von 134 Versen kehrt Odyss. der mit ihm redenden Göttin seinen Hinterkopf zu? Unmöglich! Meint aber H. W. Odysseus drehe sich beim ersten Anruf nach ihr um, nun so sieht er sie ja doch! Aber auch die vorige Behauptung, dass er in dem Augenblicke, wo ihn Athene anredet, das Gesicht den Zuschauern zuwende, ist aus der Luft gegriffen; nachdem er hinter dem Zelte des A. hervorgekommen ist und es vielleicht schon mehrmals umkreisst hat, steht er jetzt ohnstreitig seitwärts, so dass er weder der Athene noch den Zuschauern unschicklich den Rücken zuwendet. — H. Wunder lebt des Glaubens, dass ein halb Dutzend schlechter Beweise so viel gilt als Ein guter; darum folgt S. 10. ein neues Argument: „*Es ist absurd zu sagen: wenn ich dich auch sehe, so höre ich doch deine Stimme* (Das versteht sich!) *und nicht minder absurd: wenn ich dich auch nur in der Ferne sehe, so höre ich doch* etc. *Denn so lange in dem Aus-*

druck: ich sehe der Begriff ich erkenne dich liegt, so bleibt der Nachsatz: ich höre doch deine Stimme sinnlos." H. Wunder will uns wohl zum Besten haben! Wenn jemand einen Menschen in der Ferne und undeutlich erblickt und zugleich seine ihm wohlbekannte Stimme vernimmt, so soll er nicht sagen können: obgleich du mir fern bist und ich dein Gesicht nicht deutlich erkennen kann, so erkenne ich doch deutlich deine mir längst bekannte Stimme und weiss also, dass du der und der bist? Ich denke, so reden alle Menschen. „*Auch das Auskunftsmittel den Vordersatz κἂν ἄποπτος ᾖς so zu erklären, wenn ich dich auch undeutlich sehe, ist nicht anwendbar. Denn sah Od. einmal den Punkt, wo Athene erschien, so musste er auch, wie aus dem Folgenden erhellen wird, sie vollständig erkennen.*" Aus dem Folgenden, eben angeführten S. 11. erhellt nichts, als dass der Recens. sich eine wahrscheinlich unrichtige, jedenfalls unerweisbare Vorstellung von der Stellung des Od. zu den Zuschauern gebildet hat; aber er wird uns vielleicht aus den Dimensionen des athenischen Theaters beweisen können, dass ein auf der Bühne stehender von einer auf dem Theologeion erscheinenden Person nicht sagen könne dass sie ihm fern und undeutlich erscheine, insbesondre nicht vor athenischen Zuschauern, welche ihren Dichtern erlaubten von Nacht und Mond und Sternen zu sprechen, während sie selbst im hellen Sonnenlichte sassen. *Vollständig* wurde die Göttin wohl von den höher sitzenden Zuschauern gesehn, aber nicht so von dem tief unten in der Mitte der Bühne stehenden, wofern nicht der Schauspieler bis hart an den obersten Rand des Söllers hervortreten und vielleicht den Hals brechen wollte. Doch weiter! „*Auch das ist ein offenbarer Irrthum Lobeck's, wenn er sagt:* Ajax primo aspectu agnoscit Minervam. *Es ist klar, dass auch Aias aus der blossen Stimme die Göttin erkennt, ohne sie vorher oder nachher gesehen zu haben.*" Wenn die Scene in einem Blindeninstitute wäre, so liesse sich das hören. Nach des Dichters Anordnung sieht Aias den nahe stehenden Odysseus nicht; Hr. Wunder will dass er auch die Göttin nicht sehe und diese auch nicht von Odyss. gese-

hen werde, und dazu kommt noch ein dritter, der das vor Augen liegende nicht sieht — Hr. Wunder selbst. — „*Dazu kommt, dass diese Erklärung der Ansicht der alten Griechen schnurstracks entgegenlaufen würde. Denn entweder waren die Götter den Menschen sichtbar oder nicht sichtbar; von dem Mittelding, dass sie sich undeutlich gezeigt, findet sich wohl im ganzen Alterthum keine Spur.*“ Herr Wunder nemlich hat, wie man aus seinen Ausgaben sieht, das ganze Alterthum durchforscht, namentlich in dieser speciellen Rücksicht! Mir fällt es nicht ein nach einem dictum probans herumzusuchen. Denn welchen vernünftigen Grund konnten die Griechen haben es für unmöglich zu halten, dass ein Gott einmal auf eine Bergspitze oder eine Mauerzinne trete und dann den unten stehenden fern und weniger deutlich erscheine als wenn er zehn Schritte vor ihm stände? — Das am Schlusse prunkhaft nachgetragene Citat des Hesych. ward von mir absichtlich übergangen, weil es schon bei Erfurdt steht und nach der Anführung weit älterer Schriftsteller völlig unnütz war. — Von allen Irrthümern dieser Anmerk. habe ich nur einen veranlasst durch ungehörige Fassung des Ausdrucks. Ich wollte sagen (P. 78.) in Soph. Electr. wird *ἄποπτος* allerdings von einem ganz unsichtbaren gebraucht und kann also *invisus* übersetzt werden, wenn man blos den Sinn dieser Stelle berücksichtigen will, genauer würde es durch das weniger bestimmte *procul ab oculis nostris* übergetragen werden. Die erste und bei den Alten allein gewöhnliche Bedeutung ist *procul visus*, und kein vernünftiger braucht ein Wort in einer aussergewöhnlichen Bedeutung ohne diese Abweichung durch den ganzen Zusammenhang kenntlich zu machen; also auch Sophocles nicht in der Stelle des Aias, wo nicht das geringste uns nöthigt an eine ungewöhnliche Bedeutung zu denken wie in der Elektra.

Dritte Anmerkung S. 15. „*Wir wundern uns, wie H. L. bei βαίνω ποδί oder πόδα anführen konnte* Eur. Hipp. *ἀναστρέψει πόδα, wo ἀναστρέψει die dritte Person des aktiven Futurs ist, mithin der Akkusativ πόδα, als vom transitiven Worte ἀναστρέφειν regiert durchaus nothwendig war.*

Hr. Wunder weiss also nicht dass ἀναστρέφειν hier, wie oft in der neutralen Bedeutung, für ἀναστρέφεσθαι versari steht und πόδα also überflüssig war. „*Auch die Ausdrücke ἀπαλλάττομαι πόδα, πεζεύω πόδα etc. tragen zu dem, was L. beweisen will, dass βαίνειν und πόδα in der engsten Verbindung stehe, gar nichts bei, sondern scheinen vielmehr zu beweisen, dass man überhaupt πόδα fast zu jedem Verbum des Gehens gesetzt habe; eine Annahme, gegen die sich L. eben erst erklärt hat.*“ Hr. Wunder muss meine Worte halb im Schlafe gelesen und abgeschrieben haben; nicht gegen sondern für jene Annahme habe ich mich erklärt und zuerst Beispiele von βαίνειν angeführt, dann von andern Zeitwörtern, die in gewissen Verbindungen mit jenem dem Begriffe nach zusammenhängen und also zur vollständigen Beweisführung gehören. „*Ferner finden wir uns zu folgenden Ausstellungen veranlasst; erstlich dass auf die Zeit, zu welcher, und auf die Schriftsteller, von welchen ein Ausdruck gebraucht worden, fast gar keine Rücksicht genommen, und das häufig als eine Gewohnheit aller Griechen ausgegeben worden ist, was nur eine Eigenthümlichkeit einzelner, oft erst späterer Schriftsteller gewesen ist.*“ S. 15. Das ist eine kecke Unwahrheit, die Hr. W. nur in der Hoffnung aussprechen konnte unkundige Leser vor sich zu haben, die seine Behauptungen mit meinem Commentar nicht vergleichen würden. Zur Erläuterung eines seltnern Sprachgebrauchs habe ich oft Schriftsteller aller Jahrhunderte und, wo es thunlich war, nach der Zeitfolge angeführt; aus den Namen der Schriftsteller, aus der Zahl der Stellen sieht ja jeder ob ich alte oder neue Zeugen, viele oder wenige gefunden habe, und nirgends, geschweige häufig, habe ich eine erweisslich späte oder seltne Redeform ausdrücklich für alt und allgemein gebraucht ausgegeben. Hr. Wunder aber, ganz unbekannt mit der Form

philologischer Untersuchungen, scheint zu verlangen dass Zeitalter und Zahl der Gewährsmänner ausdrücklich angegeben werde, das erstere etwa mit Berufung auf ein Compendium der Litteraturgeschichte. Das mag für die Wundersachen Commentare passen, die bekanntlich sehr am Hydrops leiden, für die meinigen sicherlich nicht. — Es fehlt mir jetzt an Zeit, Raum und Lust das ganze endlose Gewebe seiner Missverständnisse und Paralogismen aufzulösen; Hr. W. kann selbst es am besten thun — *ἐπὴν δαΐδας παραθῆται*, wie Penelope mit dem ihrigen that. Nur noch ein Wort von der letzten Anmerkung S. 182. „*Beim ersten Durchlesen verstanden wir diese Anm. gar nicht, bis wir endlich den auffallenden Irrthum wahrnahmen, dass H. L. sich die Negation οὐ zu dem Adjektiv ὅμοια hinzugedacht hat. Da diese im Texte nicht stehet, auch nicht supplirt werden kann, so ist eigentlich schon hierdurch H. L. hinlänglich widerlegt.*“ Hätte sich doch Hr. W. mit dem ersten Durchlesen begnügt und die Sache lieber unverstanden gelassen als verkehrt verstanden. Ohnstreitig hat er doch selbst, wenn er sehr begreifliches von einem seiner Schüler nicht begriffen sah, verwundert ausgerufen: Nun das begreift doch jeder Mensch! mit der Andeutung: Du begreifst es aber nicht. Ebenso ist das Verhältniss zwischen Agamemnons Worten *ἦ πάνθ᾽ ὅμοια πᾶς ἀνὴρ αὑτῷ πονεῖ* und meiner Erklärung *σὺ οὐχ ὅμοια σαυτῷ πονεῖς, du handelst bei deinem Betreiben dieser Sache* (der Bestattung deines Feindes) *nicht konsequent.* Also nicht zum Texte habe ich die Negation hinzugedacht — sie würde hier ganz sinnlos seyn — sondern in meiner Erklärung hinzugefügt. Doch genug! Ich bin überzeugt dass, wer die Resultate meiner Untersuchungen einer neuen, sorgfältigen Prüfung unterwirft, gar manches als unrichtig erkennen wird. Aber sehr bezweifle ich, ob Hr. W. ohne tiefere Studien, als wir

sie bis jetzt an ihm kennen, mir die Irrthümer so schockweise und auf der Oberfläche liegend werde nachweisen können. — Seine Ausgabe des A. habe ich in Folge einer langen Abwesenheit noch nicht erhalten; vielleicht giebt sie mir Veranlassung die Sichtung der Recension fortzusetzen.

INDICES.

I. INDEX GRAECUS.

Signum * paginarum numeris adjectum rem in adnotatione tractari indicat.

B.

Γ.

Δ.

Z.

H.

K.

Λ.

M.

Π.

P.

II. INDEX LATINUS.

A.

D.

E.

F.

M.

N.

Q.

R.

III. INDEX SCRIPTORUM.



May 21, 1908